











ANNALS

OF THE

ROYAL SOCIETY OF LONDON

RECEIVED

\$675

RECEIVED

RECEIVED

**A N N A L E S**

**ACADEMIAE RHENO-TRAJECTINAE,**


Ann. C1913CCXXI—C1913CCXXII.

**JANO ISAACO WOLTERBEEK,**

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICO,

**HERMANNO ARNTZENIO,**

SENATUS GRAPHIARIO.



**TRAJECTI AD RHENUM,**  
**APUD JOANNEM ALTHEER,**  
ACADEMIAE TYPOGRAPHUM.

**MDCCCXXXIV.**





*HOC ANNALIUM VOLUMINE  
CONTINENTUR:*

*Nomina Professorum et Lectorum in Academia Rheno-Trajectina. §. I.*

*Quaestiones ad certamen literarium A. MDCCCXXXI. propositae. §. II.*

*Series lectionum habendarum. §. III.*

*Series disputationum publice et privatim defensarum. §. IV.*

*Solennia. §. V.*

*JANI ISAACI WOLTERBEEK, Oratio.*

*JACOBI CORNELII SWYGHUISEN GROENE-  
WOUND, Oratio.*

Responsiones ad quaestiones propositas:

CAROLI JOSEPHI VAN COOTH, *ad quaestionem Medicam.*

DOUWE GORTER, Simonis filii, *ad quaestionem Literariam.*

CAROLI DANIELIS ASSER, *ad quaestionem Juridicam.*



ANNALES  
ACADEMIAE RHENO-TRAJECTINAE.

Ann. CIOIOCCCXXXI—CIOIOCCCXXXII.

§. I.

Inde a die xxvi. m. Martii A. CIOIOCCCXXXI,  
usque ad diem xxvi. m. Martii A. CIOIOCCCXXXII,  
in Academia Rheno-Trajectina docuerunt

MEDICINAM.

JANUS BLEULAND, *propter aetatem septuagenariam honorifice rure donatus,*

NICOLAUS CORNELIUS DE FREMERY,

BERNARDUS FRANCISCUS SUERMAN,

JANUS ISAACUS WOLTERBEEK, *h. t. Acad.*

*Rector,*

JACOBUS LUDOVICUS CONRADUS SCHROEDER

VAN DER KOLK.

PHI-

*PHILOSOPHIAM THEORETICAM  
ET LITERAS HUMANIORES*

PHILIPPUS GUILIELMUS VAN HEUSDE,  
JOANNES HENRICUS PAREAU, *propter aeta-  
tis infirmitatem honorifice rude donatus*,  
ANTONIUS VAN GOUDOEVER,  
ADAMUS SIMONS,  
JACOBUS CORNELIUS SWYGHUISEN GROENE-  
WOUDE,  
LUDOVICUS GERARDUS VISSCHER, *Prof.  
Extraordinarius.*

*MATHESIN ET PHILOSOPHIAM  
NATURALEM*

NICOLAUS CORNELIUS DE FREMERY,  
GERARDUS MOLL,  
JOANNES FRIDERICUS LUDOVICUS SCHRÖDER,  
JANUS KOPS,  
THEODORUS GERARDUS VAN LIDTH DE JEUDE,  
PETRUS JOANNES ISAACUS DE FREMERY,  
*Prof. Extraord.*  
RICHARDUS VAN REES,  
CORNELIUS ADRIANUS BERGSMA, *Prof. Ex-  
traord.*

*THEO-*

## THEOLOGIAM

JODOCUS HERINGA, E. F.

GABRIEL VAN OORDT, *honorifice et ex voto suo dimissus,*

HERMANNUS BOUMAN,

HERMANNUS JOHANNES ROYAARDS.

## JURISPRUDENTIAM

HERMANNUS ARNTZENIUS, *h. t. Senatus Acad. Graphiarius.*

JANUS RICHARDUS DE BRUEYS,

CORNELIUS ADRIANUS VAN ENSCHUT,

ADRIANUS CATHARINUS HOLTIIUS,

JANUS ACKERSDIJCK, *Prof. Extraord.*

## LECTORES.

SAMUEL NIJHOFF, *Linguae Graecae,*

GERARDUS DORN SEIFFEN, *Literarum Humaniorum,*

CAROLUS THOMPSON, *Literarum Anglicarum,*

JUSTUS HENRICUS KOCH, *Linguae Germanicae.*

GEORGIUS CAROLUS VERENET, *Literarum Gallicarum.*

*MAGISTER ACADEMICUS*

LAMBERTUS DE FRANCE, *Artis Gladiatoriae.*

§. II.

Ad certamen literarium, singularum disciplinarum studiosis in Academiis et Athenaeis patriis, propositae sunt hae quaestiones:

**QUAESTIO MEDICA.**

*Comparetur applicatio remediorum externorum cuti integrae cum methodo hodiernorum curandis hominum morbis internis, exponendis fundamentis anatomico-physiologicis et observationibus fide dignis, quibus utraque methodus nititur.*

**QUAESTIO LITERARIA.**

*Quo proposito scripsisse Plato Symposium videtur? Quae dialogi ratio et progressio est in argumento explicando? Quae maxime est explicationis conclusio?*

QUAE-



### QUAESTIO PHYSICA.

*Exponantur observationes Physicorum nostri temporis de directione atque inprimis de inclinatione acus magneticae in diversis terrae regionibus, atque, quid ex iis probabiliter colligi possit, ostendatur.*

### QUAESTIO ZOOLOGICA.

*Exponantur succincte et dijudicentur recentiorum, inde a Blumenbachio, naturae scrutatorum sententiae, de generis humani varietate nativa.*

### QUAESTIO THEOLOGICA.

*Quae in S. Libris, de Deo hominum Patre, inprimis de piis hominibus a Deo natis renatisque, uti et de Israelitarum ac Christianorum  $\nu\acute{\iota}\theta\epsilon\sigma\iota\alpha$ , habentur, ita exponentur, ut et praecipuorum sententia doctorum definiatur, et doctrinae divinitus patefactae praestantia demonstretur.*

### QUAESTIO JURIDICA.

*Distinctionis inter modos tollendae obligationis ipso jure et per modum exceptionis, e jure Romano tradantur origo et varii effectus.*

## §. III.

Lectionum in Academia Rheno-Trajectina,  
inde a die v. Septembris A. CIDIDCCCXXXI,  
usque ad ferias aestivas A. CIDIDCCCXXXII,  
a Professoribus et Lectoribus habendarum,  
haec fuit formula:

In FACULTATE MEDICA, docebunt

*Anatomiam* J. L. C. SCHROEDER VAN  
DER KOLK, quater per dierum hebdoma-  
dem, horâ IV.

*Physiologiam* J. L. C. SCHROEDER VAN  
DER KOLK, diebus lunae, martis, mercurii  
et iovis, horâ VIII. matutinâ.

*Anatomiam Pathologicam*, bis per die-  
rum hebdomadem, J. L. C. SCHROEDER  
VAN DER KOLK, horâ Auditoribus commodâ.

*Dissectionibus cadaverum anatomicis*,  
opportuno anni tempore instituendis, praecërit  
quotidie J. L. C. SCHROEDER VAN DER  
KOLK.

*Pathologiam* exponet B. F. SUERMAN,  
ter per dierum hebdomadem, hora IX.

*Doctrinam de cognoscendis et curandis  
hominum morbis* J. I. WOLTERBEEK, qua-  
ter, hora XII.

*Therapiam generalem, et apparatus me-  
di-*

*dicaminum, exponet* J. I. WOLTERBEEK, quater, hora I.

*Pharmaciam, vernaculo sermone, N. C. DE FREMERY, diebus lunae et martis, hora II.*

*Examen aegrotantium et Semeioticam, J. I. WOLTERBEEK, in Nosocomio Academico, hora X.*

*Institutionibus clinicis morborum interiorum vacabit J. I. WOLTERBEEK, singulis diebus, in Nosocomio Academico.*

*Praxin chirurgicam tradet B. F. SUERMAN, quater per dierum hebdomadem, hora VIII.*

*Operationes chirurgicas demonstrabit B. F. SUERMAN, tempore hyemali, quater per dierum hebdomadem, hora V.*

*Institutionibus clinicis in arte chirurgica, quovis die, vacabit B. F. SUERMAN.*

*Theoriam artis obstetriciae J. I. WOLTERBEEK, die martis, iovis et veneris, hora IX.*

*Institutionibus obstetriciis, inprimis practicis, in Nosocomio habendis vacabit J. I. WOLTERBEEK.*

*Politicam medicam tradet N. C. DE FREMERY, diebus mercurii et saturni, hora VIII.*

*Dis-*

*Disputandi* exercitationibus, alternis hebdomadibus, Professores in Facultate Medica praeerunt.

J. BLEULAND, licet propter aetatem honorifice rube donatus, commilitationibus, qui explicationem accuratiorem speciminum Anatomicorum et Pathologicorum in Museo praesentium desiderabunt, sua officia, quantum valetudo permittet, offert.

In FACULTATE PHILOSOPHIAE  
THEORETICAE ET LITERARUM  
HUMANIORUM,  
docebunt

*Logicam, atque Anthropologiam* J. F. L. SCHRÖDER, die lunae atque saturni, hora IX.

*Doctrinam Metaphysicam* J. F. L. SCHRÖDER, diebus iovis et veneris, hora II.

*Litteras Latinas* A. VAN GOUDOEVER, diebus martis, iovis, veneris et saturni hora XI. interpretando cum Ciceronis libros de finibus, tum Virgilii Georgicon lib. I.

*De optima cum puerorum instituendorum, tum Litterarum Humaniorum docendarum via disputabit* A. VAN GOUDOEVER, die saturni hora XII et I.

*Antiquitatem Romanam* A. VAN GOUDOE-  
OE-



OEVER, diebus martis, mercurii, iovis et veneris hora X.

*Exercitationibus Oratoriis* praecrit A. VAN GOUDOEVER, die saturni hora X.

*Literas Graecas* tradet PH. G. VAN HEUSDE, interpretaturus cum Euripidis Iönem, diebus lunae et martis, hora XII. tum *Platonis Symposium* et *Gorgiam*, diebus iovis et veneris, hora XII.

*Literas Hebraicas* J. C. SWYGHUISEN GROENEWOOD, cum interpretanda *Grammatica*, tum *eius* ut et *Syntaxeos* usu in legendis quibusdam V. F. capitibus historicis monstrando, diebus lunae, martis, iovis et veneris, hora VIII.

*Antiquitatem Hebraicam* iisdem diebus, hora II. J. C. SWYGHUISEN GROENEWOOD.

*Literas Arabicas* diebus mercurii et saturni, hora VIII. J. C. SWYGHUISEN GROENEWOOD.

Caeterum, si qui sint inter commilitones, qui lectiones de Lingua Hebraica *cursorias* vel *exegeticas*, aut *Literas Aramaeas* sibi tradi gestiant; eorum pariter desideriiis, quoad poterit, satisfaciet libentissime die lunae, hora XI, et saturni, hora X, J. C. SWYGHUISEN GROENEWOOD.

*His-*

*Historiam gentium, praesertim Orientalium* PH. G. VAN HEUSDE, d. lunae, martis, iovis et veneris, hora I.

*Encyclopaediam universam, e principiis ductam philosophiae Platonicae*, PH. G. VAN HEUSDE, die mercurii hora XI et XII.

*Philosophiam linguarum*, PH. G. VAN HEUSDE, die mercurii, hora I.

*Praecepta styli bene Belg.*, A. SIMONS, d. martis, mercurii, iovis et veneris, horâ VIII.

*Literas Belgicas et Eloquentiam*, A. SIMONS, d. martis, mercurii, iovis et veneris, horâ X.

*Historiam eloquentiae Belg. imprimis sacr.* A. SIMONS, d. mercurii et iovis, horâ IV.

*Aestheticam, quae poësin spectat*, A. SIMONS, d. martis et veneris, horâ IV.

*Disputandi* exercitationibus sermone Belg. habendis, praerit alternis hebdomadibus, die iovis, horâ IV, A. SIMONS.

*Historiam Patriae vernaculo sermone*, L. G. VISSCHER, d. martis, mercurii, iovis et veneris, horis cum auditoribus constituentibus.

*Disputandi* exercitationibus praerunt, alternis hebdomadibus, die saturni hora I. alter-

ternatim PH. G. VAN HEUSDE et A. VAN GOUDOEVER.

J. H. PAREAU, quamvis honorifico, et propter senectutis infirmitatem, ac post diuturnos labores Academicos, gratissimo otio, per optimi Regis benevolentiam concessa, frui cupiat, lubenter tamen, quantum maxime, Deo favente, poterit, studiosae juventutis commodis servire perget.

In FACULTATE MATHESEOS ET PHILOSOPHIAE NATURALIS,

docebunt  
*Elementa Matheseos*, J. F. L. SCHRÖDER, d. martis, mercurii, iovis et veneris, hora IX.

*Stereometriam, Trigonometriam Sphaericam, adhibitam ad Astronomiam Sphaericam et Geographiam Mathematicam*  
 J. F. L. SCHRÖDER, die lunae atque saturni, hora VIII.

*Collocutionibus de ratione docendi disciplinas Mathematicas* vacabit J. F. L. SCHRÖDER, hora postea indicanda.

*Mechanicam analyticam* R. VAN REES, diebus martis, iovis et saturni, hora IX.

Geo-



*Geometriam describentem* R. VAN REES, bis per hebdomadem, hora Auditoribus commoda.

*Physicam experimentalem* G. MOLL, die lunae, martis, iovis et veneris, hora I.

*Astronomiae primas notitias* G. MOLL, d. lunae, martis, iovis et veneris, hora IX. vel alia, auditoribus magis commoda.

*Astronomiam theoreticam et practicam* G. MOLL, iisdem diebus hora III.

*Elementa Hydrotechniae*, ad praesentem conditionem Patriae applicata, si sufficiens numerus auditorum adsit, belgico sermone, exponet G. MOLL, hora deinceps indicanda.

*Chemiã generalem et applicatam* N. C. DE FREMERY, diebus lunae, martis, mercurii, iovis et veneris, hora XII.

*Botanicam et Physiologiam plantarum* J. KOPS, diebus lunae, martis, mercurii et iovis, hora X.

*Botanicam Historiam plantarum medicinalium et oeconomicarum* C. A. BERGSMA, diebus lunae et veneris, hora IX.

*Excursionibus botanicis* singulis hebdomadibus praeerit C. A. BERGSMA.

*Historiam naturalem Mammalium, Avium, Reptilium et Piscium* exponet TH. G.

**VAN LIDTH DE JEUDE** diebus lunae et martis, horâ XI. *Caeterorum autem animalium, vertebris carentium, historiam*, duce V. Cl. J. van der Hoeven, die mercurii, eâdem horâ.

*Anatomiam comparatam tradere perget* **TH. G. VAN LIDTH DE JEUDE**, die saturni, horâ XI.

*Mineralogiam et Geologiam* **N. C. DE FREMERY**, diebus jovis et veneris, horâ XI.

*Oeconomiam ruralem* **J. KOPS**, diebus lunae, mercurii et jovis, hora I. die saturni, hora XII.

*Chemiam artibus adhibitam* **P. J. I. DE FREMERY**, diebus martis et veneris, horâ pomeridiana VI.

Iis, qui instituendis operationibus chemicis operam dare cupiunt, praecërit **P. J. I. DE FREMERY**, die saturni, horâ IX ad XI.

Disputandi exercitationibus, die saturni, horâ I, alternatim praecërent Professores in Facultate Matheseos et Philosophiae Naturalis, singuli in partibus sibi demandatis.

## In FACULTATE THEOLOGICA,

*In Theologiam Naturalem cum commi-*

litionibus inquiret H. BOUMAN, diebus jovis et veneris, hora IX.

Ejusdem *Historiam* tradet H. BOUMAN, diebus lunae et martis, hora X.

*Historiam Ecclesiae Christianae*, conjunctam cum *Historia Dogmatum Christianorum*, utramque antiquam, tradet H. J. ROYAARDS, diebus lunae et martis, hora XI. et mercurii, hora II.

*Historiam Ecclesiae Belgicae* narrabit H. J. ROYAARDS, diebus lunae et martis, hora II.

*Collocutionibus* cum provectoribus de locis *Historiae Ecclesiae et Dogmatum*, et cum Theologiae Candidatis de *Doctrina morum Christiana*, alternatim vacabit H. J. ROYAARDS, die mercurii, hora II.

*Disquisitionibus*, probationi academicae praeviis, vacabit H. J. ROYAARDS, die jovis, hora II.

*Hermeneuticam Veteris ac Novi Foederis* tradet H. BOUMAN, diebus mercurii, hora IX, jovis et veneris, hora X.

Epistolae ad Romanos partem moralem, et Epistolam ad Galatas interpretabitur H. BOUMAN, diebus lunae et martis, hora IX.

*Theologiam dogmaticam* docebit J. HERIN-



RINGA, E. F. diebus lunae, martis, jovis et veneris, hora XII.

*Collocutionibus de Theologia populari* vacabit J. HERINGA, E. F. die jovis, horis vespert. a VII. ad IX.

Disquisitionibus, cum provectoribus instituendis, probationi, sive academicae, sive ecclesiasticae, praevis, singulares horas destinabit J. HERINGA, E. F.

*Doctrinam morum Christianam*, inprimis *Officia Christiana et Asceticam* docebit H. J. ROYAARDS, diebus lunae, martis et mercurii, hora I.

Praecepta *homiletica* tradet J. HERINGA, E. F. diebus lunae et jovis, hora VIII.

*Exercitationes oratorias sacras* moderabitur J. HERINGA, E. F. die saturni, hora I.

*Officia doctorum et antistitum in Ecclesia Christiana* exponet J. HERINGA, E. F. diebus martis et veneris, hora VIII.

*Puerorum doctrinae Christianae initiis erudiendorum* exercitationem instituet J. HERINGA, E. F. die veneris, hora XI.

Commilitonibus, *orationes* habentibus *sacras*, praesides aderunt J. HERINGA, E. F. die martis, horâ I., H. BOUMAN, die lunae, hora I. et H. J. ROYAARDS, die jovis, horâ I.

Publicis *disputandi* exercitationibus praeerunt, alternis hebdomadibus, die mercurii, hora I. alternatim, J. HERINGA, E. F., H. BOUMAN et H. J. ROYAARDS.

G. VAN OORDT, etsi suo rogatu honorifice a Rege dimissus est, libentissime tamen sua officia et consilia, quoad ejus fieri possit, offert commilitonibus. Orationes sacras habentibus praeses aderit, diebus et horis, et sibi et commilitonibus opportunis.

In FACULTATE JURIDICA, docebunt

*Institutiones* H. ARNTZENIUS, diebus martis, mercurii, jovis et veneris, hora IX.

*Pandectas*, Westenbergio, duce, H. ARNTZENIUS, diebus martis, mercurii, jovis et veneris, hora X.

*Jus Belgicum, ad ductum linearum Jur. Civ. Holland. descriptarum a Cl. N. Smal- lenburg*, J. R. DE BRUEYS, diebus lunae, martis, mercurii, jovis et veneris, hora I.

*Encyclopaediam juris* J. R. DE BRUEYS, diebus lunae, hora X, mercurii et veneris, hora XI.

*Elementa oeconomiae politicae* J. R. DE BRU-



**BRUEYS**, diebus lunae, martis et jovis, hora XI.

*Jus naturae* C. A. VAN ENSCHUT, diebus mercurii, jovis et veneris, hora X, duce Haus.

*Jus publicum et gentium Belgicum* C. A. VAN ENSCHUT, diebus martis, mercurii, jovis et veneris, hora XII.

*Jus Criminale universum et Belgicum* C. A. VAN ENSCHUT, diebus martis, mercurii, jovis et veneris, hora IX.

*Juris Romani Historiam* secundum sua *Lineamenta* (Leodii apud Desoer, 1830.) A. C. HOLTIUS, diebus martis et jovis, hora I. et saturni, hora IX.

*Juris Mercatorii* elementa secundum Franco-Gallum Codicem A. C. HOLTIUS, diebus mercurii et veneris, hora IX.

*Historiam gentium recentiorum politicam* tradet J. ACKERSDYCK, diebus lunae, mercurii et veneris, hora VIII.

*Disputandi* exercitationibus, alternis hebdomadibus, praeerunt Professores in facultate Juridica.

G. DORN SEIFFEN, *Lit. Human. Lector*, diebus lunae et jovis, hora V., *Grammaticam Graecam* exponet; iisdem diebus hora VI., aut alia, auditoribus magis commoda, *de rhythmica ratione, tam in Graecorum, quam Latinorum poëtarum carminibus*, aget.

J. H. KOCH, *Linguae Germanicae grammaticam et historiam literariam* interpretabitur, horâ auditoribus commodâ.

*Literas Anglicas* tradet C. THOMPSON, diebus lunae et jovis, hora IV.

L. DE FRANCE, *Academicus artis gladiatoriae magister*, quotidie aptum et elegantem gladii usum docebit.

---

*Bibliotheca Academica*, diebus lunae, martis, jovis et veneris, ab hora I. in II, diebus mercurii et saturni ab hora I. in IV, et feriarum tempore, singulis diebus jovis, ab hora I. in II. unicuique patebit. *Museum quoque zoölogicum, tam hujus Academiae, quam privatum in aedibus Professoris Historiae Naturalis, cuique roganti patebit.*

## §. IV.

Plurimis civibus Academicis arma gerentibus pro patria defendenda pauci tantum, inde a die **xxvi** m. Martii A. CICIDCCCXXXI, usque ad diem **xxv** m. Martii A. CICIDCCCXXXII, summos honores in singulis facultatibus petiverunt, eos autem consecuti sunt hoc ordine:

Anno CICIDCCCXXXI.

*Die xiv m. Aprilis*, **GUILLIELMUS MUURLING**, *Bolswarda Frisius*, *defensa publice commentatione Historico-theologica, de Wessselii Gansfortii cum vita tum meritis, in praeparanda sacrorum emendatione in Belgio Septentrionali, magna cum laude Theologiae Doctor est creatus.*

*Die xi Junii*, **DIDERICUS JOANNES AGATUS ARNTZENIUS**, *Haga Batavus*, *Med. Doctor, praevio examine, cum laude Chirurgiae Doctor creatus est.*

*Die xxix m. Junii*, **GUILLIELMUS JABES VAN BEEK CALKOEN**, *Rheno-Trajectinus*, *defenso privatim specimine, de cautione*  
fruc-



fructuaria, Juris Romani et Hodierni Doctor creatus est.

*Eodem die*, BERNARDUS CRAMER, *Demerariensis*, defenso *privatim* specimine, de emtione et venditione rei alienae, Juris Romani et Hodierni Doctor creatus est.

*Eodem die*, CORNELIUS NICOLAUS SAUTER, *e Pago Wagenberg, Brabantinus*, defenso *privatim* dissertatione, de rabie canina, *cum laude* Medicinae Doctor creatus est.

*Die I m. Julii*, REPIUS VERLOREN, *Rheno-Traiectinus*, defenso *publice* disquisitione, de Iesu, sese Messiam profitente, *magna cum laude* Theologiae Doctor creatus est.

*Die XXI m. Octobris*, GULLIELMUS SIMON SWART, *Lugduno-Batavus*, defenso *publice* dissertatione Physico-Mathematica, de communicatione et propagatione caloris liberi, *magna cum laude* creatus est Matheos Magister et Philosophiae Naturalis Doctor.

---

Anno CIOIÖCCCXXXII.

*Die XII m. Martii*, LUDOVICUS JANUS HEYLIDEX, *Rheno-Trajectinus*, defenso *privatim*

*privatim* dissertatione Medica, sistente historiam principii Salicini, *cum laude* Medicinae Doctor est creatus.

## §. V.

Anno CICIDCCCXXXI.

*Die xxvi Martii.* Proclamato jam Rectore Magnifico hujus anni, in Senatu Amplissimo jusjurandum solitum, aut hoc ipso die, aut deinde praestiterunt Professores tum Ordinarii tum Extraordinarii, qui ex Regis Augustissimi decreto iisdem ordinibus eodemque honoris titulo, quo fruebantur ante in Academiis Belgicis, Scholae Trajectinae in tempus sunt adjuncti. Sunt autem hi: ADRIANUS CATHARINUS HOLTIVS, *in Academia Lovaniensi Juris Prof. Ord.* JANUS ACKERSDYCK, *in Acad. Leodiensi Juris Prof. Extraord.* LUDOVICUS GERARDUS VISSCHER, *in Acad. Lovaniensi Philos. theor. et Litt. Hum. Prof. Extraord.* RICHARDUS VAN REES, *in Acad. Leodiensi Philos. Nat. et Matheseos Prof. Ord.* et CORNELIVS ADRIANUS BERGSMA, *in Acad.*  
Gan-

*Gandavensi Philos. Nat. et Matheseos Prof. Extraord.* Quibus cum munus suum gratulatus esset Amplissimus Praeses, singulis locus suus est adsignatus.

*Die XVI m. Junii.* Vir Clarissimus, JACOBUS CORNELIUS SWYGHUISEN GROENEWOUDE, huc vocatus ad docendas literas orientales, postquam in Senatu Amplissimo solenne jusjurandum praestiterat, hujus muneris adeundi causa, verba fecit, *de aetate nostra, ad provehenda literarum Orientalium studia, quam maxime apta.*

*Die XXI m. Septembris.* Cum placuisset Augustissimo Regi temporariam vacationem a militia concedere cohortibus, quae e civibus Academicis erant conscriptae, ut ad placida Musarum sacra quisque rediret, hoc die reduces hujus Academiae cives actu publico et solenni sunt excepti. Itaque in hujus Provinciae finibus a Praefecto regionis; ad portas urbis a Rectore Magnifico, nomine Senatus Academici; ad curiam a Gravissimo urbis Consule salutata cohors, universo comitante Senatu urbano, deducta est ad locum, ad hanc solennitatem instructum, et pompa militari illustrem, quo se congrega-

ve-



verant viri honoribus et meritis in hac urbe conspicui, et inprimis Academiae Senatus Amplissimus. Ibi vero solenni ac gravi oratione Amplissimorum Curatorum Praeses laudibus cohortem debitis illustravit, et tradidit singulis numisma, quale, in perpetuam rei gestae memoriam, Curatorum munificentia cudi paraverat. Quae porro fuerint festo hoc die hilaritatis publicae indicia in Rectoris oratione plenius exponuntur; e quibus patuit abunde, quo animi sensu singuli cives reditum gratularentur cohorti, cui abeunti valedixerant aegritudine et moerore affecti.

*Die x Octobris.* Prorogato Lectionum inchoandarum tempore, ad petitionem Senatus Academiae, ut actu solenni salutarentur juvenes ad literarum studia redeuntes, Vir Clarissimus, A. SIMONS, patrio sermone, in aede cathedrali, descripta praesenti conditione Europae, laudes huic juventuti in belli pacisque artibus debitas carmine celebravit.

*Die xvi Octobris.* Vir Clarissimus H. J. ROYAARDS Orationem sacram, in instaurandis Scholis haberi solitam, instruxit inprimis; ut pia mente grates publicae solveren-

tur

tur Deo, florem juventutis e belli periculis  
Academiae salvum reddenti.

*Die v Decembris.* Literis petiverunt Cu-  
ratores Athenaei Amstelaedamensis, ut de  
Senatu hujus Academiae tres mitterentur de-  
legati, qui interessent festo seculari Athenaei  
propediem celebrando.

—————  
Anno **CIOIOCCOXXXII.**

*Die XXIV m. Martii.* E relatis ad Re-  
gem quatuorviris, hujus decreto, in annum  
sequentem Rector Academiae Magnus crea-  
tus est ADAMUS SIMONS; in conventu vero  
eorum quibus hoc per legem est commissum,  
ex ordine constituti sunt Adsessores VV. CC.  
R. VAN REES, H. BOUMAN, J. A. C. HOLTJUS  
et J. L. C. SCHROEDER VAN DER KOLK.  
Munus Graphiarii mandatum est V. C. TH. G.  
VAN LIDTH DE JEUDE.

*Die XXVI m. Martii.* Peractis solennibus  
in Rectore Magnifico inaugurando solitis,  
combustisque scedulis, quibus nomina conti-  
nerentur eorum, qui in certamine literario  
praemia non reportarunt, V. C. J. I. WOL-  
TERBEEK, munere suo abiturus, orationem

ha-



habuit: *de naturae humanae constantia, ad praestantiam medicinae vindicandam, et vero ad ipsam medicorum fortitudinem sustinendam, egregie adhibenda.* Memoratis porro quae prospera et adversa Academiae, se Rectore, evenissent, praemia Victoribus in certamine literario tradidit, successoremque sibi datum Regia auctoritate proclamavit A. SIMONS; quae omnia in oratione Rectoris describe traduntur.

---

In the first place, the  
 Government has  
 been very successful  
 in its policy of  
 maintaining a  
 high level of  
 public expenditure  
 and in the  
 provision of  
 social services.  
 This has been  
 done at a  
 cost which is  
 not excessive  
 in view of  
 the country's  
 resources.

The Government has  
 also been successful  
 in its policy of  
 maintaining a  
 high level of  
 public expenditure  
 and in the  
 provision of  
 social services.  
 This has been  
 done at a  
 cost which is  
 not excessive  
 in view of  
 the country's  
 resources.

**JANI ISACI WOLTERBEEK**

**ORATIO**

**DE**

**NATURAE HUMANAЕ CONSTANTIA, AD  
PRAESTANTIAM MEDICINAE VINDICAN-  
DAM, ET VERO AD IPSAM MEDICO-  
RUM FORTITUDINEM SUSTINEN-  
DAM, EGREGIE ADHIBENDA,**

**dicta publice**

**die XXVI. M. Martii, A. MDCCCXXXII.**

**quum Academiae Regundae munus**

**solemni ritu poneret.**

1841

PLATE

18

NATURE HUMAN CONSTITUTION, AD  
PLASTICITY OF THE MIND  
AND THE POWER OF THE  
MIND TO PERFORM  
THE MOST DIFFICULT

PLATE

PLATE

PLATE

PLATE

# ORATIO.

ACADEMIAE RHENO-TRAJECTINAE CUR-  
RATORES, VIRI AMPLISSIMI, QUIQUE HIS  
A TABULIS ES, VIR CONSULTISSIME!

ARTIUM ET DISCIPLINARUM PROFESSO-  
RES, VIRI CLARISSIMI, EADEM COLLEGII  
NECESSITATE MECUM CONJUNCTISSIMI!

LECTORES ERUDITISSIMI!

QUI IN REGNO HOLLANDIAE, IN REGIO-  
NE RHENO-TRAJECTINA, ET IN HAC URBE,  
SIVE REBUS PUBLICIS GERENDIS, SIVE JUS-  
TITIAE TUENDAE, SIVE MILITIAE FACIEN-  
DAE, PRAEESTIS, VIRI SPECTATISSIMI!

LITERARUM ET LEGUM DIVINARUM INTERPRETES, DOCTRINA, FACUNDIA, ATQUE MORIBUS, VENERABILES!

CUJUSCUMQUE ARTIUM SCIENTIAE PERITISSIMI DOCTORES!

PRAESTANTISSIMORUM HUIUS ACADEMIAE JUVENUM AMABILIS CONCIO, SPES PARENTUM ET PATRIAE, NOSTRA CURA!

QUOTQUOT DENIQUE AD HUNC DIEM ACADEMIAE NATALEM CELEBRANDUM CONFLUXISTIS, CIVES ET HOSPITES, SUO QUIQUE LOCO ET GRADU VALDE VENERABILES!

---

Quoties apud animum reputo, (reputandi vero opportunitatem hac fere sexagenaria vitae aetate neminem mihi abrogaturum confido), quoties reputo assiduas, easque haud raro perquam temerarias rerum, inter varias gentes, et hominum cognationes gestarum,



vicissitudines, atque permutationes, toties gelidus mihi per ossa currit tremor, tristissimaque hominum vesaniae memoria animum opprimit, ac fere perturbat. Pariter vero ab hoc inconstantiae theatro oculos meos avertere studens, sponte allicior ad summam illam corporum coelestium majestatem, quorum contemplatione nullius expleri potest animus naturae aeternum ordinem videre cupientis. Adspicio Phoebum, astrorum principatum tenentem, spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeantem, perpetuas noctis atque diei vicissitudines facientem, accessu et recessu aequae calorem ac frigus moderantem, inclinatione sua sive ad septentrionem, sive ad meridiem aestates, et hyemes efficientem. Ut! vultu sereno terrogenis arridet, corporibusque languentibus novum vigorem instillat, sanos recreat, imbecillos refocillat. Ut! mentem exhilarat, atque coelesti fere voluptate animos hominum perfundit, eorumque nubila serenat.

Occaso sole cum atra nox terras opacas reddidisset, admiror Cynthiam, fidelem illam

nos=

nostrae telluris satellitem, summa majestate dominium suscipientem. Quanta cum sedulitate menstruis spatiis cursus suos consequitur. Nunc soli proxima, nunc ab eo digressa, sive lumen tenuissimum, sive plenissimum terrae facit. Quanta humano generi largitur comoda in plantarum fructificatione ac maturatione promovenda, ipsis agricultoribus abunde nota. Quanta in aestum maris nunc accedentem, nunc recedentem potentia, qua navigantes iter suum prudenter moderantur.

Hac corporum coelestium praestantissima majestate, atque divina constantia, qui non moveatur, hujus certe animum non inflammabunt cetera illa rutilantia signa, numero et magnitudine infinita, altitudine aut magnitudine multum inter se distantia, quae non, ut in opificiis hominum industria, atque sagacitate factis, mechanica ratione, sed vitali spiritu circumaguntur. Equidem in hac contemplatione mirifice beatus, et invitus oculos a coelo declinans, Tullii verba mea facio: « admirabilem coelestium ordinem, incredibilemque constantiam, ex qua conservatio et



salus omnium omnis oritur, qui mente vacare putat, is ipse mentis expers habendus est."

Sed quo me aufert mentis phantasia? ex-  
contractis oculorum superciliis, Auditores hu-  
manissimi! vereor multos esse, qui mente  
sua ita volvunt, quid ille, qui Medicinam  
facit, in foro alieno litigare ausit? Quidni  
in ipsa natura humana luculentissima rationis  
ac constantiae argumenta inveniat? Ita ju-  
dicent, qui tenuem adeo Medicinam faciunt,  
ut arctissimis eam cancellis includant, neque  
praeter jejunam, quam dicunt, morborum,  
atque artis auxiliorum historiam, quidquam  
ad Medicum informandum expostulari opinen-  
tur. Qui vero universam naturam uno eodem-  
que vinculo contineri, atque vi insita perfundi  
oculis, atque mente sua perspicere didice-  
runt, hi absque meo suffragio profiteantur  
oportet, absque naturae intelligentia sobriam,  
atque imperfectam fore Medicinam. Vos in-  
terim facilem me, atque obsequiosum, vela-  
que contrahentem invenietis, ut ab instante  
naufragio liber in tutum devehar portum.

Quandoquidem igitur mihi Magistratu Aca-  
de-

demico abeunti in hoc tempus opportunitas incidit, more, ut dicitur, majorum, orationis habendae, a loco, quem teneo, me non alienasse censeo, si breviter strictimque dixerim: *De Naturae humanae constantia ad praestantiam Medicinae vindicandam, et vero ad ipsam Medicorum fortitudinem sustinendam, egregie adhibenda.*

Tu vero Benignissime Deus! Omnium in hac universitate rerum seminator, atque educator, quique omnia paterna benignitate nutricaris ac contines, ingenii imbecillitati ignoscas, si ea, quae de naturae humanae constantia, quae tua est, balbutiam, aeternae tuae dignitati parum respondeant.

Ad intima naturae sacraria pertingere nemini mortalium in hac terra datum est. Verum tamen ipsa natura omnibus, qui sapientiae ardore flagrent, uberrimam interrogandi copiam fecit, et modo absque praeconcepta opinione frequenter consulatur, per certos eventus arcana sua interpretari solet.

Hoc

-Hoc tramite qui incesserunt Naturae scrutatores uno omnium suffragio testati sunt, naturam in elementis corporum fabricandis simplicem, ast in formis multiplicandis esse infinitam.

Corporum igitur viventium, quae primo ferè naturae conamine formantur simplicissima est fabricatio. Ab his Natura transit ad perfectiores organismos. Haec corpoream gradatio nullibi interruptam seriem exhibet, atque naturae ordinem aequè constantem, ac incomparabilem. Hanc verò nusquam alibi accuratius observare licet, quam in animalibus, quorum alia magis, alia minus elaborata sunt. Homo autem omnium animantium perfectissimum ceteris facile palmam eripit. Ab origine quidem inferiorum animalium formam aemulatur, sensim verò ad perfectionis fastigium ita assurgit, ut ejus fabricatio, neque ad formam pulchrior, neque ad usum melior esse possit.

Ex altissimis tenebris evocata corporis humani elementa primum fluida, et si armato oculo inspiciantur globulosa, atque vesiculosa ap-

parent. Haec sibi jungendo Natura contextum cellularem machinatur, unde membranae, nervi, vasa, muscoli, omniumque demum corporis organorum contextus primum mollis, sensim vero firmandus originem ducit. Omnes autem ut dignitate, atque usu, sic aetate praecedit nervorum systema. Ab origine enim corporis formationem atque conservationem gubernat. Hinc medulla spinalis inter primas homuncionis partes eminent, simplex quidem ac tenuis, sed sensim perficienda, et in ipsum cerebrum explicanda. Ne vero nervis organorum formationem molituris apta materia deficiat, ipsa natura artificiosa ratione construxit vesicam umbilicalem, in qua ex humoris albuminosi sphaerulis fluidis sibi que accedentibus, atque in seriem coalescentibus, sensim canalem sanguiferum construere tentat, cujus centrum singulari vitalitate gaudens, ac veluti saliens, ab Aristotele visum, atque notatum fuit in ovo incubato, cujus observatione humani corporis prima fabricatio miro modo illustrata, atque in pleniore luce collocata fuit. Egredia enim studia indefesso



labore adhibita summorum naturae scrutatorum, Burdachii, Baërii, Velpavii, Seileri, aliorum, spem animis demittere sinunt, ut naturae mysteria, quae horum industria nostra aetate ad majorem probabilitatis gradum relata sunt, tandem in fulgentissimo lumine collocentur.

Ex mollissimis adeo principiis utrimque propullulant capitis, et extremitatum rudimenta. Quae tenera sunt organa, ea mira celeritate inaccessunt. Teneris autem organis sensim fundamentum cartilaginoso osseum paratur, artus extenduntur, digitorum apicibus inaccessunt unguiculi, tandem capillamentum propullulat, quod quidem si externam videas speciem simplissimarum corporis partium formam refert, si vero sedulo exploratur, eam ostendit operosissimi moliminis pulcritudinem, ut (judice Boerhaavio) « ab absolutum ejus intellectum animo conciliandum, neque aetas hominis, neque omnis sufficiat diligentia. »

Tenuissimo velamento inclusus foetus, atque, ut ab omni minitante corporis laesione praeservetur, balneo tepido innatans, plantae

in-



instar, radicibus suis matrici insinuatis, organicam vitam ducit, atque nutrimentum sibi paratum in usum suum adhibet. Certo tandem, quod natura in hominibus rarissime excedit, incrementi tempore, ex arctiore habitaculo in pleniorum lucem exitum sibi paratum invenit. Neque enim foetus intimo illo cum matre commercio ulterius indiget, nec matris organa continentia majorem extensionem impune ferunt, sed ad ultimam necessitatem reducta reagunt, atque hospitem suum ad exitum obsequiosum, brevissimo quidem, non vero temerario itinere, in vivas proferunt auras.

Mox matrice relicta homuncio omnium rerum rudis, neque propriae conservationi, neque curationi aptus, sed ut

» Saevis projectus ab undis  
 Navita, nudus humi jacet indigus omni  
 Vitae auxilio, quem primum in luminis oras  
 Nixibus ex alvo matris natura profudit;  
 Vagituque locum lugubri complet, ut aequum est,  
 Quo tantum in vita restet transire malorum,” (1)

gratam aequae ac ingrati commercii cum rebus externis vim experitur. Irruente enim

(1) Lucretius de Natura rerum Libr. V. 223.

aetheris stimulo pulmones, hactenus densi, et collapsi explicantur, stimulum excipit reactio musculorum, et semel instaurata respirandi facultas per omnem vitam aeterna lege integra manet, neque temerariae hominum voluntati illam lethali effectum suppressere, est relictum.

Tum simul obliterated hactenus patulis canalibus, recessibus, ac fossis, laticis vitalis undae novum itineris spatium definitur, ad ultimum vitae tempus constanter sequendum. Pariter incredibili naturae cura cautum est, ut cor in magna illa corporis nostri stimulis assuescendi opportunitate, per longam annorum seriem stimulo sanguinis numquam penitus assuescat, sed mira alacritate laticem vitalem promoveat, ac recipiat.

O! Diligentissimam et solertiae plenissimam naturae providentiam, per dignam omnino, ut aliquamdiu pedem sistamus, tum demum alacriter pergamus.

Et *primum* quidem illa naturae constantia celebranda est, quae in omnibus suis machinationibus regularem typum observans,

sin-

singulis corporibus suum constituit maturationis terminum. Hanc admiramur tum in seminibus plantarum, fructibusque arborum, tum in animalibus, maxime vero in hominibus, ut horum partus suis finibus contentus, nullis neque climatum, neque caloris aut frigoris vicissitudinibus, impediatur, aut turbetur.

*Deinde* vero eadem natura, mira fabricatione, ac virium antagonismo, in uno organo infinitam collocavit sapientiam, ut hoc sibi aeque sufficiat viae foetui aperiendae ac facilitandae, et tandem claudendae.

Quis porro Artifex praeter naturam sapientia omnem hominum rationem superante effecisset, ut numerus foetuum plerumque organorum nutrientium numero respondeat, ita quidem ut nutrimenti quantitas numquam deficiat.

*Ipsa tandem* Natura summa majestate non tantum integrum servat utriusque sexus aequilibrium, sed etiam sedulo curat, ut viri qui duris laboribus, bellorum cladibus, aliisque vitae periculis e vita erepti, ad generis humani aequabilem conservationem forte de-

fe-

fecissent, aucto natiuitatum numero, certa semper ratione ubiuis compensarentur. Tanta est Creatoris beneficentia, ut ea, quam ipse a rerum origine constituit, matrimonii dignitas per omnia secula integra seruetur, et neque iuveni puella, neque puellae iuuenis deficiat, neque tandem iusta sit excusandi causa illis, qui ita a ducenda uxore abhorrent, ut libero lectulo quidquam iucundius esse negent.

Sed ad tenellum redeamus. Hic igitur materno pectori appressus a nemine edoctus, nutrimentum dicam an medicamentum, nullo alio rite compensandum, facile attrahit, vitamque agit organicam, ac longo veluti somno comparandam. Sensim vero leuia quaedam vitae animalis vestigia prodeunt. Lucem auide appetit, atque omne id, quod splendet, amat, sibi que arripit, gratis nutricum officiis delectatur, ad ingrata vero plorat, familiares agnoscit, at vero ab ignotis terretur. Atqui tenera haec animi facultatum rudimenta nondum elaboratae organorum fabricae, cum  
qui-



quibus proxime juncta sunt, egregie conspirant. Cerebrum enim, praestantissima vitae animalis officina, in tenellis non nisi fluidam pulpam refert, quae omnem subtilem Anatomicorum industriam eludit. Pariter imperfecta sunt sensuum organa, quae rerum ideas animo suppeditent. Hinc Nervi optici expansio adeo mollis est, ut retinendis, atque transferendis imaginibus in ejus superficie depictis, illam imparem esse quisque sibi facile persuadere possit; unde facile efficitur tenellorum visum non nisi obscurum expectari posse. Aliud exemplum habemus in velamento illo pulposo membranae tympani praetenso, quod, egregio naturae artificio avertit laesionem quam nobilissimum auditus organum ab irruentibus acutis acque ac gravibus sonis facile pateretur, ipsiusque adeo auditus praematuram exercitationem impedit.

Ipsa denique olfactus officina inter reliqua sensuum organa minime elaborata, brevis, arcta, neque sinibus, qui odoratus perfectioni faveant, instructa apparet. Hinc fieri aliter non potest, quin hujus organi prae-

matura vellicatio gravissima tenellis damna inducere valeat.

Neque in illa tardiore sensuum evolutione, atque perfectione, culpa latet, quam naturae inconstantiae facile tribuere possit intempetivus harum rerum iudex. Quid enim, etiamsi haec organa, quae certa ratione aliis instrumentis sive physicis sive mechanicis ita comparari merentur, ut a nemine nisi artis peritissimo tractari possint, ab omni parte essent elaborata, atque perfecta, in tanta tamen ipsius cerebri mollitie pulposa, non nisi imperfectae impressiones, procul omni dubio magis molestae, quam gratae sequerentur.

Sagacissima naturae providentia, quae hactenus artificiosam acque ac formosam corporis fabricationem moliebatur, organis vitae organicae perficiendis haud minore cura invigilat. Hinc in utraque maxilla prodeunt dentes, numero et forma praesenti naturae consilio egregie respondententes, quibus in ore constructis cibis extenuatur, atque molitur. Lingua agitatione et motibus ad omnem partem faciendis, cibum depellit, at-

B

que

que in fauces detrudit, in quibus cum diversarum adeo partium conspiratio ad actum deglutitionis perficiendum requiratur, summa naturae sapientia et simplicitas effulget. Iisdem enim instrumentis, eodemque tempore tum ex faucibus depellitur, quod deglutendum est, tum aditus clauditur ad fistulam aëream, ne quid illabatur, et expeditur via, quae per canalem cibarium in stomachum patet, pariter vero cavetur, ne quid per nares redire possit, clauso nempe sub deglutitione aditu ceteroquin in nares patulo. Dehinc alimenta digestionis officinae traduntur, quae mira gaudens sensilitate, ea quae nocitura essent cum horrore repudiat, pariter vero omne, quod corpori conveniat, sive aridum, sive humidum, et recipit, et cogit, atque confundit, adeoque ex ingestis natura sua diversissimis, ulteriore attractione, atque repulsione, naturae animali convenientem format liquorem.

Verum ipsa natura homines humo excitatos celsos et erectos constituit, « ut essent non incolae adeo et habitatores terrae, sed quasi  
spec-

spectatores superarum rerum, atque coelestium, quorum spectaculum ad nullum aliud animalium genus pertinet.” (1)

Ad motum igitur, et ad omnem corporis actionem, ut sufficerent partes, praecipue inferiores, pleniore post nativitatem affluente sanguinis unda, indurantur cartilagine, atque epiphyses, ipsaque tandem ossa volumine augmentur, ut quae antea teretem ac glabram formam haberent, nunc inaequalia et angulosa fiant, adeoque et longitudine et robore incrementa superiori corporis parti sustinendae, et vero incessui apta evadant.

Ut corpus lente invalescit, summus naturae auctor prospexit, ut cum organorum incremento pariter animi vires perficerentur.

Primum ergo ossa calvariae sensim evalescunt, eorumque interstitia, summi antea in partus negotio momenti, ossea substantia clauduntur. Ipsum nobilissimum viscus, ubivis custoditum, sensim perficitur, totaque nervorum compages minus tremula redditur. Cum

(1) Cicero *de Natura Deorum*. Libr. II. c. 56.



vero intimum adeo sit animi cum corpore commercium, ut sine debita hujus conditione ille vere operosus esse non possit, fieri non potest, quin informationi organorum ipsius quoque vitae animalis perfectio certis adeo eventibus respondeat.

Infans igitur, hactenus communem cum brutis habens vociferandi facultatem, sensus et appetitus suos articulata voce declarare molitur, quo divinitus misso privilegio homo aliis animalibus excellit. Attentio sequitur, atque indefessum nominum ac caussarum investigandi studium, quae memoria promte tenentur. Aucta tandem cerebri firmitate, atque velociore sanguinis flumine, collectaque simul idearum copia, cum quibus novae comparantur, ingenii, atque imaginationis vis mirifice excolitur. Tardius accedit ipsum iudicium, quo rerum notiones per omnes partes expanduntur. Haec enim animi facultas majorem sibi vindicat cerebri fibrillarum firmitatem, atque tranquillum adeo sanguinis motum, ut non nisi serioris aetatis privilegium esse videatur.

Homo igitur non nisi per varias corporis transformationes, sensim ad perfectionem ducitur. Harum vero una gravissima in ipsum pubertatis stadium incidit. Cum novae enim hujus functionis instauratione pariter corporis incrementum perficitur, neque leves animi mutationes sequuntur. Puer enim antea timidus, nunc animosus et audax pericula spernit. Mox e pueris excedens virorum mores induit. Corporis temperies antea in multis phlegmatica in sanguineam ac irritabilem mutatur, inde vero ingenium promptum ac docile, animus liberalis, ac flexilis, curarum absentia, simul vero consilii imbecillitas facile diverticula quaerens.

O! Beatissimos adolescentes! qui hac aetate, quam Plinius decretoriam dixit, parentum admonitionibus, atque amicorum consiliis, qui insitas animi facultates ex certis signis mature perspicere, veramque inde hominis indolem divinari didicerunt, faciles obsequantur. His vere neglectis, quam facile ardor aetatis, neque prudentiae neque subacti iudicii compos in rerum utilium contentionem, voluptatis ipsiusque saepe turpitudinis

appetitionem, atque veri, bonique ignorantem deflectere observatur.

Hac naturae constantia, homo, nisi plantarum instar enutriatur, quae in caldariis alienis stimulis magis attenerantur, quam increscunt, adeoque praecocius quidem efflorescunt, sed fructus gerunt minime perennes, lento quidem, pariter vero certo tramite ad illam perfectionis metam adscendit, quam in adulto admirari solemus. Intueamini mecum, Auditores! corpus illud absque rusticitate quadratum, vultum illum vegetum, suavem, sibi que constantem, frontem explicitam, oculos venustos, horumque aciem incolumem, atque rectam, dentes candidulos ac robustos, vocem sonoram, ac gravem, thoracem amplum, latisque humeris instructum, musculos torosos, bene expressos ac firmos, neque trementes. Quam bene compacta sunt membra, ac concinna. Quanta in omni motu, incessu, ac gestu, decora facilitas, ac roboris significatio: quanta laboris ferendi facilitas. Quam placidus somnus nullis insomniis, aut phantasmatis turbatus.

Quan-

Quanta respirationis et pulsationis arteriarum aequabilitas. Appetitus praeter famem ac sitim nullis indigens condimentis. Quaeque ingerantur, eorum facilis est confectio, atque egestio.

Quanta dignitate Homo reliquis animantibus excellit. « Neque frigidae, neque calidae terrarum Zonaë adstrictus, universum, qua late patet terraë orbem degere, et tam freti Hudsonis aut Novae Zemblaë rigores, quam Senegae litoris torrentes ignes perferre valet. » (1) Terrarum dominus aequè cibo vegetabili ac animali nutritur. Neque, ut vitam tueatur, proboscide, neque cornibus indiget, sed mira membrorum agilitate, manuumque dexteritate, et vero rationis usu pericula abigit, omnibusque vitae necessitatibus prospicit.

At vero in pulcherrimo illo aetatis flore semina decrescentis hominis delitescunt. Haec sensim progerminant, atque succrescunt, donec ultimum accesserit fatum. Nec tamen inde justa naturam inconstantiae accusandi caus-

(1) Blumenbachii *Instit. Physiol.* §. 159.



caussa conficiatur. Illa enim, teste Tullio, « usuram vitae nobis dedit tanquam pecuniae, nulla praefinita die. Quod si sua repetit ea conditione commodata, ut restituenda sint, cur accusatur? Neque in hac terra nobis habitandi locum, sed commorandi diversorium dedit, e quo cum migramus, alacres, tanquam ex hospitio miseriarum, atque incommodorum plenissimo egredi debemus, ac laetissimo animo ad futuram vitam, tanquam ad patriam evolare.”

Neque hujus decrementi causas ex alienis fontibus haurire necesse est. In ipso corpore latent. Diurnam enim vitae actionem torpida ejus inertia constanti naturae lege sequitur. Hinc organa detrita partibus suis exsequendis tandem imparia redduntur. Scilicet foetus in matrice latitans e minima molecula ad novem fere librarum pondus increscit, verum mox a nativitate hoc incrementum imminuitur, ac tandem certo vitae tempore decrescit ad fatum usque. Neque hujus velocissimi in tenellis incrementi rationem intelligere ardua res est, modo attendamus, quanta

in

in his sit sanguinis copia, quantusque vasorum numerus, et vero quanta cordis velocitas in sanguine per canales, et anfractus provehendo. Huic ingenti potentiae, qua vasa centies et quinquagesies millies quotidie distenduntur, exigua tantum partium solidarum mollium vis renititur facile superanda. Quocirca nihil obstat, quominus omnium partium incrementum celerrime promoveatur. Quanta autem deformitas, et gigantis proceritas corpori humano immineret, si infans, luce propria accepta, pristina proportione invalescere pergeret. Huic vero incremento moderando, atque refracnando apprime convenit aucta vasorum in corporis ambitu, et in variis organis firmitudo, major adeo vis cordi opposita, quae sensim increscit ad ultimam vitae metam.

Verum ipsa natura, quam tenerrimo almae matris nomine veneramus, omnes intendit nervos, ut aequabile sustineat accepti et expensi aequilibrium; quem finem ad quinquagesimum usque vitae humanae annum felicissime assequitur. Tum vero in opere suo impeditur; ut licet eadem materia reparationi ap-

apta offeratur, ipsum tamen corpus magis decrescat, quam augeatur. Cerebrum enim, quo omnes partes animari solent, sensim occalescit, cor stimulis suis percipiendis antea obsequiosum, desuescere incipit, atque multi canales, materiam animale[m] vehentes partim contrahuntur, partim indurantur, universum adeo nutritionis opus cessat; unde partes antea molles obrigescere incipiunt. Ne vero tumultuarium vitae decrementum multas hominibus turbas, atque molestias faciat, natura aeque in hominum decremento, ac incremento non nisi lento gradu incedere solet. Quemadmodum enim navigantes e compactis nebulis, ipsiusque coeli signis, instantes aëris tempestates, atque procellas praesagientes, vela sua contrahere solent; ipsique fructus, antequam plenam attingunt maturitatem, praeviam quandam cruditatem habent, aequali ratione homines non simul ac semel maturam, atque prorsus decrepitam attingere solent senectutem, sed per varias ambages pedetentim ad fata sua ducuntur. Senescenti igitur, quamquam ad vitae officia praestanda suo modo va-

le-

leat, sensim tamen paulatimque animus labascit, atque memoria imminuitur; succurrunt quidem pristinorum idearum cerebro insculptarum vestigia, atque vitae actae, prospera aequae ac adversa, fata facile revocantur, verum mens novis ideis gnaviter recipiendis, atque retinendis non aequae viget, ac antea. Attamen retardatus sanguinis per cerebrum circuitus facit, ut, quamvis fervida illa junioris aetatis imaginatio deleta sit, subacti tamen iudicii, tanquam veri vitae actae fructus, junioribus utilis, maturitas diutissime retineatur.

Verum aucto in dies caussarum momento, cruda illa senectus ad maturationem evehitur, omnisque vitae organicae, et animalis flamma ita exstinguitur, ut mors non fugienda, sed benefica habenda sit.

Quis enim sine animi commotione intueri possit hominem antea animo et corpore vigentem, nunc vero decrepitum, et corpori sustinendo ineptum, omnique ratione sustentandum. Ut marcescit, et toto veluti corpore contrahitur! Audiamus ipsum imbecillitatis sensum tristibus verbis significantem.



. . . . . Annorum series extenta pruinas  
 Sparsit, et albentes per caput omne nives.  
 Grandius exposcunt lacrymantia lumina praelum,  
 Noxque oculis claro sub jove furva natat.  
 Vox cadit: Auditus, avido vix oris hiatu,  
 Vix prona exiles percipit aure sonos.  
 Olfactus, tactus, sapor, imminuuntur, et omnes  
 Infirmitas sensus aegra senecta meos.  
 Est tamen est misero mihi, quod querar: altius haeret  
 Nec latet in fragili corpore spina nocens.  
 Pars melior nostri solitas non audit habenas.  
 Tarda sed ad stimulos calcitrat usque novos (1) cett.

Quid plura? Ipsam enim vitam ad extrema pervenisse quis dubitet, qui videat, ipsius laticis vitalis fontem ab opere suo feriari, adeoque imparem esse sanguini per ultimos corporis recessus movendo. Hinc frigus illud marmoreum extremitatum, nares acutae, oculi concavi, collapsa tempora, color nunc pallidus, nunc lividus, aëris extremo labore attractio, tandem post ultimam expirationem omnis vitae flamma extincta, ipsumque corpus in corruptionem ruens, animus vero Deo redditus, qui ejus immortalitatem decrevit.

Ex

(1) A. Royenus in carmine elegiaco *de Morbis aetatem*  
 pag. 22-23.

Ex iis, quae disputavimus, Auditores humanissimi! facile colligimus, integram esse summi Pathologi sententiam: « Naturam humanam statis a creatore legibus per similia  
 « individua se multiplicantem, omni tempore  
 « eandem, sub iisdem conditionibus eodem  
 « semper modo agere, ac pati.” (1) An vero sunt, qui dubitent in abnormi, aut morbosa corporis conditione, quam praeternaturalem dicere amant, naturae superesse constantiam. His vero quae respondeam quamplurima habeo. Et primum quidem ignoscant mihi, si abnormem illam vitae actionem, quam in hominum corporibus saepissime observant Medici, non aequa mente ad praeternaturales referam affectiones. An vero homini, qui arctissimum cum universa natura commercium alit, illud praeter naturae constantiam accidisse censeamus, quod ex intima caussarum, atque effectuum ratione ipsius naturae lege ita fluere solet, ut vitae incitamentorum potentia, quae cautius adhibita, vitam,

at-

(1) Gaubii *Inst. Pathol. Med.* §. 20.

atque valetudinē integram servasset, nunc audacius administrata eventus faciat irritationis intensitati congruo modo respondentes. Exemplo ipsa res facile illustrabitur. Attendamus ad simplicem aetheris, quem omni vitae momento attrahimus et vicissim reddimus, agendi rationem. Quanta laude cumulare solemus ejus gratam, atque vitam alentem virtutem, ut qui eo fruantur se mirifice focillatos, atque novo vitae pabulo nutritos experiantur. An vero miremur, si homini, qui non brutae instar machinae vivit, sed corporis fabricationem ad reagendum promptam a natura accepit, eodem aethere sive majore intensitate adtracto, sive quacumque ratione alterato, molestae quidem, attamen ipsi causae exacte respondentēs mutationes inducantur? An tenellis illud praeter naturam accidisse statuamus, si tenerrima eorum organa, cerebrum et fistula aërea, maxima cura custodienda, intempestive irritata, vegetationis excessum patiantur, horumque adeo organorum phlogosis sequatur, in qua vegetantis vitae adeo manifesta signa apparent, ut haud  
in-

inepte cum flore ex semine suo propullulante, atque sensim maturante, comparari possit.

Siquidem igitur ipsa rerum momenta potius ex veritate, quam ex opinione aestimanda sunt, ex disputatis haud difficulter evincitur, manifestas a norma sanitatis deviationes, quas saepe dolemus, minime praeter omnem naturae rationem fieri, atque maximam inde Creatoris sapientiam elucescere, quae intimum adeo stabilivit inter causas, earumque effectus commercium, hominique rationem conciliavit, qua inter res externas versans vera harum emolumenta capere, pariter vero a detrimendis abstinere valeat. Neque haec res adeo ardua habenda est, cum idem commercium non in solis hominibus, sed in ipsis vegetabilibus conspiciatur. An vero frigore aëris alias homini mutationes induci videamus, quam plantis. In his aequè ac illis gratum refrigerium vitae vigorem conservat, atque instaurat. Intensius frigus organa constringit, atque indurat, humoresque repellit. Acre tandem gelu, nervis mordax, vitam universi corporis, aut partium exstinguit, ipsamque humorum  
mix-



mixturem destruit. Hinc plantarum folia corrugantur, atque livescunt, hominum vero extremitates mortificatione, atque corruptione pereunt.

Ut vero a caussis morborum propriis ad communes progrediamur, attendamus, quanta sit naturae constantia in morbis, qui plures homines afficiendo, sive annuo reditu, sive multorum annorum spatio per omnem populum magis minusve sparguntur, quorum alii ex apertis, alii vero ex reconditis, ac saepe valde impuris fontibus profluunt. Quid vero? annon ipsa Medicorum observatio docet annuarum febrium proventum definitae systematum organorum evolutioni respondere, hanc vero pariter anni temporum mutationibus obtemperare. Hinc intelligitur, qui fiat, ut labente autumno, eoque hyemi appropinquante, ipsoque primo vere, organa aetherem attrahentia majorem energiae gradum adepta, omnique injuriarum genere afflicta, vividiores opponant reactiones, ipsisque pulmonum morbis provocandis faveant. Postquam vero profligato tempore hyemali, caloris vernalis focillatione plantae

e somno excitatae novo viridescente amictu ornari, atque gemmas protrudere jam inceperint, homo simul in omnibus organis vitae reproductivae adscriptis, novum recuperat vigorem; unde incaute viventibus facillime emergunt systematis splanchnici affectiones; maxime in organis centralibus, hepate, atque tubo alimentario. Sydenhamus sagacissimum illud artificium, quo natura in epidemiarum natalibus utitur, uti multis aliis exemplis, imprimis illustravit horrendae Cholerae historia, quae anno sexcentesimo, sexagesimo nono Londinenses graviter afflixit. Haec enim intra arctissimos limites mensis Augusti hujus anni se continens, vix umquam in priores mensis Septembris hebdomades exspatiari observata fuit; acsi aër, quo ad vitam alendam aegerime caremus, specifica noxa, quae hanc turbam producere valeret, contaminatus esset.

Ast vero plura dantur morborum exempla, quorum neque patria, neque parentum nomina hactenus patescunt, ut fere claudestino more ex abditis terrae visceribus promanasse videantur. Neque tamen difficile erit in his

dinis atque naturae constantiae documenta invenire, modo apta investigentur.

Injiciatis mecum oculos in morbum venenata contagione genitum, ac specifica cutis vegetatione ortum, cujus utinam memoria, post tot tantaque Medicorum humanitatis documenta, ex solis libris Medicorum, atque proavorum narrationibus nobis superesset! Quamquam nunquam non aliquam terrae partem incolit, vulgo tamen seminis instar certam quandam aëris constitutionem sibi vindicat, ut ab una regione in aliam transferatur. Nunc ad eam, unde ortum duxit, plagam circumscribitur, mox juxta generalem quandam, quam conversiones cosmico-telluricae sequi solent, directionem, ab ortu ad occasum diffunditur. Minima veneni, quae ipsam oculorum aciem fugit, particula ad morbum provocandum sufficit. Neque illius intima natura ullis obnoxia videtur vicissitudinibus, sibi que adeo constat, ut virulentus latex e pustula maligna desumptus, omni ratione benignam aegritudinem, ac vicissim produxerit. In hac autem singulari veneni indole

ratio delitescit constantia naturae ac formae, quam morbus omni aevo, et in omnibus terrarum tractibus immutatam servavit, ut Sydenhami masculam variolarum descriptionem legenti eadem morbi delineatio occurrat, quam apud antiquissimum morbi auctorem Rhazem. Hinc summus Boerhaavius ingenue fateri haud dubitavit, se imagini variolarum, Sydenhami verbis depictae, ne quidquam addendum habuisse. Tantam enim naturae constantiam in morbi proventu, incremento ac exitu observare licet. Ipsum enim venenum certo dierum spatio interjecto, placide dormire videtur, sed copiis suis auctis validam in corpore reactionem provocat. Tum natura hostem ad limites propellit, pustulae efflorescunt, maturantur, et tandem moriuntur.

Plura sunt, fateor, naturae in hoc, et affini morborum genere, constantiae documenta, quae mihi brevitatis promisso stare cupienti omittenda sunt. Nunc vero indicasse sufficiat, sagacissimorum virorum indagationibus illud hactenus effici, contagium variolosum ab homine ad bruta non transire; atque simul-



taneam aliarum contagionum susceptionem, ac evolutionem ipsa natura excludi; et vero morbo feliciter devicto, ipsam ejus radicem funditus adeo evelli, aut obtundi, ut perpetua oriatur a morbo immunitas, cujus certitudinem raræ aliorum exceptiones minime invertere valent.

Quid plura ex alio fonte morborum deprompta afferam argumenta, ut efficiatur, ipsam naturam, quando patitur, constantia sua non protinus destitutam esse? An vero a me expectetis novum exemplum horrendi morbi, qui ex Asiae abditis locis certo tramite procedens, constanti faciei mutatione, oculis semiclausis, ac circulis lividis circumscriptis, cute emollita, atque liquoris animalis profusa egurgitatione instans fatum minitari solet? Horreo dicere! neque tristia proferre laeta hujus diei solennitas mihi permittere videtur.

Huic tandem naturae constantiae gratam et acceptam referimus veram illam *αὐταρκείαν*, quae, quidquid in corpore humano a norma recesserit, emendare, turbam sedare, omnium-  
que

que functionum aequilibrium restituere studet. Huic maximam in Medicina facienda victoriae partem tribuendam esse Medicorum neminem facile negaturum confido, si illos excipiatis, qui vanae gloriolae studio ducti, naturae servitatem, quam Medicorum inter nostrates facile princeps Boerhaavius, nobis gloriosam dixit, collo dejicere, cum magno aegrotantium damno, temerario ausu conentur. Equidem largior hanc naturae salutiferam operam frustra desiderari in homunculis natiuitate, educatione, vitae intemperantia, aut temeraria Medicina fractis. Non nego eandem nostra aetate non aequi esse valoris, quantus olim excelluit in Græcis laete vigentibus. Attamen illis, qui valentes naturam ducem prudenter sequantur, in afflicti corporis caussa tuenda, ejus opem haud defuturam, cum ratione vaticinari haud dubitem. Natura enim, quae contra omnem impetum, sive extraneum, sive domesticum, mox insurgit, ut intentatum corpori periculum protinus abigat, eliminet, vel quacumque demum ratione innoxium reddat, in morbis, quos protinus abigere non  
pos-

possit, repetitis, et ad definitas naturae leges instructis moliminibus, effrenatum hostem subigere allaborat.

O! Praestantissimam Medicinam, naturae observationi innixam, quae deletis falsarum opinionum commentis, atque atra superstitionis nocte discussa, splendidissimam suis cultoribus lucem affert, atque diligentissima fabricae corporis humani, et animalium investigatione, sanae rationis luce illustrata, naturae phaenomena illustrat. Haec ingenium excitando, iudicium acuendo, mentem novis divitiis augendo, ipsam humanam naturam ad summum felicitatis fastigium erigit, et vero Dei hominumque amorem alit, atque sustinet. At vero ex plenissimo fonte suo universae humanitati salutem praestat: si enim ejus praecepta in usum vitae adhibeantur, ipsis hominibus naturae adeo praecepta sequentibus, non tantum longam, sed imprimis omnium bonorum genere beatam vitam promittit, imminentes morbos avertit, praesentes tollit, illosque, quibus constantem opem ferre non possit, solatii expertes numquam dimittit, et  
quo-



quorum vitam servare non possit, his tranquillum e vita decessum, parare studet,

Verum, ut ars salutaris pro dignitate sua exerceatur, omnino expedit, ut nemo illotis manibus ad ejus sacrarium accedat.

Quemadmodum enim in nulla alia arte, pariter in Medicina nemo excellere valet, nisi bonam indolem ad Medicinam factitandam a natura acceperit. Haec enim hominibus certum sensum instillavit, quo ad quaedam vitae genera, studia, artesque, quae viribus respondeant, sponte feruntur. Hac ratione facile colligitur, *nasci Medicum*. Verum ad hanc naturae vocem rite intelligendam, atque interpretandam, gravissima expostulatur educationis cura, qua neglecta multi invita Minerva ad Medicinam accedunt, at vero studiis conversis deinceps aliorum negotia venantur. Qui vero in hac re naturam fautricem invenerint, his si accesserit studii ardor, haud difficilis ad interiora naturae sacraria aditus patebit, modo regiam viam, qua incesserunt praeclari in arte viri, sequantur.

At



At vero in hac via definienda, vix dici potest, quam vim habeat humanitatis, imprimis literarum, tum antiquarum, tum recentiorum, studium. Scilicet antiquitatis studium, quo aequae Graecae ac Latinae literae continentur, gravissima Medicinae cultoribus offert emolumenta, ad sensum pulcri bonique excitandum, et ad ingenium, omnesque mentis vires aequaliter excitandas.

Omnes igitur, qui naturae studio operam navare velint, primum Graecorum consulant monumenta, ut videant, qua demum ratione natura humana, Medico perquam veneranda, plantae instar minimo germine propullulantis ad excelsam arborem evehi possit. Praeclara enim Graecorum monumenta vitam nobis depingunt ad simplicitatem naturae informatam. Testor multas, quae nostra aetate per Italiam ac Graeciam sparsae supersunt aedificiorum ruinas, atque plasticae artis monumenta, quae hanc naturae praestantiam, quibus Graecorum scripta abundant, plenissime exprimunt, quas oculis suis perspexisse, ac veluti devorasse, quis est, qui sibi gloriari dubitet?

Ve-

Verum aliam, eamque, si dicere licet, domesticam utilitatem, Graeciae antiquitatis studium Medicinae cultoribus, depromit. Continet enim eximium monumentorum thesaurum, in quibus cum accurata omnium rerum observatione, magna eminet dictionis elegantia, atque concinna brevitatis. In hoc scribendi genere excellit Hippocrates, in quo, utrum ingenium philosophicum, an vero artis Medicae studium, magis veneremur, difficile dictu est. Accedat ingens doctrinae copia, quam in Galeno admiramur, atque Aretaei ad ipsam naturam expressa morborum delineatio.

Neque silentio opprimendum est egregium momentum, quod literarum Latinarum studium praestat in vero Medico informando atque perficiendo. Quamquam enim Medicorum Romanorum pauca supersunt antiqua monumenta, quorum vero ad nostra tempora pervenisse Medicorum Ciceronem Celsum, haud mediocris ingenii virum, merito gloriamur, plures tamen viri clarissimi, Hippocraticam Medicinam secuti, Latii sermone scripserunt, atque naturae constantiam,

et

et ordinem praeclaris exemplis atque observationibus confirmaverunt. Vobis ante omnia, Medicinae alumni! commendasse liceat egregias illas Baglivii, Ballonii, Sydenhami, Huxhami, Hofmanni, Boerhaavii, atque Swietenii commentationes. Hi enim illum potissimum finem assequi studuerunt, ut morborum historias accurate describerent, aliisque distincte explicarent; unde tandem legitima inductione in usum Medicorum certa deduxerunt artis praecepta.

Neque in literarum Latinarum commendatione negligendum commune illud, quod inter diversas artes, et disciplinas, intercedit commercium, quo continendo hae literae egregie pollent. « Doctrinae enim studiosi, » utor verbis viri maximae in hoc argumento auctoritatis Wytenbachii: (1) « sunt cives  
« duarum civitatum, *popularis*, in qua quis-  
« que vivit, et *literatae*, ac diffusae per  
« omnes populares civitates, quae tot sunt  
« populi, diversa ab aliis, sibi que propria  
« ora-  
(1) Vita Ruhnkenii pag. 226.



« oratione, et lingua utentes. Literatae vero  
 « civitatis una est communis lingua Latina:  
 « Hanc linguam ita tenere, ut hujus civitatis,  
 « quamvis late patētis vinculum contineatur,  
 « ut te omnes cives, et intelligant, et cum  
 « delectatione, animi affectu, doctrinae ac  
 « virtutis fructu, legant et audiant; nonne  
 « praeclara quaedam est facultas? » Qui ergo  
 in Medicina Graecas et Latinas literas tractant,  
 id minime faciant, ut vanam quandam glo-  
 riae famam assequantur, sed ut optimos  
 scriptores Medicos legendo, atque perscru-  
 tando bene et recte cogitata, pulcre et con-  
 cinne dicta, strenue ac fortiter gesta, videant,  
 eaque animis suis informent, ipsum adeo inge-  
 nium acuunt, animum excolant, et aliorum  
 tandem egregia curationis exempla sequantur.

Quis igitur dubitet? « Antiquitatis stu-  
 dium, » testante viro gravissimo Bacone,  
 « eam mereri reverentiam, ut homines ali-  
 quamdiu gradum sistere, et supra eam stare  
 debeant, atque undiquaque circumspicere,  
 quae sit via optima. Quum autem de via  
 bene constiterit, tunc demum non restitandum,  
 sed



sed alacriter progrediendum.” Hinc perspici-  
tur recentiorum observationes veteribus amico  
foedere esse jungendas. Novi nimirum morbi,  
eorumque caussae identidem observantur,  
nova quoque remedia hactenus inaudita,  
aut ex antiquorum penu denuo depromta,  
indies increscunt, quorum intelligentiam non  
nisi per indefessum librorum studium assequi  
possumus. Si tamen vera, ut decet, fatear,  
in multis recentiorum scriptis displicet nimia  
novorum morborum ostentatio, novis nomi-  
nibus, illisque haud raro asperis insignita,  
atque explicationum obscuritas, ut notissimis  
rebus incem eripiant, pariter obscuris caussis  
noctem affundant.

Quae tamen non ita in malam partem ac-  
cipienda velim, ac si suas laudes detrahere  
velim eximiis illis laboribus virorum doctrinae  
copia, atque artis usu bene instructorum,  
quibus aetas nostra merito gloriatur. Hi enim,  
quantum distant ab illis, qui vano gloriolae  
studio ducti nondum satis subactum opus, et  
nonnisi felicissimas curationes, Medicis obtru-  
dere vano ausu conantur, ast vero infelices

morborum eventus data opera celare solent! « Levia enim, (ut Celsus dixit) ingenia sunt, quae quia nihil habent, etiam nihil sibi detrahunt.» Aurea sunt verba, quae Hallerus pyxidis nauticae imagini, immortalis operi praefixae adscripsit « fidem non derogat error.» Cujusvis enim Medici est errare, nullius vero, nisi desipientis, in errore versari.

Ne vero Medicus instar formicae innumera, quae prostat, exemplorum farragine promiscue utatur, sed api similis ex optimis florum nectariis nobiles succos colligat, concoquat, atque maturet, profecto sanae rationis luce numquam destituatur, ne in rudem incidat Empyriae famam. Omnes enim artis, atque doctrinae ab hac stirpe avulsae, fuco quidem splendente poliri, et in fugacem usum effingi possunt, at vero mox crescere desinunt, cum a radicibus suis avulsae, atque separatae sint.

---

Hac igitur ratione bene instructus Medicus, ex mea quidem opinione, quam tamen modeste vestro, Auditores! iudicio submittere ausim, dignus est, cui vita hominum tuto mandari

dari possit. Intimo enim fortitudinis cum prudentia vinculo instructus, neque ad minitantis hostis impetum vano trepidat metu. Neque adeo mollem facit Medicinam ut morbum uno remedio subigendum, naturae committat, eamque molesta sarcina ita fatiget, ut viribus exhausta oneri suo succumbat. Nunc latitantem hostem e latebris suis provocat, alias sibi committit, ejusque vestigia pedentim sequitur, ut cum eo commodiore loco congrediatur: numquam hosti, licet blandienti fidem habet, neque victoriae laudem, nisi copiis hostium quaquaversus diffusis, sibi vindicat.

Equidem graviter fallar, nisi vestrum mihi assensum vindicavero, huic Medico ex aequo competere illud Homeri (1) elogium,

*ἰητρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιός ἄλλων.*

(1) Iliad. Libr. XI: 514.

RERUM ACADEMICARUM ENARRATIO, ET  
PRAEMIORUM DISTRIBUTIO.

---

Equidem Academiae fata, tum prospera, tum adversa narraturus persentio, vere non minus, quam eleganter dixisse Ciceronem. « Non minus jucundos esse dies, quibus conservamur, quam quibus nascimur, quod salutis certa conditio est, nascendi incerta, et quod sine sensu nascimur, cum voluptate servamur.”

Adspirante enim benignissimo Dei numine, Augustissimi Regis fide patriae ac legibus servata, et vero populi Hollandiae virtute, atque constantia probata, carissima patria, quae luctari videbatur, hactenus ingens discrimen felicissime emersit.

Academia nostra ineunte anno Academico, multum impedita, felicissima civium e castris reversione, et adventantium numero novo splendore effulget. Nobilissimi Academiae

Mc-



Mecaenates, fidelissimi rerum nostrarum Curatores, salvi sunt et incolumes.

Academiae Professores, Viri Clarissimi ad officia sibi mandata exsequenda aetate et viribus sufficientes, omni studio civium Academicorum saluti, atque commodis invigilare pergunt. Quique morbis deculuerunt, exantlato vitae periculo, quod Heusdio, Boumanno, atque Brueysio gratulamur, revaluerunt: qui honorifica quiete fruuntur, pro viribus tamen sive Academiae, sive coetui Christianorum, sive civium saluti, consulunt.

Tibi imprimis Cl. Bleulande! genti tuae haereditariam, omnique felicitate beatam senectutem, qua te otio tuo fructuose uti videmus, vehementer gratulor. Neque graviter feras, Vir Clarissime! si hac opportunitate tibi ex animi sententia gratuler novum Regii honoris documentum, quod candidum tuum pectus ornat. Pergas optima valetudine ita frui, ut civium saluti quam diutissime consulere possis, atque tandem post felicissimos dies morte tranquilla ad beatorum sedem migrare tibi concedatur.

Quo

Quo honoris signo, cum te item Doctissime Dornseiffene! ornatum video, non possum quin et tibi ex animi sententia gratuler. Integra maneat tuae laudis fama, quoad suus antiquis literis manebit honos.

Clarissimi Paravii, viri Doctissimi, atque vigilantissimi, in nulla umquam muneris Academici parte deficientis, nunc vero, quod dolemus, corpore imbecillo laborantis, et justam honoris lauream adepti, sed in filio suo ad Cathedram Groninganam vocato reviviscentis, partes suscepit Vir Clar. Jacobus Cornelius Swyghuisen Groenewoud, germanus Ravii discipulus, et paternae laudis haeres, qui, quanto ardore in literarum Orientalium studium in patria nostra evehendum feratur, elegantissima oratione, nobis omnibus abunde significavit. Te igitur, Vir Clarissime! nostro ordini adscriptum omnes laetamur. Faxit Deus Optimus Maximus, ut ex tua disciplina multi prodeant, regiam in literis orientalibus viam tenentes.

Qui de stationibus suis, quas omnium bonorum applausu in Belgio tenerent, potius esse

discedendum judicarunt, quam, ut spreta fide optimo Regi data, Clericorum, atque Nobilium dominationi colla sua subjicerent, quinque viri Clarissimi Ackersdyckius, Holtius, Reesius, Bergsma, atque Visscherus, Academiae nostrae ita adscripti videntur, ut partim ad Parentes, partim ad consanguineos, aut familiares, atque Praeceptores, potius rediisse, quam ad novam Academiam evocati videantur. Vos, autem Viri Clarissimi! quos tristissima afflictæ patriæ causa ad nostram Academiam vel duxit, vel reduxit, novis honoribus, per multos annos, absque recrudescente dolore ita fruamini, ut Trajectina Pallas vestra doctrina egregia capiat emolumenta.

Tibi equidem Doctissime Verenet, qui ad literarum Francicarum elegantiam in hac Academia docendam accessisti, hos honores in te collatos vehementer gratulor.

---

Externa Academiae forma eadem mansit. Artium et disciplinarum adminicula in usum servata, atque locupletata sunt.

*Bibliotheca* Academica studiis non solum cultioris juventutis, sed virorum etiam eruditissimorum cum in hac urbe, tum in aliis Academiis, perquam frequentatur, ut ejus usus identidem latius pateat. Catalogus Bibliothecae Academicae a Doctissimo Dodtio conficiendus, summa diligentia continuatur, jamque ad literam H. perductus est.

Laboratorium *Chemicum*, quamvis hoc anno novis instrumentis necessariis augeri non potuerit, inservire tamen potuit ad illa coram Auditoribus instituenda experimenta, quae ad Chemiam, et artem Pharmaceuticam, fructuose docendam, absolute sunt necessaria.

Museum *Mineralogicum* auctum praesertim fuit egregiis speciminibus Geognosticis in montibus ignivomis extinctis Galliae Provinciae Arvoniae, a Viris Doctissimis Le Cocq et Bouillet collectis, et descriptione locorum, in quibus reperta fuerunt, ita quidem auctis, ut ad horum indolem declarandam apprime inservire possint.



In Museo *Anatomico* auspice Viro Clar  
Bleulando, omnia specimina, diligenti cura  
custodis viri expertissimi Petri Koning,  
egregie servata sunt; ut vero hoc anno nihil  
amissum fuit, etiam nihil additum est.

In Horto *Botanico* hyemis clementia plan-  
tarum numerus nullum cepit decrementum.  
Caldarium magnum in usum plantarum con-  
servandarum fructuose adhibetur.

Seminum commutatione, tum in patria,  
tum in exteris regionibus, plantarum numerus  
in horto augetur; e seminibus Japonicis a  
Siboldtio acceptis plantae prodierunt numero  
plures, partim etiam formae elegantis.

Auctum indies commercium cum hortis Bo-  
tanis, ut nuperrime cum horto Berolinensi,  
sub auspiciis Cl. Linkii, novos horto nostro  
promittit fructus.

Noval hoc anno Academico Medicinae stu-  
diosis, a curante Viro Cl. Schroederio van  
der Kolk, schola instituta est, quae se in  
pictura lineari exercere possint; quem in fi-

nem

nem Nobilissimus hujus urbis Consul et Magistratus locum perquam idoneum, et quam plurimis effigibus huic proposito utilissimis, ornatum, singulari benevolentia dederunt, quibus accedunt egregiae delineationes, quas eximius pictor Jonxis usui praebere haud recusavit. His ergo exercitationibus, moderante Clar. Schroedero van der Kolk, praefectus est dextrimus pictor G. Haan. Hac itaque Viri Clarissimi singulari studio Medicinae studiosis egregia data est opportunitas, in arte, summo Camperò inter nostrates olim tanto studio, et fructu exulta, sese exercendi, et quaecumque occurrant hujus generis specimina, sive physiologica, sive pathologica, propria manu ad naturam delineandi, asservandi, et exhibendi.

Quum vero ex antiquo Ciceronis effato, « nec Medici, nec Imperatores, nec Oratores, quamvis artis praecepta perceperint, quidquam laude dignum, sine usu, et exercitatione consequi possunt, » hanc ob causam Medicinae alumnis, etiam hoc anno data est oportunitas in *Nosocomio* Academico internorum

aeque ac externorum observandi decursum, eorumque historias ex artis praeceptis conscribendi, operationes instituendi; atque naturam in hominum partu observandi, et dirigendi.

---

Haec omnia, quae mihi Magistratum Academiae tenenti grata acciderunt, atque fortunata, benignissimo Deo accepta refero. Neque tamen laetandi causa perorata est. Superest rerum gravissimarum narratio, quarum memoriam nulla umquam dies deletura est. Quo die enim fasces Academiae humeris meis susceperam, quartus erat mensis, quo juventutis Academicae corona ad patriam vindicandam a Belgarum turpissima seditione, quam ne ipse Oceanus absorbere posse videtur, fortissimo consilio arma ceperat. Hyems arma tractando, stationes habendo, vigiliis agendo, loca cum locis mutando, abiit. Solum fere supererat solatium in honestae causae promovendae studio, animorumque consensu, atque literarum commercio cum consanguineis, atque

que familiaribus sustinendo; si enim imagines amicorum absentium nobis perquam gratae sunt, atque jucundae, quae memoriam renovant, atque desiderium absentiae falso quidem atque inani solatio levant, quanto jucundiores sunt literae, quae vera absentis amici vestigia nobis afferunt. Tanta autem fuit carissimorum capitum animi constantia, ut

*Aequam, didicerint, rebus in arduis*

*Servare mentem, non secus ac bonis*

*Ab insolenti temperatam laetitia.*

Tandem hominum istorum Bruxellensium, qui ranarum instar ῥητορεύουσι, calumniationes eo processerunt, ut induciarum pactioe finita, rebusque nostris Londini infectis, Rex Augustissimus ulteriorem moram dignitati exercitus, universique adeo populi Hollandiae, parum convenire perspiciens, armis patriam esse vindicandam decreverit. Vix fama refert exercitum nostrum duce fortissimo *Principe Arausiaco*, agrum Belgicum esse invasurum, quin nostri cives ad omnia officia patriae praestanda se paratos declararent. Hi ergo cohorti secundae Illustrissimi Ducis *Saxoniae*



*è domo Vinariae* adscripti, agrum Belgicum invaserunt, dicam, an pervolarunt. Hostes enim mente turbati, ac terrore correpti, fugam petentes, et ad Lovanium propulsi armorum inducias supplices imploraverunt, quibus concessis Lovanium *Principi Arausiaco* tradiderunt; quam ergo urbem occupavit exercitus, ipsique Centuriones nostri instructa acie ovantes intraverunt. Hac reportata victoria Patria vindicata, populique Hollandiae virtute coram universa Europa probata, exercitus laudibus cumulatus ad fines patriae rediit.

Profecto haud leves erant vitae sustinendae difficultates, quibuscum Centuriae in Belgio pugnandum esset, interdiu solis ardor, noctu frigus, saepe fames ac sitis, nullus somnus, nisi in propugnaculis sub dio, aut humidis arvis.

Verum nostri se fortitudine animi sustinuerunt contra fortunam, omnesque labores ferre haud dubitaverunt, ut Belgis exemplo suo demonstrarent, quid amor patriae valeat contra perjurium, ac legum violationem. Quid

mirum? Centuriam civium academicorum a viris fortissimis, universae cohortis Praefectis atque Centurionibus, temperantiae, morum probitatis, at disciplinae militaris observationis, uberrimas laudes tulisse. Quo enim pretio hae virtutes in bello habeantur, summi Imperatoris Julii Caesaris exemplo confirmatur, qui, concione militum advocata, dixit « non minus se in milite modestiam, et continentiam, quam virtutem, atque animi magnitudinem desiderare.» (1)


---

Vix nuntius ad Senatum pervenerat ad limites patriae rediisse Centuriam, quin delegati e Senatu mitterentur, qui civibus academicis, salvum et felicem reditum gratularentur. Cl. Heusdius, qui adventante aurora ejus diei, quo Centuriae iter in Belgium esset faciendum, huic valedixerat, atque argumentis moralibus fortunatum invasionis eventum praedixerat, rara felicitate carissimo filio, omnibusque  
Aca-

(1) De Bello Gallico. Libr. VII. Cap. 52.

Academiae civibus salvum, atque felicem in patriam reditum denuo congratulatus est; pariter universae cohortis Ducibus, quantopere singulari cura, et humanitate in ducenda juventute nostra, senatum sibi devinxissent, significavit.

Vobis igitur, Viri Clarissimi! Heusdi, Goudoevere, atque Suermanne, pro his, aliisque numerosis in ipsam Centuriam collatis humanitatis officiis, gratissimum obtestor animum.



Post felicissimum civium Academicorum e Belgio in patriam reditum, Rex Augustissimus decreverat, ut Centuriales Academici re fortiter gesta ad studia literarum reverterentur, ita tamen, ut ad primum tumultum praesto essent.

Primus ergo et vicesimus mensis Septembris dies, reliquis hujus Academiae festis diebus laetissimo colore adscribendus, redeunti ad nostram Academiam Centuriae definitus erat. O! laetissimum diem! Adventante

au-

aurora omnia ad honestam gratulationem parabantur. Ubique vexilla, et domus fronde ac floribus ornatae. Praefectus hujus regionis, Nobilissimus Lindenius, parentes, amici, commilitones, omnes in Leccae ripastantes, adventantes expectabant, illisque felicem gratulabantur reditum. Centuria, comitante phaselo musica instructo, lente ad urbem procedebat. Itinera hominum catervis compressa! Tandem audiebantur tubae. Ecce dilectissimae Juventutis corona! Rector et Assessores ad portam eam congratulabantur. In conspectu columnarum, quae Ravelti et Lovanii memoriam revocarent, agmine urbem intrabat. Concutit urbem salutatio!

— Postquam Centuria honorifico itinere innumera comitante spectantium corona ad curiam pervenisset, Nobilissimus hujus urbis Consul, atque magistratus redeuntes cives humanissime excepit, et salutavit.

— Vexilla, flore puellarum juvenibus cum militiae nomen darent, dono data, nunc a Nobilissimis virginibus honoris causa ornabantur.

Om-



Omniū vero animi gratissimo sensu perfusi erant, qui dilectissimos filios, fratres, consanguineos, atque cives ad aream urbanam accedentes viderent, quā milites in arma vocati eos honoribus exciperent; atque Senatus Academiae Amplissimus cives academicos congratularetur.

Scilicet munificentia Nobilissimi Consulis et Magistratus urbani contignatio exstructa erat, in qua egregie ornata Senatus Academicus, Magistratus, Praefecti militum, omnesque adeo, qui sive necessitate, sive communione sanguinis cum civibus redeuntibus essent conjuncti, convenirent. Tum Nobilissimus Capellus laetissima Centuriae congratulatione de felicissimo invasionis in agro hostili susceptae eventu, atque gloriae populi Hollandiae vindicatae, totius Senatus, omniumque Patriae amicorum mentem, vultu et oculis declaratam, plenissime expressit.

Ut vero generosa juvenus Academica perpetuum haberet patriae vindicatae monumentum a Viro Nobilissimo, nomine Curatorum, praecurrentibus duobus Academiae apparitoribus

solenniter nummi distributi sunt, quibus muneris causa erat insculpta hisce verbis. « *Patriae defensoribus, Academiae Civibus, Curatores.* »

Quae tandem fuerit hujus diei solennitas non tantum, sed etiam hilaritas convivalis Centuriae omniumque ad anteaenium a Viro Nobilissimo invitatorum, equidem verbis describere non possum. Sub vesperam tota urbs penitus luce illustrata hujus diei laetitiam mirifice auxisse visa est. Sequenti die, cum vesperasset, nova convivia parabantur. Omnes enim hujus urbis cives, qui aliquo numero et honore essent, tum Parentes, atque familiares, et vero commilitones, ut gratissimum civium Academicorum e castris reditum celebrarent, et ut voluptatem cum curis compensarent, omnes una erant. Tota domus luce et vexillis erat illustrata. Unus alterum congratulabatur de laetissimo reditu civium Academicorum.

Mox in area vicina opus pyrotechnicum accendebatur. Prodebant honoris templa, faeces, arma, epigrammata, tormenta bellica, at-

atque globulorum ignivomorum ingens caterva:  
 Coelum igne ardebat! Mox ex area redeunti-  
 bus conquisitae epulae offerebantur. Omnium  
 animorum remissio laetitiam augebat. Cives  
 Academici e castris reduces gratum animi  
 sensum verbis pocula ferentibus, effundebant.  
 Tandem concubia nocte tota domus erat ex  
 ore sonanti, nihilque festum impedire visum  
 est, atque omnes convivae domum redeuntes  
 laetissima vota faciebant pro salute, ac flore  
 Academiae.

A rebus ergo militaribus feriantes cives  
 Academici, parentes, et familiares suos adie-  
 runt, atque aliqua quiete interjecta, summa  
 animi industria ad hanc almam Musarum se-  
 dem reversi sunt, ut numquam melius. Pro-  
 fecto ipsae veluti Musae in atrio templi sa-  
 pientiae cantu sonoro fautores suos congra-  
 tulari videbantur. Die enim decimo mensis  
 Octobris Vir Clarissimus A. Simons, a senatu  
 humanissime invitatus in aede hujus urbis  
 Cathedrali carmine aureolo, in quo for-  
 mando et Musae omnes et gratiae conspi-  
 rasse videbantur, felicem civium Academico-  
 rum



rum reditum omnium bonorum applausu celebravit.

Hi ergo boni, antequam ad literarum studia redirent, omnibus qui de se bene meruerunt, literis, et verbis gratum animi sensum officiose declaraverunt. Praecipue vero Deo, vitae auctori, atque conservatori, pro innumeris in se collatis beneficiis, animum gratum obtestati sunt. Quem animi sensum vere Christianum, elegantissimo sermone sacro protreptico, excitavit Clarissimus Royaards.

Vobis ergo Praestantissimi Juvenes, qui in caussa patriae nostrae implicata, relicta omni vitae caritate, pro aris et focis arma capere haud recusastis, pro omni illa virtutis, temperantiae, atque constantiae demonstratione, nomine humanitatis, omniumque, qui patriam caritate prosequantur, gratias quas possum maximas ago. Quae hoc anno non sine difficultate accepistis vitae praecepta, si in usum vestrum sapienter adhibeantur, ad verum vitae fructum alendum, ipsamque adeo vitam beatam reddendam,

plu-



plurimum conferre possunt. Pergite O! Carissimi, patriae servire, et ut hoc ex voto succedat, literis diligenter, ut soletis, incumbere haud dubitatis.

O! felicissimos Parentes, atque Praeceptores, quorum filii, atque discipuli, vestris praeceptis imbuti, vestrumque exemplum intuentes, ad tantam laudis commendationem pervenerunt. Vobis omnibus lactissimum diem, quo civium Academicorum reditum celebravimus, pergratulator.

Quod reliquum est, Viri Nobilissimi! Curatores Amplissimi! Urbis Senatores Illustrissimi! Professores Celeberrimi! Milites fortissimi! Cives denique ac Hospites! qui numerosis humanitatis officiis, atque honoris documentis, Civium Academicorum saluti prodesse haud recusastis, vobis omnibus haud minores ego gratias ago, quam hos vobis usque habituros esse, confido.

Qui hoc anno institutionibus academicis interfuerunt, morum integritate, atque assiduitate mihi Magisterium tenenti, omnibusque

Prac-

Praeceptoribus, se optima ratione commenda-  
 daverunt. Alii enim doctissimis commentatio-  
 nibus summis honoribus in Theologia, et Phi-  
 losophia naturali atque Mathesi, ornati sunt.  
 Testor Muurlingium, Verlorenium, et  
 Swartsium. Alii responsionibus ad Quaes-  
 tiones in certamine literario auro, aliisve ho-  
 noris documentis, atque laudibus celebrati  
 sunt. In Academia Lugduno-Batava Caro-  
 lus Josephus van Cooth, et Theodorus  
 Adrianus van Schermbeek, Medicinae  
 studiosi diligentissimi in hac Academia Com-  
 mentationibus ad Quaestiones Chemiae, et  
 Oeconomiae ruralis praemia tulerunt. In Aca-  
 demia Groningana Petrus Otto Conradus  
 Vorsselman de Heer, eximius Literarum  
 humaniorum, item Philosophiae Naturalis, et  
 Matheseos studiosus, praemium a Facultate  
 Philosophiae Naturalis et Matheseos superiore  
 anno sibi attributum, hoc anno reportavit.

Utinam vero hoc die Academiae laetissimo  
 mortuorum nomina nobis non essent revo-

canda. Sed, heu gelida mors, si quae vitae  
maturitatem adeptis pepercit, optimos flo-  
rentissimae aetatis juvenes vi nobis abstulit: in

«Alba Ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.»

Morum integritate, ingenii alacritate, stu-  
diorum assiduitate, atque humanitate, Paren-  
tibus, Praeceptoribus, atque Commilitonibus  
carissima erant nomina, Pauli Nyhofii,  
Medicinae Candidati, Gysberti de Roo,  
Philosophiae Naturalis et Matheseos Studiosi,  
Henrici Jani Straatmanni, Theologiae  
Studiosi, Adolphi Jacobi Cremeri, The-  
ologiae Candidati, Hermanni Florestani  
Francisci Suermanni, Medicinae Candi-  
date, et Cornelii Post, Matheseos et Phi-  
losophiae Naturalis Studiosi.

O! Tristissimam carissimorum juvenum  
mortem! Sed lacrymandum nobis est, non vero  
plorandum. Illud enim speramus, quod Ci-  
cero ad consolandum firmissimum habuit,  
«non eos nobis esse penitus nec prorsus amis-  
sos, sed ad praefinitum tempus a nostris ocu-  
lis, nostraque consuetudine remotos; itaque  
cum ad eum vitae terminum, quem natura  
prae-



praescripsit, pervenerimus, statim ad suavissimam eorum consuetudinem redituros.”

—Hoc tibi, Clarissime Suermiane! tristissima filii, quem in oculis ferebas, fortuna, graviter afflicto, doloris solatium sit, nil in hac terra sine Dei numine fieri, illosque perbeatos esse, qui fractis corporis vinculis, ad illud Divinum animorum concilium, coetumque migraverunt, quo futuri sunt aeterni. Aeternos autem fore, quis dubitet? Ipse dixit **JESUS CHRISTUS!**

—Aggredior suavissimum munus, ut vobis. Juvenes praestantissimi! qui in certamine literario praecleara industriae specimina exhibuistis, nomine Regis Augustissimi, praemia vobis parata tradam. Igitur audiatis honorifica testimonia, quae de vestris Commentationibus singulatim retulerunt Professores:

#### JUDICIUM ORDINIS MEDICORUM.

Ordo Medicorum ad Quaestionem anno superiore propositam. *Comparetur applicatio remediorum externorum cuti integrae cum*



*Methodo hodiernorum in curandis humanum morbis internis, exponendis fundamentis Anatomico-Physiologicis, et observationibus fide dignis, quibus utraque methodus nititur, unam accepit Commentationem lemmate inscriptam, pour juger avec connaissance de cause une méthode Thérapeutique, il faut en avoir étudié la partie historique, la partie rationnelle, la partie expérimentale.* Gilbert.

In qua quidem Commentatione Ordo Medicorum non tantum egregiam observavit doctrinam, et singularem sane diligentiam in colligendis illis, quae de utraque methodo conscripta sunt, ut etiam Historiam utriusque methodi locupletissimam praemiserit auctor, verum diversas quoque opiniones de functione cutis absorbente propriis experimentis magna cura institutis, illustratas et dijudicatas quibus tandem comparisonem de utilitate utriusque methodi in diversis morbis tanto iudicio, et ingenii acumine scriptam adjunxit, ut ordo Medicorum uno ore declaraverit egregiam adeo commentationem praemio aureo esse condecorandam.

Aper-

Apersa schedula adjuncta nomen exiit Caroli Josephi van Cooth, Amstelodamensis, Medicinae in hac Academia Studiosi, qui instituta deinde cum eo disquisitione se auctorem esse abunde declaravit: Accedas itaque Dilectissime van Cooth! quem in optimis habemus discipulis, et accipias amicissima manu tibi traditum laboris praemium. Argumentum, quod nostra aetate ipsos Artis Medicae peritissimos scriptores occupavit, ita tractasti, ut egregia tua industria hoc honore te dignissimum declaraverit Ordo Medicorum. Eodem igitur anno te, in Academia Leidensi, et in Rheno-Trajectina, praemium reportasse, non possum, quin tibi vehementer gratuler. Verum valetudini tuae pariter prospicias, Horatii verba tibi adhibens.

*« Est modus in rebus, sunt certi denique fines,  
Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.»*

#### JUDICIUM ORDINIS LITERARUM.

Disputationum duarum, quas ad Quaestionem, *quo proposito Plato symposium scripsisse videtur? Quae dialogi ratio,*  
et

*et progressio est, in argumento explicando? Quae maxime est explicationis conclusio?* ordo accepit Literarum, altera verbis inscripta

καὶ γὰρ ἔγωγε, καὶ ἄλλως, κ. τ. λ.

tribus constat dialogis, quibus singulis singulae quaestionis partes explicantur.

Fusius quidem, quam decebat, auctor argumentum hoc tractavit, ut perspicuitas subinde desideretur; scriptionis item forma Dialogum non satis refert, sive Platonicum, sive Ciceronianum; verumtamen sic ordini probavit auctor cum doctrinam, tum philosophiae Platonicae perspicientiam, tum etiam interiorem hujus loci, qui est de amore, indagationem, ut dignum hunc judicaret, qui praemium obtineret. Aperta scidula esse eum compertum est

Douwe Gorter, Simonis filium,

*Hinlopeno-Frisium,*

Theologiae Studiosum in illustri Athenaeo Amstelodamensi, Seminarii Teleiobaptistarum alumnus.

Alteram autem disputatio, versiculo distincta:  
*Ut desint vires tamen est laudanda vo-*  
*lun-*



*luntas*, quamvis minus elaborata, nec Alcibiadis Orationem complectens, tamen propter dilucidam rerum expositionem, et justum de hoc loco iudicium secundis honoribus digna visa est. Hujus auctorem esse patuit

Christianum Jacobum van der Vlis,  
*Rheno-Trajectina.*

Litt. Human. Stud. in Acad. Rheno-Trajectina.

Tu igitur ascendas Praestantissime Douwe Gorter, et accipias praemium tuo labore reportatum. Quanta sit vis literarum studii in Theologorum eximiam Provinciam splendide ornandam, elegantissima Oratione, ante biennium habita accurate docuit tuus in seminario Teleiobaptistarum Praeceptor Koopmansius. Tu hujus Viri Clarissimi exemplum sequi eximio commentationis tuae documento egregie probasse mihi videris. Hac via alacriter procedas, atque causam Christianam aliquando fortiter tuearis.

Tanto victori te proxime accessisse merito gloriaris Ornatissime van der Vlis. Accipias hoc testimonium, quo industriam tuam ornarunt Praeceptores, itemque animum ad-  
dere



dere tibi voluerunt eodem studio strenue in literis pergendi. Quod si literarum studiis mentem tuam ornare pergas, tibi Diligentissime juvenis! haud arduum opus erit, huic testimonio ipsum aurum addere.

### JUDICIUM ORDINIS JURE CONSULTORUM.

Huic Ordini de Quaestione, *Distinctionis inter modos tollendae Obligationis ipso jure, et per modum exceptionis, e jure Romano tradantur origo, et varii effectus*, duae commentationes oblatae sunt, quarum alteri pro lemmate *simplex veri sigillum* praescriptum est, alteri subscripta Cicero- nis verba. *Ea, ut potero, explicabo, non tamen ut Pythius Apollo, certa ut sint, et fixa, sed ut homunculus unus e multis probabilis conjectura secutus.*

De *Prima* judicavit, etsi industriae laude carere non videbatur, cum neque cum socia in certamen venire posse, nec praemio ornandam esse. *Primum* enim multa composuit Auctor tralatitia, quae ad vim Quaestionis parum faciant, in re, de qua agebatur, ex-  
plo-

ploranda parcior. *Deinde* purioribus fontibus, atque melioris notae adminiculis, quibus res multum juvatur; ita abstinuit ut illa ignorare videretur. *Postremo*, parum culta tum Latinitate, tum Oratione ejus scriptio turpatur.

*Secundae* vero Commentationis auctor Oratione scripsit parum quidem ambitiosa, Latina tamen, neque inculta, fontes autem, et subsidia, quae debuit, licet non per omnia ut debuit, exploravit, partes bene disposuit, difficultates non praetervidit, ad quaestionem recte collineavit, eamque ad solutionem perduxit probabilem.

Quocirca Ordo praemio illam operam decorandam esse censuit, cujus resignato scheda patuit nomen

Caroli Danielis Asser,

Juris utriusque Studiosi Amstelodamensis.

Tu ergo in Certamine Juridico victor praesto sis, Ornatissime Asser. Praemium quod e praeclara raportasti concertatione equidem tibi gratulor. Quae dedisti felicitis ingenii, et assiduitatis documenta, haec si sic jurisprudentiae operam navare pergas, spem nobis alere

alere videntur, ut tuum nomen inter justitiae vindices integerrimos aliquando in patria nostra suo pretio censi possit.

Vix praemia Victoribus tradita sunt, quin nova juvenibus, virtutis et gloriae studiosis, concedatur opportunitas in certamen descendendi. Audiatis igitur Quaestiones a singulis ordinibus propositas.

#### QUAESTIO LITERARIA.

*Disputatio de vitá Ciceronis literatá, inprimis ex ejus epistolis ductá.*

#### QUAESTIO PHYSICA.

*Exponantur observationes Physicorum nostri temporis de directione atque inprimis de inclinatione acus Magneticae in diversis terrae regionibus; atque, quid ex iis probabiliter colligi possit, ostendatnr.*

#### QUAESTIO BOTANICA.

*Quaeritur, quid Botanici de variis plantarum gemmis atque de gemmatione uni-*

*ver-*



*versa observarint, et quid complures eorum, rationibus teleologicis innixi, hac de re docuerint.*

#### QUAESTIO THEOLOGICA.

*Quae in S. Libris, de Deo hominum Patre, imprimis de piis hominibus e Deo natis renatisque, uti et de Israëlitarum ac Christianorum viâ salutis, habentur, ita exponantur, ut et praecipuorum sententiarum dictorum definiatur, et doctrinae divinitus patefactae praestantia demonstretur.*

#### QUAESTIO JURIDICA.

*Diligenter colligantur et perspicue explicentur argumenta, quibus scriptores recentiores, Benthamus et post eum alii, mortis poenam impugnarunt.*

#### QUAESTIO MEDICA.

*Quaeritur, quomodo febris intermittens apoplectica ab aliis morbis, cum quibus facile confunderetur, et symptomatibus et decursu distinguatur? Quaenam sint causae, imprimis patriae nostrae propriae, e quibus ortum ducit? Quaenam sit morbi natura et ratio curandi?*



Ad metam properat Oratio! Decreto enim Regis Augustissimi ad Magisterii Academici, in proximum annum, honorem vocatus est Clarissimus Adamus Simons, quem igitur paulo ante privatim nobis annuntiatum, nunc potestate mihi ejus rei facta, publice pro con-  
 cione Rēctorem dico, atque renuntio.

Quod igitur bonum, fortunatum, ac felix tibi et Academiae sit, Collega conjunctissime! ascende in locum, qui modo ante meus erat, atque in eo nunc legitime constitute Rector Magnifice! salve, iterumque salve!

Tuis sub auspiciis salva sit Academia, salvi sint Curatores, incolumis docentium, et discentium ordo; te Rectore longa series Doctorum numeretur; te Rectore floreat Academia, et laetissima capiat incrementa!

Ita tu, Summe Deus! pro aeterna tua clementia homuncionum votis adspires!

## ERRATA.

- p. 21. l. 21. His vere      *legatur* : His vero  
p. 45. l. 19. artis      »      artes  
p. 48. l. 7. deculerunt,      »      decubuerunt,  
p. 57. l. 4. at disciplinae      »      ac disciplinae  
p. 66. l. 15. Candidate,      »      Candidati,

The ... of the ... in the ... of the ...

APPENDIX

The ... of the ... in the ... of the ...

JAC. CORN. SWYGHUYSEN GROENEWOUD;

O R A T I O

D E

A E T A T E N O S T R A

AD PROVEHENDA LITERARUM ORIENTALIUM  
STUDIA QUAM MAXIME APTA,

PUBLICICE HABITA

*DIE XVI IUNII, ANN. MDCCCXXXI.*

Q U U M

LITERARUM ORIENTALIUM PROFESSIONEM IN  
ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA,

SOLENNI RITU AUSPICARETUR.



AC COME SWYGHUYSEN GROENEWOLD.

O R A T I O

D E

A E T A T E N O S T R A

O PROVENIENTIA LITTERARUM ORIENTALIUM

STUDIA BOAM MAXIMAE APTA

FORUM MARITIA

DIE XVI JUNII, ANNO DOMINI MDCCLXXII.

G R A T I A

IN PROVENIENTIA LITTERARUM ORIENTALIUM PROFERENDI IN

ACADEMIA BOAM-MAXIMAE, TRACTATUS,

SOLENNI RITU APTIBUSQUE



optimos, quorum in me beneficia grato semper animo recolam. Commilitonum autem et amicorum, quibus tum uti familiariter mihi licuit, nonnullos mors abstulit, plerosque vel vitae vel muneris ratio alibi, procul etiam hinc, in aliis patriae regionibus constituit.

Verumtamen, ut hos omnes non sine tristitiae sensu desidero, ita habeo, quod laeter, et successisse defunctis viros eximios, et superesse praeceptores optimos amicosque integerrimos. Et vero, in hac rerum humanarum inconstantia constantem video huius Academiae prosperitatem, quin etiam auctam hoc temporis intervallo mirifice fuisse. Video florere Academiam humanitatis literarumque et nullarum non doctrinarum studiis: haec ipsa adeo studia video cum apud nos tum apud externos naviter excoli, egregiasque ubivis eorum opportunitates esse. Quod haud minimum sane animadvertere in literarum orientalium studiis licet. Et quamvis patria nostra hodie gravissimis calamitatibus laboret, quamvis iuvenes optimarum artium studiosi magno numero ad defendendam li-  
ber-

bertatem arma induerint, hoc ipso negotio patet, quo sint illi et patriae amore et virtutis generositatisque ardore, ut non sit, quod dubitemus, quin, si semel ad nos redierint, novo fervore suis studiis operam sint navaturi. Omnes enim caritates, ut Tullius ait, patria complectitur, quique eius amore ardent, eiusque amoris fructus prodere gestiunt, hos literarum etiam doctrinarumque studiis patriae aliquando profuturos egregie, consentaneum est. Quapropter non desunt profecto, quae animum meum et multorum desiderio et patriae conditione praesenti afflictum atque conturbatum et consolentur et recreent.

Cogitanti igitur mihi de orationis argumento, quod hac opportunitate ad dicendum usurparem, digna visa sunt ea ipsa bona, ex quibus dicendi materiam ducerem. Quapropter dicam: *de aetate nostra, ad provehenda literarum orientalium studia, quam maxime apta.* Tantum autem abest profecto A. A. ut hoc de argumento in hocce maxime talium tantorumque doctorum hominum auditorio, me satis iuste, plene, iucunde



de eloquenterque disputaturum existimem, ut contra si unquam, hoc sane tempore penitus sentiam, quantilla in me sit et doctrinae copia et dicendi facultas. Quamobrem ex recepta consuetudine non tantum, verum in primis etiam ex animi sententia vos equidem etiam atque etiam rogatos velim, ut vestram mihi haud denegetis benivolentiam.

Late patent literarum orientalium studia. Continent enim non solum Hebraeorum vicinarumque gentium atque Arabum, sed populorum omnino, qui Asiam et Africam incolunt, Aegyptiorum, Indorum, Sinensium adeo linguas atque literas. In quibus explorandis omnibus quid praestiterint superiore aevo eruditi et etiamnunc praestent, quot item et quanta eorum studiis harum gentium monumenta in lucem prolata sint et explicata, omnes norunt, qui non prorsus sunt ab his literis alieni. Nolim vero haec datâ operâ nunc quidem persequi. Ut recte suis finibus cohibeatur oratio, Hebraeorum nobis antiquorum et cognatarum gentium linguae, dialecti ac literae in primis erunt considerandae. Et primum quidem de harum lite-

rarum *apparatu*, qui his temporibus existat, amplissimo sane illo, disserere instituamus.

Ordiamur ab hebraicarum consideratione literarum. Nam non solum hae literae monumentorum antiquitate, cultu et vero momento caeteris dialectis omnibus palmam praeripiunt, sed earundem etiam studia cum alibi tum in patria in primis nostra summo sunt ardore ad hunc usque diem culta et frequentata.

Dialecti hebraeae monumenta, utpote solis proprie Veteris Foederis libris comprehensa revera paucissima sunt; sed, quamvis paucissima, ita vario proposito varioque modo descripta, illustrata atque exposita sunt, ut hoc quidem nomine hodie bibliothecam constituent magni ambitus simul et quantivis pretii. Cuius sane Bibliothecae si quis catalogum inspicit, miretur necesse est cum copiam et varietatem librorum, qui ad literas illas pertinent, tum doctorum hominum in iis conscribendis diligentiam et eruditionem. Scilicet ad recte interpretandas Hebraeorum literas, ab omni parte subsidia congerenda sunt.

Cum

- Etenim cum lingua Hebraea saepe vaga sit, dubia atque ellipsibus plena, cumque ea tantummodo occurrat in triginta novem Veteris Foederis libris, qui haud magni adeo voluminis opus constituunt, ac praeterea ita antiqui sunt, ut omnium recentissimus aetatem attingat Herodoti, historiae apud Graecos parentis, vetustissimus vero Homeri, poëtarum apud Graecos principis, aetatem longe longeque antevertat; hinc procul abest, ut aut haec lingua sibi sufficiat, aut soli isti nos libri ad idoneam eius intelligentiam adducere possint. Fac enim linguae Graecae v. c. ac Latinae indolem cum Hebraica esse eandem, fac porro haud plura nos Graecorum Romanorumque habere scripta historica, antiquaria, moralia, alia, quam Hebraeorum habemus, nonne in illis legendis auctoribus centies experiremur, nos densissimis veluti tenebris circumdatos? Scilicet et res ipsa docet et quorundam eruditorum exempla comprobant, posse aliquem solis legendis Veteris Foederis libris pervenire ad linguae Hebraeae intelligentiam minime contemnendam. Verumtamen constat item et eorundem eru-  
di-



ditorum suspensiones, ipsorum porro paullo erectioris ingenii Rabbinorum testimonia, et vero quod caput rei est, universorum, ante saeculum XVIII. interpretum expositiones (quicquid etiam saeculo XVII. quidam docti et nullo aevo Iudaeorum magistri fere omnes contra monuerint) comprobant haec igitur linguam Hebraeam, ut accuratius interiusque exploretur, auxilio aliunde e dialectis maxime orientalibus petito esse illustrandam ac supplendam. Etenim hae dialecti tam arcto consanguinitatis vinculo secum invicem coniunctae sunt, ut de iis valeat: — „*facies non omnibus una est, nec diversa tamen, qualem decet esse sororum.*” Nihil igitur utilius, magis necessarium nihil, nihil propterea optabilius contingere potuit germano linguae Hebraicae studioso, quam Alberti Schultensii in his usurpandis iudicium atque diligentia. Hanc autem deinceps hebraizandi viam tamquam unice veram, iustam, certam et aestimarunt et commendarunt non solum quotquot unquam germani ex immortalis illius Viri schola prodierunt discipuli, verum alii item eruditi nequaquam caeteroquin omnibus scho-



scholæ Schultensianæ decretis subscribentes. Dialectos hasce quod attinet: haud unam ob causam prima se nunc nobis considerandam offert Arabica, quæ in patrio solo, patrio more, etiamnunc viget.

Arabica profecto gens A. A. quamvis secundum angeli vaticinium de Ismaële, utero materno nondum excluso prolatum, etiamnunc prorsus sit *onager*, atque adeo agreste ac ferum animal, quod, uti poëtice apud Iobum describitur, *libere incedit loris solutum, cui deserta Deus dedit incolenda pro domicilio, quod ridet urbis tumultum, nec agasonis clamorem audit*, quamvis, inquam, etiamnunc prorsus ita sit *onager*, tamen talia tantaque peregit et in sua perinsula et in peregrinis pariter terris, ut ex gente eâ ipsâ literarum non solum Hebraicarum, verum aliarum quoque artium doctrinarumque cultores fructum percipiant longe uberimum. Fuderunt Arabes, quippe ad poësin factitandam toti quasi nati, quam plurima carmina, in quibus cum ipsorum tum proavorum et aequalium celebrantur facinora illustria, tum amoris, hospitalitatis,

vindictae etiam studia commendantur, exstantque magni momenti plantarum, tentoriorum, camelorum, gasellarum struthionum aliarumque rerum descriptiones. Pulcri porro, quo valuerunt, sensum fundendis non tantum carminibus prodiderunt, verum etiam dictis acutis, proverbiiis, Salomoneis subinde satis similibus, et fingendis fabulis, minime sane futilibus illis, licet nequaquam cum Hebraeorum Iothami v. c. et Ionathani fabulis eodem pretio habendis. Tanta denique diligentia, tanta industria, tanto omnino studio cum pari coniuncto laboris perseverantia, spretisque semper quibusque cuiuscunque tandem generis difficultatibus, in nullas fere non artes ac disciplinas incubuerunt Arabes a Mansuro, secundo eorum imperatore Abbasidâ inde, usque ad Mostasemum imperatorem eiusdem huius stirpis postremum, sive a saeculo octavo medio usque ad decimum tertium, ut immortalia in literis medio aevo instaurandis habuerint merita: dignissima profecto illa, quae a cl. Willmefuse, accurate eleganterque et enarrarentur et celebrarentur.

Haec

Haec igitur omnia, nec minus divina, ut Mohammedes perhibebat, divini Corani facinora, non potuerunt non efficere, ut ex locupletissimis literaturae Arabicae thesauris monumenta prodirent varia atque eximia: prodita autem avide arriperentur ac summo cum studio tractarentur. Atque ita factum, ut summa diligentia et lexica et grammaticae, alius etiam generis opera conficerentur, nec solae literae Hebraeae, sed bene multae pariter aliae disciplinae lucis inde permultum ceperint.

Nec vero caeteras neglexerunt dialectos, qui de his literis et superiori et hac nostra aetate bene meruerunt. Nam sive Aramaeam sive Aethiopicam sive Samaritanam consideramus, hae suos item singulae nactae sunt cultores, unde scripta exstiterunt praeclara atque ad has literas provehendas utilissima.

Quae cum ita sint, haud facile quis negaverit, opportunitates nobis egregias esse temporibus nostris ad literas colendas orientales. Verum insignis item aetas nostra est earum colendarum *studio* et *ardore*, quo fit, ut adsint non tantum, quas dixi, oppor-  
tu-



tunitates, sed ad provehenda haec studia usurpentur. Obstupescimus utique ad maiorum nostrorum in literis orientalibus merita eaque grato nos animo agnoscere oportet omnes. Quocirca tantum abest profecto, ut antecedentium temporum laudibus quicquam detractum velimus, ut contra iis quoque ipsis maximam partem praesentem harum literarum florem acceptum referre nulli dubitemus. Verumtamen caedem hae literae orientales, utpote olim tam naviter cultae, talia tantaque aetate haccē nostra acceperunt incrementa, ut maiores nostri si haec incrementa spectarent, pariter ad ea obstupescerent, summis illa laudibus concelebrarent omninoque nobiscum gaudio exsultarent. Factum scilicet hoc literarum ardore est, ut monumenta prodierint tam ligato quam soluto sermone conscripta, lexica porro, grammaticae, diversae linguarum orientalium descriptiones et cum literis etiam humanioribus comparationes, hermeneutica et critica opera, cum universe omnium tum singulatim quorundam librorum V. T. versiones, interpretationes, uti etiam illustrationes



ex itineratorum relatis petitaë, historiae, antiquitatis, in primis Hebraicae, aliarumque rerum in illis libris occurrentium expositiones, literaturae biblicae et orientalis tam universae quam quarundam eius partium bibliothecae. Nonne haec omnia aliaque specimina et inter ea etiam huiusmodi varii generis coniecturae, quibus haud facile subscribere-mus, luculenter probant, quantopere aetate hacce nostra literarum orientalium amor vi-geat? Quodsi hinc per omnem harum literarum campum excurrere vellem, et universa memorare opera, quae de iis in lucem prodierunt, dies me deficeret. Quum vero, ut dixi, arctioribus finibus cohibenda oratio sit, animadvertisse sufficiat, flagrantem istam nobis cupidinem cum admirabili pariter coniunctam et doctrinae apparatus et laboris perseverantia peperisse nova illa Phoeniciae, Aegyptiacaë, Sanscriticae, Italianumque huiusmodi linguarum orientalium latiori sensu sic dictarum, quae hac nostra aetate exstiterunt, monumenta, uti novas etiam varii generis explicationes. Et vero quod in primis animadvertendum, esse inter viros doctos, qui

qui haud dubitent affirmare, explicationes eas ipsas effecisse etiam, ut hisce nostris demum temporibus vere pleneque constet, quae tandem germana sit linguae Hieroglyphicae, Sanscriticae et Sinensis ratio. Quod si verum, aetas profecto haecce nostra de antecedentibus omnibus longe gloriosissimum egisset triumphum: quem autem triumphum ne equidem vel quodammodo describam, multo minus aestimem, cum alia tum modo dicta etiam atque etiam vetant. Quot porro viri in orbe literato quarumvis gentium orientalium origines, incrementa, vicissitudines, facinora, tractus, mores, instituta tam sacra quam civilia ac domestica, paucis, omnia qualiacunque tandem orienti propria, quamvis partim etiam densissimis tenebris circumdata, partim antiquitate propemodum deleta, partim in ipsis terrae visceribus latentia gestiant evolvere, restituere atque in medium proferre? Testes sunt palmaria citatarum modo linguarum monumenta; testes societates literatae, quarum auctoritate ac sumtibus itinera per orientales regiones instituuntur; testes dialecti orientales stricte dictae, quae

B

eodem

eodem pariter proposito hodie coluntur, Arabica maxime. Cuiuslibet enim haud a prorsus in literaturae Arabicae historiae peregrino atque hospiti satis est notum, hanc in prius lingua ob admirationem monumentorum et multitudinem et varietatem nullo non tempore quidem suos invenisse cultores, sed tamen aliis fere temporibus, et ob alias causas, alio ad alia eius bona percipienda; hodie vero in amoribus haberi ob cuiuscunque tandem quibus abundat generis bona, imo etiam quam plurimis unice potissimum colim ad historiam orientalem omni suo ambitu plenius cognoscendam et ad umbram.

Et haec quidem A. A. dicta sufficiant, cum de *apparatu*, qui exstat hodie literarum orientalium, tum de *studio* et *ardore* quo in dies hac nostra aetate apparatus ille augetur et locupletatur. Sed commemoranda nobis *ratio* etiam est, qua tractantur haec literae, tum vero etiam *methodus*, quae ad docendas eas adhibetur. *Critica* in primis *ratio* invaluit, ut congerendis literarum monumentis non contenti sint eruditi, sed ad recte ea explicanda *iudicio* utantur, aut quid

ger-



germanum sit, quid supposititium, quae probabiles sint coniecturae rerumque explanationes, quae falsae, discernant diligenter. Qua discemendi arte ut Graecis Latinisque, ita Orientalibus etiam pariter literis lux est oborta. *Methodus* autem usurpari magis magisque coepit simplex, facilis, iucunda, ad studium et excitandum efficax et alendum apta atque accommodata. Non huius loci est, et criticae rationis et huius methodi, quae socraticam refert, naturam explorare interius, sed, quo magis utriusque vis ad literas non tantum sed et doctrinas tractandas rite percipiatur, exemplum proferre e Theologiae studiis iuvat. Diversa haec disciplina commemorat interpretationis genera, quorum alia quidem suum habent fundamentum et in diverso Sacrorum Librorum argumento et in diversa, qua hi libri conscripti sunt dicendi ratione; alia vero unice in diversis diversorum theologorum opinionibus. Sic exstiterunt systemata, quae vocantur, theologica tanto saepius ardore et vero furore cum oppugnata tum defensa, ut eorum patroni ad suum siuguli systema tuendum,



centies omnem humanitatem migrarent, Sacras adeo Literas infringerent, ipsique, quos habebant, sermones sacri de acerrimo isto theologorum testarentur odio. Sed hodierna disciplinarum tractandarum ratio theologiam ita a barbara ista forma systematica liberare studet, ut tandem tota denuo evadat biblica: hoc unum simpliciter quaerens, quae, seposita cuiusvis systematis auctoritate, sit secundum legitimum critices ac hermeneutices usum vera Sacrarum Literarum mens. Historia porro, quae dicitur, Ecclesiastica sic hodie cum antiquis literis, gentium historia et philosophia coniungitur, ut hoc quidem nomine prorsus nova videatur disciplina, atque ob hunc ipsum novum eius habitum mirum in modum et placeat iuvenibus et prosit. Iam vero quomodo ista omnia ad illam, quam hac nostra memoria habent amplitudinem, facilitatem, venustatem pervenissent, nisi et critica et dicta docendi methodus cum ipsas doctrinas illustrasset, tum viam ad eas recte colendas aperuisset? Iuvat autem methodi huius simplicis et iucundae vim ex Antiquitatis Hebraicae ra-

tionem, ut nunc quidem traditur efficere. Quod eo lubentius agam, quo maiore fere animi delectatione hanc muneris mei partem explere soleo.

Hanc videlicet gravissimam simul et iucundissimam disciplinam Iudaei sane omnium virium intensione post destructam suam a Romanis rempublicam describere ad systematis diligentiam aggressi sunt, atque post renatas literas, inde a Benedicti Ariae Montani tempore, Christiani etiam. Verum enim vero qualis tandem universa erat istarum descriptionum seu systematum ratio? Haec quamvis in omnibus minime prorsus eadem, sed in aliis quodammodo alia, universa tamen huiusmodi fuit, ut haud unam ob causam vehementer displiceret: multa quippe summopere necessaria alto praemit- tens silentio, et vero plura etiam crassae superstitionis figmenta uti quoque alia nullius prorsus pretii summo tractans studio. Nulla v. c. in iis occurrebat critica veri nominis fontium inquisitio. Ex Sacris quidem Literis, sed spretis saepius germanis interpretandi praeceptis et admissis sine ullo  
di-

discrimine omnibus Iudaeorum traditionibus Antiquitatis Hebraicae proficiscebatur notitia. Historia vel omittebatur tota, vel certe nisi rarissime aliqua eius adhibebatur particula. Gentis Hebraeae cum aliis ex vetustate gentibus comparationes vel nullae vel plerumque ieiunae, nonnunquam etiam prorsus falsae ac sinistrae. De rerum causis, opportunibus, effectibus nec vola nec vestigium. Humana omnino natura non magis ex Antiquitate Hebraica perspiciebatur, quam haec ex illa. Hinc qualemcunque tandem utilitatem haec disciplina attulerit, hanc certe nunquam attulit, ut iucunda etiam humanitatis, virtutis, vitae proin morumque evaderet magistra. Subsequentibus deinceps temporibus multo quidem melior aptiorque evasit, sed hac tamen nostra demum aetate tam insignem subiit mutationem et conversionem plane, ut Antiquitatis Hebraicae studium extra scholas olim orientales fere penitus spreum, certe neglectum, nunc ab aliarum etiam disciplinarum fautoribus insigni studio colatur. Quid? quod, ut a Barthelemio Graecorum, sic a Straussio Hebraeorum ortum, incrementa,



vicissitudines, facinora, mores, instituta, tam sacra quam civilia et universam adeo Antiquitatem habemus descriptam? Et haec quidem Straussiana Antiquitatis Hebraicae ad dialogi diligentiam descriptio dicam? an representatio, tanta se suavitate, tanta elegantia cum pari coniuncta utilitate commendat, ut germani literarum orientalium studiosi hanc ipsam hodie disciplinam et ament mirifice et naviter colant.

Haec habui A. A. H. H. quae hac dicendi opportunitate de literarum orientalium praesente conditione in medium proferrem. Spero fore, ut haec mea qualiscunque tandem oratio hanc vim sit habitura, ut futuros disciplinae meae alumnos excitaverim ad praeclara, quae, ut vidimus, aetas nobis nostra offert bona, alacri animo atque indefesso labore arripienda in literarum orientalium emolumentum, idque hoc quidem maxime proposito, ut Sacrarum in primis Literarum exinde interpretatio magis magisque insigniter proficiat.

Ego, quamdiu in hac Academia versatus sum, praecurrentibus praeceptoribus optimis,  
pro-



proficere ex his temporum opportunitatibus studui: cumque ad docendas orientales literas Franequeram evocatus essem, illam, quam hîc perceperam, methodum iuvenum studiis adhibere indesinenter sum conatus. Et sic quidem eo me sponte ducit oratio, ut ad Vos me convertam Academiae huius Curatores, Viri Amplissimi, qui, quod facere Franequerae studui, hîc ut porro perficerem, me invitastis.

Etsi autem longe celeberrima, quae olim Franequerae floruit Academia in Athenaeum est conversa, tamen hoc ipsum Musarum Sacrarium tantopere mihi, haud ita in hominum frequentia vivere solito, cordi fuit manebitque semper, ut gratam eius memoriam nihil quicquam facile sit deleturum. Etenim amplissimi huius Instituti Curatores luculentissima favoris mihi sui documenta nunquam non exhibuerunt omnes. Quot Franequerae collegas, tot ibi reliqui amicos. Et vero, quod ad ipsos attinet Athenaei alumnos, in iis probatissimos inveni studiorum socios, quibuscum iucunde coniuncteque vivere mihi contigit, quauddiu cum iis una fui. Paucis: etsi longe abfuit, ut mea in Athenaeo

naeo Frisiaco sorte haud essem contentus, tamen inficias ire nec possim nec velim, honorificam, quam in hanc Academiam accipi evocationem, haud unam ob causam mihi fuisse acceptissimam.

Nolim vero existimetis, me ea fuisse sive levitate sive arrogantia, ut continuo, absque ulla sollicitudine, quid mihi in re tanti momenti esset agendum, decernerem. Minime vero: steti revera aliquamdiu in bivio veluti quodam, itineris prorsus incertus. Tandem enim alternatim alia incitarunt, deterruerunt alia, donec tandem praevaluerunt plura, quae evocationi esse obtemperandum serio monerent.

Quapropter, amplissimi Academiae Curatores, non possum non Vobis gratum animum testificari. Etenim benevolentia erga me Vestra cum singulari, qua valetis, commendationis auctoritate coniuncta factum est, ut ex augustissimi Regis nostri decreto provincia clarissimi Paravii, praeceptoris optimi, mihi administranda sit tradita. Vobis ergo acceptum referre debeo et refero revera, in hac me Academia, in qua, quae potui, olim didici

om-

omnia, utiliter suaviterque vivere posse cum cuiusvis eruditionis principibus, cum intimis amicis, cum ipso adeo Heusdio, carissimo doctore meo. Caeterum hoc habeatis, Viri amplissimi, omni dubio maius, me vel sine iurisiurandi momento, et officii et religionis sensu ad meam provinciam diligenter admistrandam obstrictum esse arbitraturum.

Liceat iam mihi ad Vos cuiusvis Facultatis Professores, Viri Clarissimi, ea, qua par est, reverentia meum convertere sermonem. Nam quamvis ad plerosque Vestrum ferme ignotus accedam, tamen muneris, quod nunc auspico, ratio talis est, ut nullus equidem verear, ob hunc me sermonem nimiae arrogatae auctoritatis ab ullo accusatum iri. Nihil — hoc enim Vobis, quidni aperiā? — profecto mihi optabilius esse posset, quam ut omnium nunc suffragiis in Vestram admitterer societatem. Caeterum in meis nunc votis hoc in primis habeo, ut Providentia Vos divina diu conservet in propriam Vestram salutem, discipulorum utilitatem atque universae Academiae prosperitatem. Et quum inter Vos habeantur, quorum filii generoso



patriae defendendae amore ducti non dubitaverint parternam domum cumque ea omnia, quae ipsis cara sunt, relinquere, gravissimis quibusque difficultatibus, vitae adeo periculis caput obicere; equidem vehementer precor, ut brevi hi vestri Vobis filii, salvi et incolumes restituantur, atque ad sua singuli studia summo cum fructu revertantur.

Muneris porro mei cum re theologica coniunctio, me continuo ducit ad Vos, clarissimi Triumviri, quibus Facultas constat theologica. Mentiar profecto, si vel negem vel dissimulem, pergratum mihi inprimis accidisse nuntium, tantum abfuisse, ut amplissimorum Curatorum decretum Vobis quodammodo discipliceret, ut contra hoc ipsum decretum in Vestris haberetur desideriiis. Haec igitur, uti insignia alia, quae ab unoquoque Vestrum, a clarissimo item Oordtio expertus sum, benivolentiae documenta efficiunt, ut totus confidam, hac me opportunitate haud frustra Vestrum mihi favorem, auxilium et vero amicitiam rogaturum esse atque imploraturum. Quantum autem haec certissima mihi persu-

sua-



suasio afferat voluptatis, non facile ore exprimam.

Nec est sane, cur aliter affectum me sentiam, ad Vos cum me converto Philosophiae Theoreticae et Literarum Humaniorum Professores, Viri clarissimi. Quanta enim humanitate vix exspectare poteram, tanta me reapse recepistis omnes. Quocirca hanc benignam arga me Vestram cogitans voluntatem, fidenter omnino in hoc maxime nitar, ut Vestro, quoad possim ac liceat, utar commercio, probe intelligens, quantum ex eo fructum perciperem ego, perciperet mea disciplina et vero ipsa Academia. Ad Vos autem verba cum facio, cogito Te in primis, clarissime Heusdi. Tua enim diligentissima simul atque iucundissima institutio qualemcunque tandem in me vim habuerit, hanc certe habuit, ut mihi semper esset studiorum uagistra, cui acceptum refero, cum me libentissime hactenus in literis vixisse, tum meam docendi methodum, in Athenaeo Frisiaco iuvenibus haud prorsus displicuisse. Sed nolim his plura addere. Etenim vel fallor vel ex Tua sententia tantum iam Tibi tribui, quan-

quantum Tu quidem nec agnoscas nec postules, etsi tantum abest, ut debitas sic Tibi egerim gratias, ut eas me numquam agere posse, ego et probe sciam et palam enuntiem. Illud unum adiicio, Tua et benivolentia et amicitia nil mihi deinceps etiam, gratius incundiusque futurum.

In Te autem cum intueor, Paravi senex, quam plurimum reverende, subit me Ravii, decessoris tui, mei autem doctoris, memoria, qui item senex, publice, hoc ipso loco, *Providentiae divinae in se callata beneficia* gratis celebravit. Et habes sane, quod tu haec celebres. Vita Tibi ex voto in literis tractandis transacta est. Et vero laetor ego, et quod maius est, tota laetatur eruditorum civitas, nec Te Ravio nec Tibi me successisse, antea quam stupendae eruditionis Vestrae thesauros docendo scribendoque in perpetuum, non in unius tantum huius Academiae, verum etiam in universae Literaturae orientalis et in ipsius proin Codicis Sacri aperueritis emolumentum. Tuae in me etiam, senex exoptatissime eruditionis atque amicitiae bona tanta taliaque sunt, ut Tibi item gratias debeam sem-  
pi-

piternas. Caeterum gratulor tuam Tibi vitam tam utiliter glorioseque in orbe literato paractam, atque propterea Te quoque pro meritis honorifice rure esse donatum. Mea porro si Deus impleat vota, frueris sane, quamdiu tandem vitae humanae limites permittant, senectute molli et iucunda, brevique videbis praestantissimis tuis filiis huiusmodi oblatam provinciam, quae cum Tibi tum Iphis omnium sit gratissima eorumque studiis dignissima.

Tu vero, Ravi, si forte ex beata beatorum sede in hanc despicias, quam per tot annos tuo lumine collustasti, Academiam, noli, noli indignari, tuo me nunc successori succedere. Quae Tu me docuisti, ego et docebo et temporibus hisce accommodabo. Sacrificia ego mea, qualiacunque illa tandem, in ara sanctissimae religionis, in qua Tu sacrificasti, deponam!

Denique ornatissimi huius Academiae alumni, commilitones exoptatissimi, accipite me sive commilitonem sive amicum sive doctorem vestrum. Peractis, quae instant feriis ex officio quidem, sed non minus etiam, quod  
lu-



lubens fateor, summa cum voluptate literas vobis orientales me traditurum confido. Habui Franequerae illarum literarum studiosos excellentes prorsus, quibuscum ut amicus et familiaris cum amicis et familiaribus vivere solebam. Hinc insigni mihi gaudio est, nonnullos ex iis huc iam venisse et plures item post ferias ad nos venturos. Sed quidni tandem cum ratione sperem, in hac me Academia pariter inter vos nacturum probatissimos studiorum socios simul et amicos. Et vero haecce nostra aetas valde, ut vidimus, ad provehenda literarum orientalium studia quam maxime apta, eam ipsam spem et alit et confirmat. Equidem certe, quemadmodum cum omnibus, quos unquam habui commilitonibus, iucunde coniuncteque vixi, ita vobiscum pariter victurum me auguror. Faxit autem Deus optimus maximus, ut nostra nobis studia e votis succedant, caeterique item cuiuscunque disciplinae studiosi hoc in primis nomine habeant, quo vehementer gaudeant, omninoque haec sic Academia vigeat floreatque, et opto et precor.

D I X I.





CAROLI JOSEPHI VAN COOTH,

AMSTELODAMENSIS,

MEDICINAE IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

STUDIOSI,

COMMENTATIO

A D

QUAESTIONEM MEDICAM,

A NOBILISSIMA FACULTATE MEDICA

ACADEMIAE RHENO-TRAJECTINAE,

A° MDCCCXXXI.

PROPOSITAM:

*Comparetur applicatio remediorum externorum cuti integrae cum methodo hodiernorum in curandis hominum morbis internis, exponendis fundamentis Anatomico-physiologicis, et observationibus fide dignis, quibus utraque methodus nititur.*

PRAEMIO ORNATA,

DIE XXVI M. MARTII A. MDCCCXXXII.

CAROLI JOSEPHI VAN COOTEN

A MATH. MAG. P. 1800

MEDICINAE IN ACADEMIA BRUNNENSIS  
STUDIOSI

COMMEMORATIO

*Pour juger avec connoissance de cause, une méthode  
thérapeutique, il faut en avoir étudié la partie histori-  
que, la partie rationnelle, la partie expérimentale.*

GILBERT, *Recueil périodique*  
T. VIII. 1800. pag. 58.

BRUNNENSIUM

MEMORIAM

Commemoratio  
de  
...  
...  
...  
...  
...  
...

BRUNNENSIS

MEMORIAM

## RESPONSIO AD QUAESTIONEM MEDICAM,

DE

METHODO JATRALEPTICA ET  
ENDERMATICA.

## INTRODUCTIO.

Duplex praefationis dos est; — tum quod auctori copiam facit docendi qua methodo in laborando usus fit, qua via profectus, quo modo materiem distribuerit; — tum quod locum facit aequum et facile iudicium petendi a lectore, vel propter materiae difficultatem, vel propter tenuitatem virium; quod posterius, si cui alii, mihi certe maxime usu venit; Vos enim, Cl. Iudices! facile videbitis haecce *studii mei medici* primordia haud exiguo quidem labore confecta fuisse, sed a juvene, qui Artis salutiferae principia non nisi ultimis gustaverit labris, argumentique gravitatem vires longe superasse. At vero, si quid desit operi id supplet aetas, si quae sint dicta juveniliter pro indole accipiantur. Vos qua soliti estis benevolentia, haecce vel exigua conamina, bonam, quaeso, in partem accipiatis!



Quoad alterum pauca monenda. — Inter externa artis auxilia contra hominum morbos, etiam internos, plurima jure referuntur. Nec mirum! quis enim saluberrimos dubitaret effectus Balneorum, Caloris externe allati et Frigoris, Rubefacientium, Vescantium, Cauteriorum, illiusve applicandi methodi, quæ, quæ caeteroquin interne dari solent remedia integumentis apponuntur? Quantae utilitatis ipsa Chirurgia Infusoria quondam fuit habita! Motuum corporis, Exercitiorumque, Frictionum, Flagrorum, Cucurbitarum, Hirudinum, Fonticulorum, Setaeorum, vel et Acupuncturae quis nescit salutiferum usum? Notabilem quantam, in sanitatem vel tuendam vel restituendam, efficaciam tribuunt ipsis animi Pathematibus, Musicae, Electricitati, Galvanismo, Magnetismo!

Verum enimvero licet singula haec et externa dici possint remedia, et in sanandis morbis internis perquam utilia censeantur, hujus tamen non sunt loci; nostra enim cura unice versabitur in ea explicanda methodo qua, quæ caeterum interne dari consueverint, functioni cutis absorbenti traduntur, huic *vel* integrae applicata, uti facere solent Jatroalipiae (1), *vel* epidermide privatae, aut vulne-

(1) Vocabulum Celsi, *de Medicina* I. §. 1. ita saltem ex recognitione doctiss. J. A. v. d. Linden (Lugd. Bat. 1657. 8°. apud *Elsevirum*), et Th. J. ab Almeloveen (Amstelod. 1713. Lugd. Bat. 1730. 8°. ) In variis autem editionibus et scriptis hujus vocis et vox ipsa varia. Ita in nitidissima *Leçon, Targae* edi.

ratae, uti qui methodum Endermaticam sequuntur. Quaestionis enim mentem concepisse putamus, si statuamus quaeri: comparationem utriusque hujus methodi petendam ex consideratione systematis cutanei anatomico-physiologica, et observationibus, tam physiologicis de absorptione cutanea, quam medico-practicis.

Tri-  
 editione (Lugd. Bat. 1785. 4°. I. p. 16) legitur *Zatralipta*; eadem scriptio apud antiquiores editores Jo. Ruellium (Paris 1529. fol.) Gryphium (Lugd. 1542. 8°.) Rob. Constantinum (Lugd. 1566. 8°.) J. T. Brachelium et Bald. Ronsseum (Lugd. Bat. 1592. 4°.) — In editionibus Aldinis (ap. Aldum Venet. 1524 fol. et Venet. 1528. 4° et apud Aldi filios, cum medicis antiquis. Venet. 1547 fol.) scriptum est *Zatrolip-sa*; H. Stephanus (medicorum Principum T. III. Paris. 1767. fol.) scripsit *Zatralipta*.

Princeps autem Celfi editio, (Florentiae 1478. fol. apud Nicolaum), quam ex Codicum medicorum fide procuravit Barthol. Fontius tantum habet *Alipta*, cum qua faciunt duae antiquissimae editiones, a<sup>1</sup>. 1493. (Venet. fol. ap. J. Rubeum) et a<sup>1</sup>. 1497. (Venet. fol. ap. P. Pinzium) uti et Juntina (Venet. 1524. fol. apud L. A. Juntam), J. Caesarius (Hagenoae 1528. 8°. Paris 8°. 1533), G. Pantius (Basil. 1552. fol.) —

Nos autem vocabulum *Zatro-alipta* retinimus, quippe quod inveniatur in primo, eoque omnium antiquissimo Codice medico ineunte saeculo XII. scripto, (vide de his codicibus in praemisssis ante editionem Targae I. p. 35—38), reliqui sex codices, saeculo XV. scripti, habent *hiatro alipta*, ibique vox *hiatro* expungitur. — Substantive etiam adhibetur Cf. Joh. Jac. Bajori *Zatro-alipta veterum*. Altdorf. 1723. 4°. cujus autem libri solum invenire licuit titulum, ap. Hallerum, in Boerhaave, *Method. studii medici* Amstel. 1751. 4°. II. p. 993.

Triplex harum observationum discernimus genus; causam si quaeras, — quia probandum est:

1°. Revera dari absorptionem cutaneam.

2°. Medicamenta a cute ad corporis internas abditasque duci partes, i. e. externe applicata eundem habere effectum ac interne adhibita.

3°. Remedia externe admota vim et efficaciam monstrasse in sanandis hominum morbis internis; methodum igitur utramque, (fundamento theoretico et observationibus primi et secundi generis superstructam) felicissimo successu a practicis usurpatam fuisse Medicis.

Ut haec autem singula ordine procedant; sequens *Commentationis dividendae ratio* apta nobis fuit visa:

Cap. I. Externae remediorum applicationis ad internos sanandos morbos Historia.

— II. Fundamenta hujus applicationis anatomico-physiologica, nec non observationes, quibus cutis in transmittendis externe applicatis probatur efficacia; simul de agendi ratione remediorum externorum, atque de discernenda functione cutis integrae et laesae.

— III. Methodus Jatraleptica.

— IV. Methodus Endermatica.

— V. Comparatio; Conclusiones.

Observationum, quae statuimus priora genera continet caput alterum, tertium genus offenditur in tertio et quarto; ad alterum Cap. propria nonnulla adjecimus experimenta.

Jam nihil obstat, Cl. Judices! quin postquam iterum humanitati vestrae et benevolentiae haecce commendavero, incipiam.



## C A P U T I.

EXTERNAE REMEDIORUM AP-  
PLICATIONIS HISTORIA.

—●—

Medicina non ingenii humani partus est,  
sed temporis filia. (Baglivi *Praxeos  
medic.* L. I. Cap. I. §. 7.)

§. 1. Non unam tantum dari viam, sed plures, quibus remedia in corpus humanum induci, morbisque internis opponi possunt, certe est in Arte nostra latissimae utilitatis, qua bene perspecta si rite utatur Medicus, huic saepe continget felices observare eventus in casibus etiam desperatis. Si enim ad ventriculum, intestinum rectum, cutim, vias aëriferas, cavum oris, faucium, narium, auriumque, membranam oculi conjunctivam, internam urethrae et vesicae, vaginae et uteri partem, quin et venas ipsas attendas, tot habes ob oculos vias, quibus Therapia praesidia sua hosti opponit. Ventriculum summam sibi semper vindicasse laudem in longe plurimis morbis, vix opus quod moneam. At, plures occurrunt casus ubi probata

hac



hac virtute frui non datur. Nonne ventriculi ipsius morbosa conditio, e. g. sensibilitas aucta Medicamenta ut ingerantur obstat? An non idem efficit Dysphagia, cujus tot sunt species? Nonne morbi faucium, Oesophagi, aliique multi? Quam saepe aegrotantium status, idio-syncrasia, praedudicium, vel aetas medicamentorum inductionem impediunt! Cogites modo de infelicibus Tetano, vel Trismo vexatis, de superstitiosis, puerisque tenellis! — Medicus arcesitur ad quemdam Tetano dirisimo prostratum, vel ad infantem omnia etiam gratisima negantem; agendum! periculum in mora est! tempus urget! Nil prudenti restat nisi Clysmatibus per intestinum rectum Medicamenta adducere, vel inunctione per cutim; reliquae enim, quas recensuimus, viae minime in hoc vel simili casu indicatae sunt, cum magis interserviant medicationi topicae organorum ad quae ducunt, neque adeo in morbis totum systema affligentibus, scilicet si venas exceperis. — Intestinum rectum omni procul dubio efficaciae cutis cedit, uti facile concluditur animadvertendo illud faecibus repletum esse solere, neque per sufficiens temporis spatium materies sibi traditas retinere.

§. 2. Cutim itaque haud exiguae esse utilitatis in administrandis Medicamentis, et prudenti Medico in sanandis hominum morbis *internis* saepe unicum, saepissime optimum esse refugium, facile percipitur, licet vel sic tamen ventriculo stat sua laus

et

et semper stabit. Neque totum in hac medicatione externa haerere fas est; utilisima est ubi interna medicatio sit vel impedita, vel non adeo promptos aut felices promittat effectus, vel aegrotanti nocitura evaderet aut saltem non proficua; insuper saepissime inexpectatum acquirimus eventum, jungendo externam Medicamentorum administrationem internae; effectus nimirum observantur quos a sola medicatione internâ vel externâ haud expectare licuit; tradunt operas mutuas.

§. 3. Quae cum ita sint, mirum esset, nisi jam a Medicinae origine usus Medicamentorum externe applicatorum esset laudatus. Jatraleptices (1) fama illâ Hippocratis existit antiquior. At vero, licet plura in veterum scriptis prostant exempla, de felici observato eventu ex medicatione externâ, vel solâ vel cum internâ simul adhibita, tamen externa applicatio remediorum illorum quae vulgo interne dantur, methodicae scientiae faciem non acquisivit nisi versus finem saeculi XVIII, a quo inde tempore haec Therapiae pars late extendi coepit; *Jatrâleptices* nomini illud *Anatripsologiae* aliaque accesferunt; postremis demum temporibus haec methodus valdequam mutata, *Endermatica* fuit dicta. Ex his patet: tria nobis suppeditari momenta in considerandâ medicationis externae historia.

I.

(1) Vocabulum Plinii, Hist. Nat. XXIX, C. 2. In edit. Harduini, Paris. 1723, Tom. II. pag. 493.

I. HISTORIA APPLICATIONIS EXTERNAE APUD  
 VETERES, AB EJUS ORIGINE AD FINEM  
 SAECULI XVIII.

§. 4. Herodicus, secundum alios (1) perverse  
 Prodicus dictus, Selymbriae natus, quem  
 praeceptorem habuisse Hippocrates putatur (2),  
 ex omnium sententiâ (3) primus habetur Jatro-alip-  
 ta. Anno a. J. C. 440. natus (4), brevi ante  
 bellum Peloponnesiacum Athenis vixit (5). Iccus  
 Tarentinus simul cum Herodico nomina-

(1) Plinius H. Nat. XXIX, 2. (ap. Hard. II. 493.) scrip-  
 sit: „Nec fuit postea quaestus modus; quoniam Prodicus  
 „Selymbriae natus, . . . . instituens quam vocant Jatra-  
 „lepticen, reuntoribus quoque medicorum ac mediastinis ves-  
 „tigal invenit” — Hinc prima erroris labes; cf. infra p. 11. n. 3.

(2) Harduin. in Not. et emend. ad Pl. XXIX, 2. Tom. II.  
 p. 518. — Kurt Sprengel: *Versuch einer pragmatischen  
 Geschichte der Arzneykunde*; (edit. altera) I. 1800. pag. 369.  
 monet Hippocratem, praeter patrem Heraclidem et  
 Georgian Leontinum ac Democritum Abderensem,  
 Herodicum habuisse praeceptorem. — J. F. K. Hecker,  
*Geschichte der Heilkunde, nach den Quellen bearbeitet*. I. Berl.  
 1822. 8<sup>o</sup>. p. 112.

(3) Plin. l. c. — Spreng. I. c. l. 353. — J. Freund *Hist.  
 Medicinae a Galeni tempore usque ad initium saeculi XVI*.  
 Lugd. Bat. 1734. 8<sup>o</sup>. p. 39. — (4) Spreng. I. 655. Hecker  
 II. 1829. p. 375. In tertia Sprengelii editione I. 1821. 615.  
 notatur a<sup>o</sup>. 443.

(5) Spreng. I. 353. Bellum Peloponnesiacum annis a. Ch.  
 431 — 404. gestum est. (Hippocrates Athenis cum audi-  
 vit. Hecker I. 112).



ni solet (1); Plato (2) (420—348) scilicet I-  
cum et Herodicum (suum aequalem) Medicinae  
Gymnasticae vocat inventores. Herodicum mo-  
tum corporis, imprimis ambulationes commen-  
dasse notum est (3). In ipsis autem Graeco-

tum

(1) Spreng. l. c. — C. H. a Roy, *Verhand. over de  
voornaamste aiswendige geneesmiddelen tegen inwendige ziekten*,  
Amst. 1811, p. 5. — Hecker I. p. 109. II. p. 375.

(2) Spreng. l. c. I. p. 353, 54. — Cf. Plato, in *Protagor.*  
*Phaedr. Polit.* l. III. *de legib.* l. VIII. et Aristotel. *Eudem.*  
VII. 10.

(3) Certe in errore versari videntur qui Herodicum et  
Prodicum unum habent eundemque, uti Sprengel I. 353;  
nec minus, qui recte quidem illos distinguunt, hunc autem  
filium Aesculapii, illum praeceptorem Hippocratis,  
utrumque vero medicinae Gymnasticae vocant inventorem,  
*Chrestien Méth. Jatroliptique*; Monfalcon ad artic.  
„*Jatroleptique*” in *Dict. d. Scienc. medic.* T. XXIII. p. 309. —  
Errorum fons omni procul dubio est locus Plinii (XXIX c. 2.)  
supra (p. 10. not. 1) allatus, nam, ubi posuimus (. . . .) I-gi-  
tur: „e discipulis ejus,” scilicet Hippocratis, de quo ibi lo-  
ci sermo est. Summus Harduinus (in Not. et Emend. II. 518)  
jam notat Prodicum Hippocratis fuisse discipulum, He-  
rodicum praeceptorem. — Prodicus hicce in insula Chio  
vel Leontii natus circa annum a. Ch. 370. (Hecker. II.  
382.) ideoque mortem praeceptoris, floruit Pathologiae humoralis  
sectator, a Galeno propter argutias Dogmaticorum proprias  
vituperatur, (Hecker. I. 187.) Minus recte etiam alii (Hec-  
ker I. 109. 186.) notant hunc perverse confundi cum Hero-  
dici quodam aequali, qualem non existisse concludo ex Har-  
duino (Not. et Emend. l. c.), qui monet omnes libros et  
M. SS. habere: Prodicus, quibus addit: „Dalecampius  
„tamen Herodicus emendabat, ex nescio quo Plutarchi  
„loco, quem, si vidit, praepostere haud dubie intellexit.”



rum Gymnasiis nova medendi ratio enata videtur. Gymnasio praefuit Gymnasiarcha, sub cuius moderamine Xystarchus exercitia dirigebat; tertium Gymnastae (γυμνάσται, ὑγιεινοὶ, ἐπιστάται) occupabant gradum quibus mandatum erat exercitia ad cuiusvis discipuli vires et sanitatem moderari, morbis et laesionibus mederi, unde Medicorum nomine insigniebantur (1). Unguento inter exercitia et balnea corpus illiniebant, Aliptae igitur et Jatroalipthae dicti (ἀλείπται, ἰατροαλείπται) (2). Haec autem ab Aegyptiis ad Graecos pervenit corporis sani cura. Pythagoras enim (a°. 550. a. Ch. natus), magni Philosophi (580—490) aequalis, Aegyptiorum usum olei ad illiniendum corpus apud Graecos induxit, unde dici solet Pythagoras Aliptae (3). Quum vero Gymnastae omnem muneri suo darent operam, artisque perfectione auctoritatem sectarentur, plures eorum practicos se finxerunt medicos; cuique sua placent praeccepta; Gymnastica hinc medicina, externaque internos ad morbos enata est medendi ratio (4).

Nec igitur Herodicus, nec Iccus jure Gymnasticae medicinae habentur *inventores*, quam modo latisime extenderunt, Aliptarum munus omni nomine in illud Jatroaliptarum mutantem.

Iccus (a°. 470. [469?] a. Ch. natus) aetate

He-

(1) Hecker I. 107.

(2) Ibid I. 108.

(3) Ibid. I. 108. II. 375.

(4) Ibid I. pag. 109.

Herodico (440.) major, non ita tamen incla-  
 ruisse videtur. Dietae summus fuit moderator.  
 Nec post Herodicum alios, praeter Dioti-  
 mum, Gymnasticos celebres fuisse medicos le-  
 gitur (1); adfuisse tamen eos patet, quum sola  
 templa non amplius adirent aegri, verum etiam  
 Gymnasia (2). — Attendamus autem hosce Jatro-  
 aliptas non tantum balneis, oleorum unguento-  
 rumque frictionibus, verum valdopere quoque ex-  
 ercitiis, ambulationibus, diaetaque moderatâ sani-  
 tati consuluisse.

Hippocrates (A. 460—370) externâ saepe me-  
 dicatione usus est (3). Frictiones cum oleo ad lum-

bos

(1) A°. a. Ch. 320. Diotimus celeberrimus existit medi-  
 cus gymnasticus. Hecker, l. c. II. pag. 375.

(2) Ibid l. 110. — (3) Gilbert *Rapport sur un travail*  
*du cit. Duval: notice sur la médecine Éisпноïque des an-*  
*ciens; ou Précis Historique sur l'ancienneté de l'usage*  
*externo de certains médicaments, pour en obtenir les mêmes ef-*  
*fets qu'en les donnant intérieurement.* (Recueil périodique  
 de la société de Médecine de Paris, redigé par le cit. Sédil-  
 lot jeune Tom. VIII. second. semest. de l'an VIII. p. 43—61.)  
 Duval egregie exempla in veterum scriptis de medicatione ex-  
 ternâ dispersa collegit, cujus operis, societati Medicorum Pari-  
 sienâ dicati, summarium et laudes exposuit Gilbert, qui pau-  
 ca quoque sua addidit, at, quod dolemus, nulla citavit loca  
 scriptorum. Monfalcon qui scripsit articulum: „Jatralép-  
 „tique” in Diction. des Scienc. medic. T. XXIII. 1818.  
 pag. 306—336. plurima quae habet de Jatraléptice apud veteres  
 fumsit ex Duval, uti comparando vidimus, non vero aperte  
 hoc profitetur neque ullum fontem indicat — Hippocratem

hac

bos et crura feri jusfit in dolore laterum et Pleuride; calidumque inungi oleum in Tetano, Volvulo, Typho. (1) Cardamomum jam adhibuit ad fomentationes aromaticas, et vino lacteque maceratum abdomini inunxit Emmenagogi adinstar (2); aliam aromaticam fomentationem paravit ex Cyperi rotundi radice cum Ruta, Aniso, Foeniculo, Dauco aliis (3); infusum foliorum Lauri nobilis cum vino et oleo paratum in Tetano externe administravit (4); ung. laurinum inter Emmenagoga occurrit et balnea e decoctis baccis ad Phylometram administrabantur. Ad Tetanum quoque et Trismum traumaticum inunctionem laudat Artemisiae Absinthii e cocto ejusdem oleo (5), semenque Hyoscyami vino et oleo infusum iisdem in morbis externe applicavit (6). De unguento sudorifero cogitasse videtur (7).

Pe-

hac methodo usum fuisse abunde patet ex I. H. Dierbach, *die Arzneimittel des Hippocrates, oder Versuch einer systematischen Aufzählung der in allen Hippokratischen Schriften vorkommenden Medikamonten*, Heidelberg. 1824. 8°.

(1) Vide apud Dierbach l. c. p. 73. — (2) ibidem p. 157. — (3) ibidem p. 160. Oleum Cyperi in morbis mulierum externe adhibebat — (4) ib. p. 162. — (5) ib. p. 181. — (6) Ib. p. 234. — (7) De Diætâ T. III. Cf. A. Kaau Boerhaave *Perspiratio dicta Hippocrati per universum corpus anatomicè illustrata*. L. B. 1738. 8°. p. 189. §. 435. — Foesius (in mea editione Francf. 1595.) Sect. IV. p. 38. ita vertit locum: „prodest vero sub indicationis (febris) tempus „mittionibus sudorem moventibus uti, cum ad sudorem pro- „vocent.”



Pedilavium ex decocto Hellebori ad alvum purgandum illi in usu fuisse plures tradunt (1). Emplastrum non memorat (2).

Diocles (350, [354?] a Ch. natus) tempore et fama Hippocratem prope secutus (3) externe usus est Helleboro cum felle taurino, ut vomitum ciceret (4). Theophrastus (371—290.) observavit friciones aromaticas, inprimis in Epigastrium factas, ructus producere odoris aromati analogi (5); hinc easdem contra morbos adhibuit (6). Diagoras Opii efficaciam interne metuens, externe illud applicavit bonosque observavit effectus (7). Opium cum Rosaceo oleo perfusum ad dolores capitis

(1) Schöpff, *innere Wirkungen durch äussere Arzneyen*, Hufeland's *Journal der pract. Heilkunde*, V. 1797. St. IV. (p. 752—812.) pag. 772. et plures alii. Nos vero omni studio perlegimus paginas ad quas in voce Helleborus vel Veratrum in Foëssii edit. Hippocratis, et in Cornarii edit. operum omnium (fol. Basil. 1549.) Galeni remittunt indices, nec invenire licuit, neque ullum inter tot vidimus auctores qui locum indicaret. Dierbach qui tanta industria Hippocratica lustravit monumenta ne verbum de tali pediluvio monet. (2) Hecker, *Geschichte*, I. p. 160.

(3) *Ibid.* p. 212. II p. 384.

(4) Duval, l. c. pag. 46. et inde Monfalcon, l. c. p. 309.

(5) Duval, l. c. pag. 47.

(6) Hecker, I. 265. Odorifera externe applicata per totum corpus odorem perfundunt, et medicatrice igitur vi pollent. Unguenta odorifera capiti adnota urinam odore suo imbuunt.

(7) Duval, l. c. p. 47 Hecker, I. p. 102.



efficax esse jam aseruit Dioscorides (1); Succum Cyclaminis umbilico illitum drasticum, observavit et abortivum (2). Fatendum vero veterrimos medicos, inprimis Hippocratem, parum adhibuisse nostram methodum, nisi in morbis mulierum, ubi excitandus veniret fluxus menstrui aut lochiorum; et univcrse, hanc medicationem non usurpatam fuisse nisi quando necessitas urgeret, propter praejudicium aegrotantium, vel aversionem a medicamentis internis aliasve causas usum internum impediētes (3).

§. 5. Centum annis v. C. cum Asclepiades Romam petiisset (4), Medicinae faciem valde mutavit, novum praxeos systema condens; Purgantia, Emetica et omnia quae odore, sapore vel actione sua molesta essent remedia improbens, externa medicatione, balneis, frictionibus, ambulatione, equitatione et Jatraleptice morbos curavit (5). „Horum” (internorum) „autem” „usum ex magna parte Asclepiades non sine causa” „sustulit; et, cum omnia fere medicamenta stomachum laedant, malique fucci sint, ad ipsius vic-

(1) B. L. Tralles: *usus opii salubris et noxius in morborum medelâ*. Vratislaviae 1757. 4°. II. Sect. 4. p. 171.

(2) Schöpff, l. c. p. 771. — (3) Duval, l. c. p. 46. 50. et 51. — (4) Sprengel, II. p. 663. Hecker, II. 407.

eum locat, 90. a. ch. — (5) Duval, l. c. p. 48 et 49. male autem hic Archigenem simul cum Asclep, Romam petiisse putat.

„ tus rationem potius omnem curam suam transtu-  
 „ lit (1).” Myracopon suum Asclepiades, e-  
 calidissimis aromatibus et quibusdam drasticis melle  
 et oleo remixtis, mirum praedicavit remedium in  
 arthriticis affectionibus et alvi obstructione (2); In  
 Tetano et Volvulo balneis calidis oleorumque fric-  
 tionibus utebatur (3).

Celsum ipsum non adeo a medicatione abhor-  
 ruisse externam patet ex allato et alio loco: „ sed  
 „ medicamenta stomachum fere laedunt (4).” In-  
 eunte saeculo I. Romae florens externe saepius  
 medebatur; imbecillos oleo ungi in sole vel ad ig-  
 nem suadet (5); in Hydrope „ etiam quotidie  
 „ ter quaterve opus est uti fricatione vehe-  
 „ menti cum oleo et quibusdam calefacienti-  
 „ bus (6).” Mox autem addit: „ Utiliter etiam  
 „ Scilla cocta deligatur super cutim (7)”; argumen-  
 to Voigtelium recte monuisse, Celsum pri-  
 mum friciones cum oleo in Hydrope consiliasse,  
 eidemque nos externum Scillae usum contra hunc  
 morbum debere (8).

Are-

(1) Celsus, in praefat. ad lib. V.

(2) Duval, p. 49. — (3) à Roy, pag. 36. Sprengel, II., 25. — (4) Libr. II. c. 12. Targa recte, quae  
 alii habent verba, delevit: „ ideoque omnibus cathartics  
 Aloë miscenda est.” — (5) Libr. II. c. 2 et 3. — (6) III.  
 cap. 21. — (7) Eodem loco, et III. 27. — (8) F. G.  
 Voigtel, *Vollständiges System der Arzneimittellehre heraus-  
 gegeben von C. G. Kuhn*. Leipz. 1816. pag. 47. Duval l. c.  
 pag. 47. putat vim Scillae rubefacientem attrahentem et fe-

Aretaeus frictiones cum Aloë in Epigastrium instituit contra affectiones organorum digestivum (1). Philomenus, qui quoque saeculo I. vixit, Asam foetidam et frictiones cum oleo in Tetano laudat (2). Archigenes magnus ille Pneumaticus qui Trajani tempore Romae floruit (a°. 97.) praeceptorem Agathinum a delirio febrili balneo olei sanavit (3), quae balnea eodem tempore laudavit Herodotus quidam ejusdem Agathini discipulus (4).

Galenus (a°. 131—200) (5), huic methodo tantam habet fidem ut se convictum esse profiteatur: medicamenta ad subtilem pulverem redacta et cuti applicata, hanc transire ad abditissimas organorum internorum partes, ibique efficaciam suam exferere (6). Cum Pipere plura instituit experimenta; balnea frictionesque ei fuere usitatissima; decoctum Parietariae Cantharidibus additis diuretici instar in Hypogastrium fricavit; eodem scopo cataplasma Cannabis cum melle perinaeo applicavit (7). Bal-

neacretionem urinae incitantem ei non latuisse, et cataplasmata ex coctis alliis ad crurum oedemata illi in usu fuisse; quod concederem ex Celso III. 27. quod caput omnino conferendum.

(1) Duval, pag. 49.

(2) a Roy, pag. 37. Sprengel, II., 44.

(3) Sprengel, II., 108. — (4) ibid II, 120.

(5) ibid II., 664, Hecker, l. c. I. 472—477. Quo tempore obierit non certe constat. septuagesimum attigisse putant annum.

(6) Duval, l. c. p. 49. — (7) ibid. l. c. p. 50.



nea lactis tabidis jam suafisset (1). Opium ejus tempore frequentissime externe forma Emplastri, Unguentive administrabatur (2). Galenus propter vires facile nocentes non nisi summa urgente necessitate, et quam prudentissime interne illud porrigendum monet (3). Plures vestigia Galeni persequentes ad regni Romani lapsum usque similia commendarunt remedia (4), quamquam superstitiose potius quam rationali methodo incederent. Exemplo fit Quintus Serenus Samonicus pater, auctor carminis medici didactici, qui a. p. Ch. 212. interfectus, extensam illam Bibliothecam filio reliquit, quae hoc mortuo a. 237. Gordiano concessa est (5). Poeta ille vocem Abracadabra, undecies scriptum, eo modo ut cum quavis sequente regulâ ultima remitteretur littera, et sola A. infimam faceret coni inverfi partem, contra febres intermittentes speciatim hemitritaeum commendavit, mystica quae formula primo jam saeculo in usu venerat (6). Podagram balneo animali curare docuit, pulmonesque animalis recenter mactati capiti ad Phrenitidem applicare; terram ex orbita externe contra tormina ventris, atque epithema ex murium ster-

CO-

(1) Dr. C. H. T. Schreger, *Balneo-Technik oder Anleitung Kunstbaeder zu bereiten und anzuwenden*, II. Furt. 1803. cf. II. p. 129. — (2) Hecker, I. 512—13.

(3) *De Compos. Medic. sec. loc.* L. II. c. I. L. III. c. I.

(4) Duval, pag. 50. — (5) Hecker, II. pag. 27, 28, 43.

(6) Ibid II. pag. 26. —



core cum aqua pluviali ad tumefactas mammas laudat (1). Eodem modo alii, qui sequebantur, futilia multa extollunt. (2)

§. 6. Ipsa tandem docet Historia, externam applicationem veteribus satis fuisse notam.

Veterrimos Aegyptios unguenta et emplastra confecisse ex cupri et plumbi praeparatis ex Galeno patet (2). Plinius scripsit de crocodilo: „Ca-  
 „ nini ejus dentes febres statas arcant thure reple-  
 „ ti, sunt enim cavi; ita ne diebus quinque ab  
 „ aegro cernatur, qui adalligaverit. Idem pollere  
 „ et ventre exemptos lapillos ad versus februm  
 „ horrores venientes tradunt. Eadem de causa  
 „ Aegyptii perungunt et adipe aegros suos.” (3)

Ad Lepram balnea e sanguine humano adhibita tradit idem: „Egypti peculiare hoc malum: et  
 „ cum in reges incidisset populis funebre, quippe  
 „ in balineis folia temperabantur humano sangui-  
 „ ne ad medicinam eam (4).” Baco scripsit:  
 „ ab antiquo receptum est, balneum ex sanguine  
 „ in-

(1) Hecker II. 24—28. — (2) J. J. Pennink, Specimen Med. Therap. de Medicamentorum in corpore humano agendi ratione eorumque administratione externa in morbis internis, Traj. ad Rhen. 1819. 8°. p. 27. indicat: de med. comp. sec gen. I. IV. p. 376. — (3) Libr. XXVIII. p. 27. (ap. Harduin. II. p. 461) perverse Pennink, l. XXIII, 8.

(4) Libr. XXVI. c. 5. ap. Hard. II. p. 391. Inde forsan fuit sanguinis animalis usus externus ad sanandam luem; videatur infra pag. 28.

„ infantum sanare Lepram et carnes jam corrup-  
 „ tas restituere; adeo ut hoc ipsum fuerit regibus  
 „ quibusdam invidiae apud plebem (1).” Notum  
 est Herculem vestem, a Deianira periculi  
 inscia misam et Nesfi Centauri cruore tinc-  
 tam, dirisimo cum induisset periisse cruciatu (2).  
 Proditum est Heraclitum (3), Hydrope labo-  
 rantem, se in ventrem calidum bovis nuper occisi,  
 immerfisse (4).

Poppaea pulchra Neronis uxor quotidie lactis  
 asinini balneo usa fuisse dicitur, elegantiae studio ut  
 formae suae mederetur (5). Plinius lacte asinino  
 cutim candari cum notaret, scripsit: „ Poppaea  
 „ certe Domitii Neronis conjux, quingentas fe-  
 „ cum per omnia trahens fetas, balnearum etiam folio  
 „ to-

(1) Baco Verulamius, *Historia vitae et mortis*; In-  
 tentio, IX. §. 11. Cf. *The works of Francis Bacon Baron of*  
*Verulam*, Lond. 1819. 8°. Vol. VIII. p. 436.

(2) Ovid. *Metam.* IX. v. 152. et seqq. e poetarum ista narra-  
 tione patet transitum venenorum ab externis ad internas partes  
 veteribus haud incognitum fuisse.

(3) *Tenebricosum* (Σκοτεινόν) illum philosophum. Alii tra-  
 dunt eum se ipsum boum stabulo includentem et fimo bubulo  
 obruentem levamen expectasse, quod cum inde non accederet,  
 obiit (Diog. Laërt. in vita).

(4) Baco Verulamius, l. c. Intent. IX. §. 12. Tom.  
 VIII. p. 436.

(5) Tacitus *Annal.* XIII., 45. Plinius, H. N. XXVIII,  
 50. XXXIII, 49. (ap. Hard. II, 474 et 629.) Dio Cassius,  
*Hist.* l. LXII. —

„ totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens (1).” Hinc cecinit Juvenalis (Sat. VI, 466.)

Incipit agnoscī, atque illo lacte *fovetur*.  
Propter quod secum comites educit aellas,  
Exsul Hyperboreum si dimittatur ad axem.

Licet fatendum sit Poppaeam formae suae omnem dedisse operam, unde pomatum quo fricari solebat nomen tulit *Poppaeānum* (2); tamen dubium moveri posset, an non sanitatis causa balneis illis *foveretur*; scimus aegram fuisse quo tempore eam necaverit Nero (3).

Legimus apud Suetonium (4) de Vitellii patre Lucio, „ vir innocens, et industrius, sed amore „ libertinae perinfamis, cujus etiam salivis melle „ commixtis, nec clam quidem aut raro, sed quotidie ac palam, arterias et fauces pro remedio fovebat.”

§. 7. Frictiones unctionesque veteres adhibebant ad cutim leniendam, corpusque roborandum (5).

(1) Plinius, l. XI. c. 96. ap. Hard. I. 637.

(2) Hinc apud Juvenalem, VI, 460.

aut pinguis Poppaeana

Spirat. —

(3) Suetonius in vita Neronis, cap. 35. scripsit: „ et . . . „ ipsam quoque ictu calcis occidit, quod se, ex aurigatione sero reversum, gravis et aegra conviciis incenserat.”

(4) In vita Vitellii c. 2.

(5) J. A. Chrestien, *Ueber die Fätraleptische Methode* etc. Gotting. 1813, pag. 22 in edit. Gallicā, Paris 1804, p. 2.



Aliptae apud Romanos erant balineorum ministri, quorum munus erat balneantes inungere, aut strigili perfricare, vel athletarum membra ceromate illinare. Hos autem aliptas sive unctores luxui et formositati infervisse, eorumque munus minime fuisse medicum, uti illud Jatro-aliptarum, qui ipsi erant medici vel medicorum ministri (1), ex Cicerone (2) patet.

§. 8. Inter ultimos graecos medicos celeberrimi Demetrius (1270) et Johannes (1300) (3), Purgantia imprimis remedia externum in usum duxerunt (4) Demetrius *επομΦάλιx* ex Elaterio ab-

(1) Harduinus ad Plinii l. XXIX., c. (II. p. 493) notat „*Jatroleptae* quorum opera Medici in unguendo utebantur; sive „ potius Medici qui reungendo vile mediastinorum obirent munus.” Celsus (l. 1.) distinguit Medicum inter et Jatroaliptam: „ sanus homo qui bene valet et suae spontis est, „ nullis obligare se legibus debet; ac neque Medico neque „ Jatro-alipta egere.”

(2) Cicero *Epist. ad famil.* I. Ep. 9. (in edit. Graevii, Amstel. 1729. p. 23). „ Qui me homines quod salvum esse „ voluerunt, est mihi gratisimum; sed vellem non solum salutis meae quemadmodum Medici, sed, ut Aliptae, etiam virium „ et coloris rationem habere voluissent.” — Confer supra dicta, §. 4. pag. 12.

(3) Zachariae filius, Actuarius Constantinopoli aulae Caesareae, hinc vulgo occurrit sub nomine Actuarii.

(4) Hecker, II. 324. 337. 338. 844 Johannes in praescribendis medicamentis, etiam externis, ad diversam aegri irritabilitatem attendendum monuit, a lenioribus incipendum et cautissime ad fortiora transeundum.



domini applicavit, qualia Epomphalia drastica Johannis tempore erant usitatissima, quorumque in genitalia actio adeo erat cognita, ut abortus eorum in gravidis usu metueretur. — Unguentum ex euphorbio ad alvum ducendam in pedum plantas Johannes unxit; ex quo eodem remedio emplastrum admovebat, ad salutare excitandas haemorrhagias. — Emefin externis excitare noverat remediis.

Medicinae cultu ad Arabes translato, horum polypharmacia simplicitatem e Therapia fugavit; externa etiam multa adhibuerunt remedia. Rhazes (+ 923.) colocynthidem ita, purgantis instar, adhibuit (1), praeparatumque externum e Mercurio cum sale culinari laudavit (2); Avicenna (978, 980? — 1036.) ad convulsiones et spasmos, calida praeter balnea, olei calidi unctiones commendavit; tetano aegrotantes oleo tepido imponi iussit (3). Avenzoar (+ 1179.) in Dysphagia lactis aliorumque nutrientium praescripsit balnea (4).

§. 9. Scientiis in Europa saeculo XIII restauratis, Medicinam illa, ab Arabibus servatam potius quam correctam, recuperavit.

Gilbertus Anglicus primus scriptor Anglorum practicus, saeculo XIII. florens (5), meliorem jam do-

(1) Sprengel, II. p. 401. — (2) Voigtel, I. c. I. p. 50. Pennink, p. 27. — (3) Schöpff. I. c. p. 759.

(4) V. L. Brera *Anatropsologia ossia Dottrina delle frogagioni*, Edit. V. Basfano. 1812. I. §. 2. p. 3.

(5) Freind, *Histor. Med.* I. c. p. 552.

docuerat unguenti Mercurialis praeparationem, cui plerumque salivam addere solebat (1). Apud Guainerium qui a° 1445 obiit (2), occurrunt balnearum artificialium vestigia (3).

Antonius Cermifone quem anno sequente mortuum tradit Sprengel (4), de externa opii et oleosorum administratione scripsit (5).

Fatum quo Navarrae Rex Carolus *malignus* versus finem saeculi XIV. periisse fertur, argumento sit jam tunc temporis fomentationes cum Spiritu Vini ad astheniam universalem in usu fuisse.

Paracelsum, qui annis 1493—1541 vixit jam balnea nutrientia ad sustinendam aegrotantium vitam administrasse tradunt.

Cardanus (Paviae a° 1501 natus) Opisthotonum Mithridato et frictionibus cum oleo Chamomillae curavit (6). J. Ruëff circa annum 1554 inter alia medicamenta externa in morbis gravidarum et puerperarum, in retentione mensium a phlegmate (uti dicit) post balneum e pluribus herbis confectum, unguentum laudat ex oleo Liliorum aliorumque

(1) *Compend. Med.* 4°. Venet. 1510. Voigtel I, p. 99. Pennink, p. 27. — (2) Sprengel, II, p. 672. in nota.

(3) Ant. Guainerius, *Practica et Opera Omnia*, fol. Venet. 1508. p. 139—141; p. 140 de brachio et manu paralytico embrocatione in cervice posita sanata.

(4) l. c. II. p. 672. Vide etiam p. 621.

(5) *Consilia Medica*, fol. Venetiis 1522.

(6) Sprengel, III, p. 333 et 335.

que remediorum infra umbilicum et circa lumbos inungendum (1). Felix Plater a<sup>o</sup>. 1536 natus in affectionibus nervorum Spinam dorfi oleis stimulantibus, oleo Scorpionum et Euphorbiae illiniendum proposuit (2). Forestus, (1522—1597) Hydrocephalum externum curavit illiniendo Chamomillae Oleum cum Sulphure. (3).

Zacutus Lusitanus balnea lactis, in exhaustis ex veneris abusu, jam laudavit (4). Phthificis balneum ex lacte admodum commendat, et refert observationem, prodigiosae tabis, lacte, et ejus „ balneo sanatae (5).” Pater A. Paré (6) balnea emollientia e variis herbis parare docuit (7).

J. Heurnius Ultrajectensis, (8) qui Italiam

(1) Jacob Ruëff, *de Conceptu et generatione hominum et iis quae circa haec potissimum considerantur*, libri VI. Tiguri 1554 p. 98 (dextra).

(2) *Observat.* Basiliae 1614. 8<sup>o</sup> I. p. 7. Sprengel, III. 174.

(3) Sprengel, III. p. 176. (Foresti, *Observat.* Lib. VIII. 29).

(4) Schreger, *Balneo-technik* caet. II, p. 129. Richter, (die specielle Therapie, Tom. VI. 1808. p. 689) dicit: Amatium Lusitanum laudasfe balnea vaporis lactis et superfusionem partium cum recenti lacte tepido caprarum. (a Zacuto Amatium distinguendus). — (5) *Praxis Historiarum*, I. II. *Opera Omnia*, Lugd. 1657. fol. II. p. 377. (prima editio est a<sup>o</sup>. 1642).

(6) Sprengel, III, p. 487 eum vocat Medicum Caroli IX. in altero dimidio saeculi XVI. (1509—590).

(7) Uti legitur in: *Récueil des pièces qui ont concourus pour le prix de l'Acad. Roy. de Chirurg.* II. Paris 1757. p. 70.

(8) Vixit a<sup>o</sup>. 1543—1601. (Spreng. III, p. 610 et 613) discipulus fuit Duret (1527—86.) et Rami (nat. 1515), vir doc-



liam studiorum causa petiverat et redux primus Leidae Medicinae Profesor fuit, loco balneorum in Italia usitatorum laudat decocta medicamentorum qui balneorum vires auferent (1). Baconis Verulamii tempore (1560—1626) in usu fuit sanguis tepidus catulorum felis ad Erysipelata et instaurandas carnes et cutim (2).

J. L. Bertaldus a. 1614 librum edidit mere Jatralepticum (3), in quo jam plurima quae interne adhiberi solebant remedia externe commendantur, uti suo monebimus loco. Oleum Croci fronti illitum somnum ciere putat (4).

§. 10. Ad finem saeculi XV, [circa annum 1492 (5)] novus dirusque morbus, luen puta Veneream, in Europa apparuit, et postea ab exercitu Gallico Neapolim obsidente late dispersus est (6).

Jam trina et eruditione excellens, ex Italia redux inclaruit cura, licet infelici, aegrotantis comitis Noorderarmes Ultrajecti praefecti; comitum Egmond quoque fuit Archiater. Cf. Burmannum: *Ultrajectum eruditum*, p. 134—135.

(1) Spreng. III, p. 227—229.

(2) *Hist. Vitae et Mortis* Intent. IX, § 13. l. c. Vol VIII, p. 436.

(3) J. Ludov. Bertaldi, *Externorum Medicamentorum apparatus*. Taurini, 1614. 4<sup>o</sup>. — (4) Ibid. p. 36.

(5) Freind, *Hist. Medic.* l. c. p. 396. Sprengel, (II, p. 674) notat luen mense Junio 1493 primum in Gallia, Italia et Germania simul apparuisse; (itaque brevi post Columbi reditum ex America qui fuit die 13 Martii 1493.)

(6) Freind, l. c. — (Carolus VIII. filius Ludovici XI, a. 1495 mense februar. Neapolim oppugnavit.)



Jam a° 1497 Hydrargyrum externe unguenti formâ huic mórbo oppositum fuit, sed non nisi a Chirurgis plebejis cum poenas luerent a Medicis deprehenſi (1). Legimus quidem externe etiam balnea ex ſanguine boum aut vervecum calente commendata (2), ſed unguenta Mercurialia inde ab initio, (licet incerta fortunâ), uſitata obſervantur, adeo ut heroicum Jatro-aliptarum dici mereatur remedium. „Mercurialia hæc unguenta ab Arabibus „ fuiſſe ſumta, evidenter conſtat” Freindio (3). Black (4) primam frictionum Mercurialium originem repetit ab a°. 1497 vel 1498. Frictionum famæ non parum detraxerunt Fernellius et Fallopius, quorum ille (5) monet: vile hoc remedium ab honeſtis Medicis non uſurpandum eſſe quum malum modo larvet non eruat. Fallopius (6) licet

con-

(1) Sprengel, l. c. III, p. 88. et 89.

(2) A. T. Petronius, *de morbo Gallico* VI, c. 28: „de „ balineis ex brutorum ſanguine adverſus Gallicum morbum „ caet.” Cf. *Aphrodiſiâcus ſive de lue Veneræa vel morbo Gallico Opus* ab A. L. Luſino confectum, Lugd. Bat. 1728. fol. p. 1310. Putavit Petronius: ſanguinem animalium (hominis, licet efficaciorem, ob impietatem non laudat,) virus ulcerum

haurire, trahere, abſumere — (3) Freind, l. c. p. 112 Cf. pag. 20. not. 4. — (4) *Exquiſite d'une hiſtoire de la Médecine et de la Chirurgie de Mr. W. Black, de l'Anglais* par Coray, Paris 1798. p. 215.

(5) *De lue Veneræa curatione*, cap. 15. in Luſini *Aphrodiſiâco*, l. c. p. 545; ibidem, pag. 61 dicit: „Hydrargyrum „ radicem non evellit.”

(6) *De morbo Gallico tractatus* cap. 76. In Luſini *Aphrodiſiâco*, p. 809.

constet, eum frictiones adhibuisse, scripsit; „ si non  
 „ sanantur valentior fit lues; multi Marasmo corri-  
 „ piuntur ob inunctionem; multis succedit dentium  
 „ casus, palati corruptio, his ossa capitis exesa  
 „ manent, illis os et facies intorta. . . . Hac  
 „ ratione ego non probo Medicamentum; utor  
 „ aliquando quando non potui via regia assequi  
 „ intentum.”

Alii vero aequius de inunctione cogitarunt. In-  
 eunte saeculo XVI. de Vigo Ceratum Hydrargyri  
 commendavit, quod diu famam retinuit (1).

J. Berengarius Carpenfis (2) vulgo inunc-  
 tionum Hydrargyri dicitur auctor (3); licet hoc  
 docuerit Fallopius (4) tamen Sprengelio (5) et  
 Burferio (6) assentiendum videtur, eum princi-

pem-

(1) Floruit circa annum 1513. Chirurgus fuit Papae Julii  
 II. cf. Sprengel, l. c. III. p. 90.

(2) Bononiae Profesor a<sup>o</sup> 1502—1527. (Spreng. III. p. 508).

(3) Schwediauër, (Hufeland's *Biblioth. der pract.  
 Heilk.* IV, 1. 1801. pag. 181. addit Schwed. eum remedium  
 suum arcani instar servasse.) Asfalini, (*auserl. Abhandl.* XV,  
 1792, p. 197.) Ramazzini, *opera omnia Medica et Physiol.*  
 Lond. 1739. 4<sup>o</sup>. Tom. II. c. III. p. 13.

(4) Apud Luifinum, l. c. p. 809. — (5) l. c. III. p. 90.

(6) J. B. Burferii de Kanilfeld *Opera posthuma*; col-  
 legit J. B. Berta, Tom II, Veronae 1822. Pars II. cap. VI.  
 (Hufel. *Bibl. der Pract. Heilk.* Tom. XLIX, 1823. p. 356;  
 secundum hunc auctorem J. Weidmann (Wideman?) Cas-  
 par Torella, Wendelin Hock saeculo XV. jam unguentis  
 Hydrargyri, quisque suo modo usi fuissent; quae in latiore  
 usum traxit Berengarius versus annum 1520.

pem fuisse inunctionum fautorem non auctorem ; quae unctiones , cum magni illas duceret , famam illi et divitias attulerunt (1) ; unde , uti solet , multos numerabat qui vestigia sequerentur ; hinc vulgare evasit morbi Gallici remedium „ Immo ” Freindium „ experientia docuit : salivationem eam , quae „ per unguenta excitatur , in atrocissimis illis casibus „ certius respondere solitum altera , quae per inter- „ na fit remedia.” (2).

§. II. Cum itaque ab externa medicatione boni observarentur effectus , et ipsa esset commoda , non potuit quin plebeji et impostores futilia multa praedicarent efficacissima ; de Amuletis loquor et sacris illis Hierophantum annulis , aliisque similibus , a quibus interdum boni traduntur eventus , ob superstitosam hominum credulitatem. Et utinam hic constitissent ! Majori autem vulgi damno Panacea venditarunt remedia , quae universalia et fallere nescia externe adhibenda arcana tristissimos induxerunt effectus.

Amuleta celebrantur permulta (3) ; ad febrem , apo-

(1) Fallopius , l. c. p. 809. scripsit : Jacobum Carpentem pecuniam numeratam 40000 scutorum aureorum , praeter alias divitias reliquisse. - Savary , (in *Journal de Med. Chirurg. et Pharm.* per Corvisart etc. Tom. XXI, Mars 1811. p. 206) indicat Berengarium de inunctionibus scripsisse in : *Commentataria super Anatomiam Mundini*, Bononiae, 1521. 4<sup>o</sup> unde patet primum non fuisse inunctorem.

(2) Freind. l. c. p. 425.

(3) J. C. Vulpius , *de amuletis* 1688. J. Wolff , *scrutinium*



apoplexiam, venena, abortum aliaque data. Bartholinus contra pestem laudavit Arsenicum in regione cordis vel axilla sinistra gestum (1). Ettmuller et van Helmont siccatum Bufonem contra pestem et febrem laudant (2); quod idem praeparatum manu detentum haemorrhagiam narium sifteret (3). Apud Cotunnium legimus aegrotantem febre intermittente laborantem radice Plantaginis majoris nudo pectori apposita sanatum. Alii laudarunt Paeoniae radicem contra Epilepsiam gestam; Castanea Indica affectiones haemorrhoidales praeveniret, sifteret, sanaret; suber ad collum materiem lacteam eliceret; quae, ut omnia hujus generis figmenta, refutavit Duval (4). Cogites de catenuis infantum collis circumjectis, de Sereni Abracadabra! . . . . .

§. 12. Ex omnibus jam allatis patet nullo aevo externam medicationem non fuisse cultam. Saeculo vero XVIII. solidior doctrina Medicinae novum tribuit adspectum. Jatraptice suos habuit cultores

et  
*nium amuletorum*, Jenae 1690. J. Wolff, *curiosus amuletorum scrutator*, cui accessit, Julii Reicheltii, *exordium de amuletis*, cum figuris, Francof. et Lips. 1692, A. N. Hubner, *amuletorum historia et censura*, Hallae 1710. J. F. Depré *de usu et abusu amuletorum*, 1720 J. C. Krause, *de amuletis Medicis*, Lipsiae 1758.

(1) Arnould, *Disertation en forme de lettre sur l'effet des topiques dans les maladies internes, et particulièrement sur celui de Mr. Arn. contre l'apoplexie*. Paris VII<sup>e</sup>. edit. 1769 p. 33.

(2) Ibidem, p. 36. — (3) Ibidem, 38. — (4) Duval, l. c. p. 45.



et scriptores. Externe applicata aequè agere ac interna notum fuerat antiquioribus (1); nec tamen universalem in usum practicum verterant. Jam vero haec cutis facultas in emolumentum adhiberi coepit.

Bertaldi opus Jatralepticum jam indicavimus (§. 9). Barckhausen (2) in Academia Trajectina quondam Chemiae Profesor, in sua Pharmacopoea plurima ad externum contra internos morbos usum indicat remedia, quae interne dari solebant.

B. Meibomius (3) a°. 1701. plura collegit ut medicamentorum externorum in humorum massam transitum, eorumque in sanandis morbis efficaciam probaret (4); In infantibus et feminis efficaciorè esse methodum jam monuit et memorabilia addit verba: „ Igitur quidquid scabiosis partibus, ul-  
„ ceratis, fistulis applicatur medicamenti longe  
„ potentius penetrat (5).”

Le-

(1) De Arsenico, decocto Tabaci, Opio, Cyclamine (unguent. de Arthanita) aromaticis, aliisque jam a longo tempore constabat, uti patet ex Halleri, *Elem. Physiol. corp. humani*, V. p. 85—88

(2) J. Conradi Barckhausen, *Pharmacopoeus synopticus*. Traject. ad Rh. 1696. 8o. Edit. altera.

(3) B. Meibomius, *Disput. de externorum medicament. operatione, et in internis morbis usu*, Traj. ad Rh. defensa, 8 Sept. 1701.

(4) l. c. p. 7 et 11—17. — (5) l. c. p. 13.

Lemery jam ante a. 1700 in sua Pharmacopoea quaedam praeparata remedium ad externum usum dedit (1). Camphoram in facculis ad collum gestare contra febrem intermittentem laudasset (2). Arnoult, tenuis licet auctor, quaedam de usu externo collegit (3). — I. F. Henckel (4) inter scriptores citari solet; (5) at opus ejus si bene perspexeris, patebit, eum de chirurgicis potius et topicis remediis scripsisse quam de iis, quae quaereres. Pauca tamen addit.

J. G. Morgenbeser (6) qui etiam indica-

tur

(1) Nicolas Lemery, *Pharmacopée universelle*, 3. edit. 4°. Amst. 1717. (prima editio est 1697.) habet e. g. emplastrum de Nicotiana, Cicutā (p. 731.) Emplastra stomachica (p. 749); unguentum Narcoticum in quo Opii drachm. ij, Camphorae et Moschi ā. scrup. ij. p. 698. — (2) Chrétien, 1813. p. 36.

(3) Vide p. 31 not. 1. scil. amuletum (1) contra apoplexiam invenerat, cujus multorum experientia probata virtus, hic exponitur; addit plura variis e scriptoribus de usu externo ad morbos internos collecta, imprimis ex Hoffmanno. Saeculi XVI. fati redolet doctrinam. — (4) Joach. Frid. Henckel, *Abhand. von der Wirk. der äussern Arzneyen an und in dem menschlichen Körper*, Berl. 1761 mit einem Anhang, 1765. appendix tota quanta chirurgica. Ipsum opus tractat: Repellentia, Epispastica, Resolventia, Emollientia et Maturantia; pauca ad nostrum scopum habet ex Holtzio et Krantzio (p. 65 seqq) — (5) J. S. Ersch, *Litteratur der Medicin seit der Mitte des XVIII Jahrhunderts bis auf die neueste Zeit; neue Ausg. von F. A. B. Puchelt*, Leipz. 1822, p. 181, n°. 1851. — (6) Joh. Gottfr. Morgenbeser's *Anleitung zur Kenntniss der Wirkungen äusserlicher Arzneyen*, Bresl. 1771. 8°. pag. 96.

tur (1) nostrum quoad scopum nullius est pretii, uti facile inspicienti patebit. Idem valet de Meursii opera (2).

Kennedy Corticem Peruvianum externe adhibitum febrifugum jam novit (3). — Medici Itali Electricitatis ope medicamenta, versus hujus saeculi mediam partem, corpori inducenda putabant; Privati *Venetis*, Verratti *Bononiae*, Bianchi *Taurini*, Brigoli *Veronae*, Palma in *Sicilia*, aegrotantes, tubos vitreos remediis purgantibus repletos in manu tenentes, tabulam omnem contactum arcenti insulatos posuerunt, et jam Electricitate remedium in corpus transitum evacuationesque alvinas producere voluerunt (4). Nollet, Watson Canton alique nullum hujus methodi observarunt effectum (5). Haller priorum experimenta suspecta vocat (6).

Circa annum 1757 Soröterde in Purgantium externe applicatorum agendi modum inquisivisse videtur (7). Pechlino autem jam innotuit Purgan-

(1) Ersch, l. c. n<sup>o</sup> 1850. Est opusculum mere chirurgis destinatum. — (2) R. Meurs, *Disfert. remediorum quorundam externum apparatus exhibens selectiorem* L. B. 1793. 4<sup>o</sup>.

(3) *Essay on external remedies*. Lond. 1715. 8<sup>o</sup>. — (4) Gilbert, in relatione operis Duval l. c. p. 54. Monfalcon, p. 30. — (5) Gilbert, l. c. pag. 54. — (6) *Elem. Physiol.* V. 87. — (7) S. G. Soröterde, *de purgantium praesertim Cuti applicatorum agendi modo*. Halae 1757. librum hunc nusquam invenire potui.



gancia cordi si admoveas alvum ducere (1). — Anglicus quidam chirurgus a. 1768 Nitrum extrinsecus in organa Uropoietica agere vidit, Corticemque ita antisepticum et febrifugum novit (2). Cel. Baumé (1728—1804) Venereos externe balneis cum solutione Merc. Subl. Corros. curare docuit (3). S. Pye (4) infantes a febre intermittente, tussibus et spasmodicis morbis Corticis Peruviani externo usu liberavit. Rosen a Rosenstein (1701—1773) semet ipsum a semitertiana sanavit cataplasmate ex decocto pulvere chinae in regione ventriculi posito (5). Alexander (6) pediluvia ex decocto Corticis adversus febrem valde laudat, et urinae antisepticam inde tribui facultatem observavit.

Barthez a. 1775 infantem rhachiticum despe-

ra-

(1) J. B. Pechlin, *de purgantium medicamentorum facultatibus*, Lugd. Bat. 1672. 8<sup>o</sup>.

(2) Monfalc. l. c. p. 311. Forfan Alexander, de quo Brera p. 3. „ Si leggono nelle opere di Alexander i „ sorprendenti effetti dei bagni fatti col decocto di China-china „ e colla soluzione di nitro.” — (3) Baumé *Chymie*

*Experim. et Raisonn.* Par. 1773. II, p. 418. — (4) Spreng. *Geschichte* V. p. 321. notat: *Medical Observ. and Inquir.* Vol. II, 245. et dicit eum cocum Corticem cataplasmatibus instar apposuisse. Römer vero (l. citando p. 22.) vestes sine manicis in quarum duplicaturis 2—6 uncias corticis miscae erant ei in usu fuisse. — (5) Spreng. l. c. V. 321.

(6) *Medic. Versuche und Erfahr.* Leipz. 1773. p. 30. Murray *Apparatus Medicaminum* I, 577. indicat: *Experimental Essays* p. 38.



ratur sanavit diuturna gestione vestis cum pulvere Chinae (1). Tandem Römer (2) a°. 1792 haec de usu Corticis externo exempla collegit, et ex propria experientia auxit. Hufeland eodem anno externam medicationem in praxi infantum summi esse momenti docuit (3) eamque Medicis summo-pere commendavit; praestantissimos narrat effectus de usu externo Opii, Anthelminticorum, Chinae aliorumque in infantibus (4). Circa annum 1780 Clare (5) novam docuit morbi Gallici curandi methodum qua Merc. Dulc. gingivis inungeretur. Cirillo Merc. Subl. Corros. axungia porcina subactum plantae pedis primus inunxit (6). Cl. P. Nahuë Chemiae in Acad. Traject. Profesfor febres intermittentes ad omnia remedia pertinaces fa-

(1) Brera I, 3. — (2) *Abhandl. über die Peruvianische Rinde besonders deren Anwendung als äusserliches Heilmittel, und einige in der Art gleich wirksam gefundene, und in der Wirksamkeit diese Rinde noch ubertreffende Mittel von C. L. Römer. Altenb. 1792. 8<sup>o</sup>.* — (3) *Bemerkungen über die Natürlichen und Kunstlichen Pokken und verschiedene Kinder-Krankheiten. Berl. 1792. uit het Hoogd. door J. A. Saxe Utr. 1802. Derde Afd. I. Hoofdst. VI, p. 329. „Uitw. middelen, „ en het uitwendig gebruik van inwendige geneesmiddelen.”*

(4) *Ibidem.* — (5) *Von einer neuen Methode das Quecksilber zur Heilung der Venerischen Krankheit in die Masse der Saft zu bringen. (Samm. auserl. Abhandl. zum gebrauchte Pract. Arzte T. VI, 1780. p. 110—118. Multum de ea methodo disputatum, vide infra.* — (6) *Osferyazioni pratiche intorno alla lue venerea del dottore Domenico Cirillo. Napoli 1783. 8<sup>o</sup>.*

navit linimento ex oleis Aromaticis et Balsamo Peruviano confecto, spinae dorsi illiniendo (1). A<sup>o</sup>. 1799 Ward (2) observationes dedit quas ipse et Percival de Opii usu externo variis in morbis egregias collegerant. Lentin (3) volatilibus remediis aegros inungere, dein eosdem infultos Electricitati exponere proposuit, cum observasset duas Spir. Terebinth. guttulas manus palmae ipsius infultasi injectas, uno nondum praelapso minuto jam in ore sapi et in urina odore prodi.

## II. HISTORIA METHODI JATRALEPTICAE INDE A SUMMO SAECULO XVIII.

§. 13. Cum Asfalini a<sup>o</sup>. 1787 (4) opusculum de vasis lymphaticis ederet, simul plurima collegit quae vel transitum Medicamentorum externorum in ip-

(1) Laur. Kuyper jr. *de frictione spinae dorsi ut expertissimo remedio in febribus intermittensibus*. 4<sup>o</sup>. Traj. ad Rhen. 1784. Tria enarrat exempla p. 34—38. — (2) *Samml. auserl. Abhandl.* XIX. 1800. p. 275. Ward *uber den äusserlichen Gebrauch des Mohnsaftes*, (*Med. and Phys. Journ.* 1799. I, 441.) Eben demselbem p. 293: *Neuere Bemerkungen über den äusserl. Gebrauch des Mohnsaftes* (breviter in *Medicin. Chirurg. Zeitung* 1803. IV, 341.) — (3) Hufeland's, *Journ. der Pract. Heilk.* XVII, 1803. ft. 4 p. 196. *Vorschlag die Electricität zur Anwendung flüchtiger Arzneimittel bey Krankheiten zu benutzen*. — (4) Asfalini jr. *Essay Medical sur les Vaisseaux Lymphatiques*, caet. Turin 1787. 12<sup>o</sup>. *Samml. auserl. Abhand.* XV, 1792. *über die Lymphatische Gefässe und deren Krankheiten*, p. 93. — *von der Einsaugung der an die Oberfläche des Körpers gebrachte Substanzen*, p. 197—225.

ipsam humorum massam, vel horum efficaciam in curandis morbis probarent. Constabat itaque inter Medicos de utilitate medicationis externae. Medicus vero Chiarenti prima posuit vestigia ut promptior fieret haec methodus, et a pluribus indagaretur. Scilicet Medicamenta externa, et imprimis Opium, conjungendo cum succo gastrico, aptiora absorptioni, et hinc efficaciora reddere studuit (1), ea ductus opinione quod succus ille medicamenta et alimenta in ventriculo solvere deberet (2). Primum fecisse methodi periculum (3) dicitur in misera quadam crudeli dolore excruciatâ, cui Opii internum usum neganti, pomatum in dorso pedis applicavit ex Opii granis iij, in succi gastrici cornicis scrup. ij, solutis, pomatoque communi junctis, eo effectu ut post dimidiam horam dolor disparuerit (4).

Hanc

(1) *Ragionamento sulla digestione con alcune osservazioni sull' uso vantaggioso del sugo gastrico nelle malattie dello stomaco del Dott. Franc. Chiarenti. ediz. 2<sup>a</sup>. Firenze 1796. 8<sup>o</sup>. Osservazioni, ed esperienze sul sugo gastrico riguardato come il mezzo destinato dalla natura, per rendere suscettibili una gran parte delle sostanze ad essere assorbite dai diversi vasi assorbenti della macchina animale. Firenze 1797. 8<sup>o</sup>.*

(2) Brera, edit V. Basfano 1812. I, §. 4. p. 7. sq.

(3) Brera, I. §. 4. p. 8. — (4) Brera I. c. I. §. 4. p. 8 sq. Chiarenti opuscula frustra quaesivimus; plurima tamen ejus experimenta narrare possumus ex opere Brerae, et ex Giulio et Rosfi, quorum *Discours* invenimus in *Journ. de Physique par Rozier* a<sup>l</sup>. 1798. parte 2. T. XLVII (par Delamèterie tom. IV.) p. 206. quod prostat in bibliotheca Teyleriana<sup>s</sup> Harlemi.



Hanc succi gastrici ut probaret facultatem egregia instituit experimenta; canes inunxit pomato ex Opii granis vulgo 6. succo gastrico solutis et dein axungiae junctis, unde narcoticum somniferumque observasse testatur effectum (1). Loco succi gastr. Spiritu vini substituto, hilares et vivaces manserunt canes licet xx adhibitis Opii granis (2). Adtusim e catarrho pectoris emendandam, ne vigilando noctem tereret, felicissimo successu solutionem 6 gr. Opii in succi gastr. Unc. j. sine addita axungia in axillam unxerat; cum vero sequenti vespere eandem Opii dosin spiritu vini solutam adhibuisset, nullum inde petivit molestiae levamen, quod tertia vespere prior mixtura iterum probe attulit (3). Pomati Scillitici effectum diureticum (4) in canibus experimentis monstrabat. Rheum quoque in tali pomato canibus affricatum potenter in alvum solvendam agere vidit (5).

§. 14. Nec desunt qui eum ipsius vestigiis sequerentur, inter quos nominasse sufficiat Brera, Giulio et Rosfi, Tourdes, Riboni, aliosque inter Italos praestantes viros (6), licet

Ros-

(1) *Ragionamento sulla digestione caet.* p. 170. Brera, §. 148. I. p. 213—220. *Osferyaz.* Esp. II, III, IV et V.

(2) *Osferyaz.* pag. 20. Esp. X, XI et XII. Brera §. 16. I, 34.

(3) ——— — 21. Esp. XIII, XIV et XV. Brera §. 16. I, 36. sq. — (4) *Osferyaz.* Esp. I, VI et VIII, Brera §. 163. I, p. 235. — (5) Apud Giulio et Rosfi

I. c. §. 7. p. 210. — (6) Brera I, §. 12. p. 21. addit:

An.



Rosfi (1) et postea Chiarenti (2) novam defendendam putarent methodum contra objectiones cl. Chiarugi, qui eandem ob minus evidentes effectus, improbaverat (3).

V. L. Brera, *Paviae* Medicinae Professor, qui et aliis (4) scriptis optime de Medicina meruit, a°. 1797 Programma (5) de nova hac methodo dedit, in quo (6) Chiarenti experimenta narrat et repetita probat, atque de Opii (7) et Scillae (8), aliorumque diureticorum, inter quae Digitalis, Epiglottis, externo usu praestantes narrat effectus. Sa-

li-  
Anselmi, Manna, Garneri, Betroni, Bardariotti, Benvenuti, Vacca, Berlinghieri, Sichi, qui cum eo observationes communicarunt. Monfalcon, l. c. p. 311 adhuc nominat Ballerini, Salmon et Botta.

(1) *Riflessioni del Sig. F. Rosfi sopra la lettera, nella quale il dott. Vincenzo Chiarugi mette in campo alcune esperienze, e ragionamenti contro l'uso esterno dell' Oppio, contro il dott. Chiarenti.* — (2) *Lettera del sig. Fr. Chiarenti in risposta alle obbiezioni fatte dal sig. Chiarugi sul nuovo metodo di somministrare l'Oppio esternamente, per frogazione caet.* 1798. 8°. — (3) Brera §. 13. I, p. 23.

(4) Ersch n°. 2797, 3892, 3900 et 4272.

(5) *Programma del modo d'agire sul corpo umano per mezzo di frizioni fatte con saliva ed altri umori animalizzati, e colle varie sostanze, che all'ordinario si somministrano internamente, recitato dal V. L. Brera M. D. caet. 3. ediz. accresciuta* 1797, 8°. — (6) Uti patet ex hujus opusculi lata expositione in *Sammlung auserl. Abhandl.* T. XVII. 1796 p. 453—470. Satis brevis relatio invenitur in *Med. Chirurg. Zeit.* 1797. IV, 214—216. — (7) *Samml. auserl. Abh.* XVII, p. 457, 462 et 463. — (8) *Ibidem* p. 457, seq. 460 seq. et 463.

livam autem optime succo gastrico substitui experientia illi his in experimentis probavit. Hoc Bre-  
rae opus adeo grate fuit acceptum, ut auctor tres  
intra menses totidem editiones curare debuerit; quod  
si autem attente perlegas, Anatripsologiam mino-  
rem in formam redactam legere crederes (1). Ne-  
que injuria! frustra enim tres priores Anatripsolo-  
giae editiones quaereres (2); quartam Pro-  
grammatis editionem edidit sub titulo Anatripsolo-  
giae (3); et cum observationes de hac methodo adeo  
increverant, ut uno non amplius complecterentur  
volumine, quintam nuperius dedit editionem adhuc

(1) Sic (l. c. p. 464.) jam narrantur experimenta illa de vo-  
mitu et aucta alvi positione ac sudore post externum Tarr.  
Emet. usum, quae in Anatripsologia I, §. 169. p. 245. II,  
§. 248 p. 63. seqq. — (2) In tali taediosa perferutatione olei  
et operae multum cum perdidissem, tandem meum errorem vidi,  
et quidem ex verbis auctoris postquam de programmate egerit:  
Scorsi essendo due anni dopo la terza edizione del mio lavoro  
caet. caet. (praef. p. 7.) — (3) *Anatripsologia, ossia Dot-  
trina delle frizioni* ediz. 4. 1799. et 1800. Brevissimam hujus  
operis recensionem habemus in Hufeland's *Biblioth. der  
Pract. Heilk.* IV, 1801, p. 78—88, 303—314. a levitate non  
excusandam. Joseph Eyerel Germanicam hujus editionis  
dedit versionem *Anatripsologio oder die Lehre von der Einrei-  
bungen die eine neue Methode enthält, durch Einreibungen  
mit thierische Säften und verschiedenen andern Substanzen,  
die man innerlich zugehen pflegt, auf den menschlichen Körper  
zu wirken.* Wien. 1800 Eyerel (in Praef. ad Tom. II.) ex-  
suis et amicorum observationibus tertium promissit tomum;  
numquam dedit.

magis auctam (1). — Ne autem credas Breram modo observationes practicas dedisse; minime sic! Methodicum et rationale scripsit Jatraleptices systema, illam secutus, describens, atque commendans methodum, qua Medicamenta humoribus animalibus soluta et digesta, cum axungia inspisata, frictione corporis integumentis insinuantur, quam vocavit Anatripsologiam (2). Male vulgo auctores (3) Brerae tribuunt omnes observationes in ejus opere contentas; etenim inter fere septuaginta quatuordecim modo sunt ipsius auctoris observationes (4). Et vel sic tamen Anatripsologiae auctoris famae et Jatraleptices progresibus mirum favit opus; diserte tradit novam secundum methodum regulas parandi et administrandi medicamenta (5), horumque historiam, actionem therapeuticam inter-

(1) *Anatripsologia ossia dottrina della fregagioni, che comprende il nuovo metodo d'agire sul corpo umano per mezzo di fregagioni fatte cogli umori animali e colle varie sostanze, che all'ordinario si somministrano internamente. V<sup>a</sup> ediz. Basfano 1812. II. 8<sup>o</sup>.* valde auctam esse hanc editionem comparatio nos docuit. Italica editione usi sumus cum Germanicam quartae editionis versionem serius acceperim. Ulterior comparatio quintam editionem *ricorretta e notabilmente accresciuta* monstrabat. — (2) Brera I, §. II. p. 19. seq. — (3) Uti auctor recensitionis in Hufelandi *Journal* quoad §. 206. obf. 1. §. 207, §. 208, §. 212. obf. 1 en 2, §. 215, §. 225. obf. 4, §. 238. obf. 1. — (4) §. 205, §. 210, §. 216, 1, 2, 4. §. 223, 1, 2. §. 225, 3. §. 228, §. 230, 4. §. 232, 3. §. 233, 1. §. 237, 2. §. 241. Itaque quatuordecim observationes.

(5) *Articolo IV, (II, 5-18.) VII, (154-166.)*



ne et externe applicatorum comparans (1). De animalibus humoribus optime meritus est, quorum Chemicam indolem usumque physiologicum pulchre exposuit (2). Indicationes et contraindicationes novae methodi indicat; (3) cujus praestantiam observationibus fere LXX probat (4). Agendi rationem medicamentorum externe applicatorum statuit mechanicam et Physico-Chemicam (5); prolixitas ei imputatur (6), non sine veritatis specie; cui accedit, plurimas quas collegit observationes tantum spectare usum Opii.

Cum itaque Brera summas in Jatraleptice perficienda et promovenda meruisset laudes, non mirum videbitur, celebres *Taurini* Profesores Giulio et Rosfi opus (7) suum illi dedicasse; experimenta Chiarenti (8) et quaedam Brerae (9)

tra-

(1) *Articolo* III. (I, 140—267) — (2) *Articolo* II.

(I, P. 33—140.) jure haec pars optima operis Brerae putatur.

(3) *Articolo* VIII. (II, 165—179.) — (4) *Articolo* V.

(II, 13—130.) — (5) *Articolo* VI. (130—154.)

(6) *Med. Chirurg. Zeit.* 1801. IV. p. 86. Ubi recensio operis legitur. — (7) *Discours lu à l'Academie Royale des Sciences de Turin; ou Extrait des Experiences sur les effets de quelques remèdes dissous par la salive, ou le suc gastrique, administrés extérieurement.* Tur. 1793. 8° Invenimus vero hujus operis satis amplum epitome in *Journal de Physique par Rozier*, a. 1798. Partie II. T. XLVII. (par Delamétérie IV.) *Extrait des Experiences sur les effets etc. par Giulio et Rosfi* p. 206—215. (prostat illud *Journal* in nitidissima Bibliotheca Teyleriana Harlemi.) — (8) *Journ. de physique* l. c §. 7—9. p. 208. sqq. — (9) *Ibidem* §. 10—12. (p. 212. sq.)



tradunt, ipsique cum Scilla, Opio, Digitali purpurea, aliisque instituerunt pericula. In femina, hydrope pectoris laborante, pomato Scillitico brachii illito, urinae copiam valde auctam observarunt, idemque in alia ascitica (1); memorabilem narrant casum matronae, a spasmo, irritabilia valde deglutionis organa Oesophagum et ventriculum afficiente, externo Opii usu sanatae (2).

His proxime accedit Tourdes (3), quem saepius citat Brera (4); febrem intermittentem omni medelae pertinacem Cortice pomati forma exhibito fugavit (5). Vehicula animalia minoris duxit (6). — Agmen claudit Riboni (7) qui pomati Scillitici effectus diureticos experimentis probavit (8). Apud Italos tantus fuisse videtur hujus methodi usus, ut Brera juniores Medicos ne in omni morbo, fricando, methodo abuterentur, refræandos putaverit (9).

§. 15. Magnos itaque inter Italos Jatræptice fecit præ-

(1) *Journ. de Physiq.* §. 13. (213—214.) — (2) *ib* §. 14. (p. 214.)

(3) *Lettre sur les Medicaments administrés à l'extérieur de la peau dans les maladies internes*; Paviae 1798. 8°.

(4) I. §. 42. p. 85. §. 73. p. 122. Ubi dicit eum observasse, bilem effectus dedisse superiores illis succi gastr. et salivæ. II, §. 227. p. 73. §. 229. p. 77. §. 230. caet. caet. —

(5) Brera I, §. 129. p. 190. — (6) *Lettre* p. 29. Brera I, §. 167. p. 242. — (7) *Lettera sull' uso dei rimedj sciolti nella saliva, ed esternamente applicati per Frægazione.* Brera I, p. 236. — (8) Brera I, §. 163. p. 236.

(9) Brera §. 271. II, p. 169.

progresfus, licet ab aliis in eo hi discederent, quod humoribus animalibus salivam imprimis et succo gastrico medicamenta solverent, et inde promptum illorum in humorum massam transitum, vim et efficaciam repeterent. Inventionis autem laus illis neganda videtur, cum legamus, Gilberti Anglici (1210??) tempore (1) salivam unguentis Mercurialibus addere solitum fuisse (2). — Non vero potuit quin Germani et Franco-Galli externae applicationis utilitatem commendatam cum viderent, multa de ea instituerent pericula.

Aemula Medicorum Societas Parisiensis Cl. Alibert et Dumeril ut opus Chiarenti indagarent mandavit, qui, uti specioso tractatu exposuit Alibert (3), purgantibus, diureticis atque febrifugis remediis externe applicatis, effectus observarent illis Chiarenti simillimos. Notarunt vero, Scillam in ascitide (4), Corticem in febre quotidiana

(1) Vide §. 9. Gilbertus Anglicus docuit meliorem Ung. mercurialis praeparationem cui plerumque Salivam addere solebat. Vide ejus *Compend. medicin.* Venet. 1510. Voigtel. l. c. I, pag. 99. Pennink l. c. p. 27.

(2) Sprengel, Merc. vivum cum saliva infricasse notat.

(3) *Observations et Experiences sur quelques Medicamens Purgatifs, diurétiques et fébrifuges, appliqués à l'extérieur* (Mémoires de la Société Médicale d'Emulation, séante à l'école de Médecine à Paris, pour 1797. Paris 1798. p. 180—190. idem in *Samml. auserl. Abh.* XVII. Leipz. 1798. p. 439—452. Alibert jam ante illud mandatum Purgantia exploraverat.

(4) *Memoires* p. 185. *Samml.* 447. —

na (1) et quartana; (2) sine additis animalium humoribus efficaces fuisse; Scilla in ipso oleo Amygdalarum et spir. vini bene ageret (3). Unde liquores animales mitti posse concluderunt (4).

Celeber A. J. Chrestien 2<sup>o</sup>. 1801 opusculum (5) edidit de variolis inoculandis, in quo appendicis instar quaedam de Jatraptice communicavit et breviter observationes de usu linimenti spirituosii, camphorae, aliorumque exposuit; camphora falivâ digesta in Arthritide pertinaci multum levaminis attulit; non ita aethere soluta (6). Post tres autem annos, praeclarum illud edidit observationum practitorum summarium (7), quo Jatraptices utilitas facunde vindicaretur, ejusque usus per omnes practicos fieret communis. Observationes, plurimas ipse quas fecerat, collegit de usu camphorae (8),

(1) *Mémoires* p. 188. *Samml.* 449. sq. — (2) *Mémoires* p. 188. *Samml.* 450. — (3) *Mémoires* p. 187. *Samml.* 447. (4) *ibidem.* — (5) A. J. Chrestien, *Opuscule sur l'innoculation de la petite vérole, avec quelques réflexions sur celles de la vaccine, suivie d'observations pratiques sur la méthode par absorption.* Montp. et Paris an. IX. (240 p. 8<sup>o</sup>) *Hufeland's Biblioth. der Pract. Heilk.* V, 1801. p. 1—18. (6) *Hufeland's Biblioth.* T. V. p. 17. — (7) *De la Méthode Jatraptice ou observations Pratiques sur l'administration des remèdes à l'extérieur dans le traitement des maladies internes* par A. J. Chrestien, Montp. an. XII. (1804.) 8<sup>o</sup>. (pag. 358.) — (8) *ibidem* 1804. p. 22—48. In editionis 2<sup>ae</sup> versione Germanica, (quâ ampliore nos usi sumus) Gött. 1813. p. 39—66. Ubi indicamus: Chrestien 1804.



linimenti spirituosii (e Spir. Juniperi, oleo caryophyllorum et balsamo nucis Moschatae) (1), Opii et singularis tincturae opiatae [quam dicit tincturam antispasmodicam et paravit ex Opio crudo Spir. frumenti (eau de vie) ita soluto, ut unc. j. vehiculi gr. xij Opii contineret]; de usu mixturae Opii cum camphora (2); de Digitali purpurea (3) de china ejusque tinctura (4); ipsamque colocynthidem externe unguenti forma applicatam maniam fanasse tradit (5). — Altera exstat operis editio (6) valdequam aucta; utraque Germanica vesta induta est (7)

et erit prima editio Gallica. Chrestien 1813: est editionis alterae versio germanica Gottingae edita. — (1) 1804 p.

48—54. 1813 p. 66—78. — (2) 1804 p. 66—179. 1813 p. 88—195. — (3) 1804 p. 209—228. 1813 p. 229—252.

(4) 1804 p. 228—272. 1813 p. 252—287. — (5) 1804 p. 179—209. 1813 p. 195—227. — Quaedam (1804 p. 281—343. 1813 p. 287—345.) de usu interno resinae et extracti resinosi Chinae, de vi antemetica radicis Columbo etc. etc. addit.

(6) Paris 1811. 8°. (500 pag.) Titulus idem, verbum *Jatroliptice* mutavit in *Jatroleptique*. A. C. Savary brevem hujus conspectum dedit in *Journ. de Med. Chirurg. et Pharm.* par Corvisart T. XXI. Mars 1811. p. 204. — (7) primam editionem vertit H. Bischoff Berl. 1805. 8°. — altera dicitur, „*Ueber die Jatroleptische Methode oder Practische Beobachtungen, über die Wirksamkeit des Heilmittel bey deren Anwendung auf dem Wege der Hautabsorption in der Behandlung mehrerer Krankheiten des äussern und innern Organismus; und Beobachtungen ueber ein neues Heilmittel in der Behandlung der Venerischen und Lymphatischen Krankheiten von J. A. Chrestien*“ (A. J.) Gotting 1813. Hanc edit. praeter Gallicam (anni 1804.) adhibuimus.



et Itala (1). — Empiricus licet nominetur (2) tamen eximiis dignus censetur laudibus.

Cum igitur applicatio externa in dies usitatio fieret et utilior, doctissimus Duval, invitante Academia, hujus medicationis vestigia in veterum monumentis perscrutatus est, quibus Gilbert, qui Duvallii industriam recensuit, sua addidit (3).

§. 16. Inter Germanos Schöpff (4) a<sup>o</sup>. 1797 rem tractavit; qui postquam ferie observationum (5) collectâ, externe applicata agere probasset ac interne sumpta, demonstrare conatur, medicamenta externa parum absorptione sed actione sua in cutim agere (6); ventriculum longe aptius atrium recipiendis remediis putat (7). Doct. vero Knebel (8) Jatraleptices iterum multiplicavit laudes; prius secutus est methodum Chiarenti, dein Medicamenta cum axungia porcina mixta ab aegris sibi ipsis infricari, jus-

(1) Chrestien 1813 p. 11. — (2) *Med. Chirurg. Zeit.* 1804 IV, p. 97. ubi invenitur operis recensio, cf. etiam Monfalcon l. c. p. 312. — (3) *Rapport sur un travail du cit. Duval, par le cit. Gilbert, etc.* vide supra p. 13. not. 3. Brevissime ex inde in *Med. Chirurg. Zeit.* 1802. IV, p. 353-355.

(4) Schöpff, *Innere Wirkungen durch äusere Arzneyen*, Hufel. *Journ. der Pract. Heilk.* 1797 band V. St. IV, p. 752-812. et inde in *Med. Chirurg. Zeit.* 1799. II, 305. — (5) l. c. p. 758-794. — (6) l. c. p. 795-803. (7) *ibid.* 808 sqq.

(8) Hufel. *Journ. der Pract. Heilk.* B. XX. 1804. St. II, p. 61-81. „*Ein Beitrag zur Anatripsologie von I. G. Knebel.*” —

jusfit et simul salivam in manum fricantem despue-  
re (1); seriem speciosarum observationum tradit de  
virtute vel inefficacia medicationis externae in-  
primis in cura hydropicorum (2) venereorum (3)  
Paralyseos (4) Spasmodum, Typhi, Arthritidis,  
caet. — Utilitatem nostrae methodi in praxi infan-  
tum ulterius probavit Joerdens (5). — Deni-  
que nominandus venit doct. Schreger, qui prae-  
stantissimo in opere (6) plurima collegit de exter-  
na medicamentorum administratione imprimis quoad  
balnea.

Anglorum auctores rem speciatim tractantes, quan-  
tum scio, non dantur; F. Hahn (7) de Tartaro  
Emetico externe applicato pericula fecit (8).

Ipse Hufeland externam medicationem val-  
dopere promovit. Vidimus eum jam a<sup>o</sup>. 1792  
hanc in praxi infantum summi duxisse momenti  
atque Opii, anthelminticorum, Chinae, aliorum-  
que externum docuisse usum. In nervosis autem  
febris hanc medelam indicari postea docuit (9),  
et

(1) l. c. p. 64. — (2) l. c. p. 65—71. — (3) p. 71 sq.  
(4) p. 72. — (5) Hufel. *Journ. der Pract. Heilk.* XVII,  
1803. st. II. p. 89. *Grosfer Nutzen äusserlich angewendeter  
Arzneimittel.* — (6) Dr. C. H. F. Schreger, *Balneo-  
Technik, oder Anleitung Kunstbäder zu bereiten und anzu-  
wenden* II, Fürth. 1803. — (7) J. Hahn, *Observations and  
experiments of the use of Enemata caet.* Philadelp. 1798.

(8) Chrestien, 1804 p. 14. 1811 p. 32. — (9) *Bemer-  
kungen über die Nervenfeber und ihre Complicat. in den Jah-  
ren 1796—1798.* Jena 1799. *Waarnemingen omtrent de Zenuw-*





con extensam atque pulchram de hac methodo dedit expositionem (1); nec spernenda, quae de methodo externa dedit Rullier (2). Tandem J. J. Pennink medicamenta extrinsecus applicata ordine therapeutico collegit, auctorum observationes tradens (3). Societas Medicorum Monspelienfis a<sup>o</sup>. 1800 frustra praemium reportandum de hac materie posuit. (4) methodum sibi sibi

§. 18. Tot itaque taliumque virorum conjuncto labore factum est, ut medicatio externa summi in Praxi haberetur momenti. Hinc omnes auctores (4) de Medicina Practica vel Materie Medica<sup>o</sup> externam Medicaminum adhibitionem internae subjungunt. Hinc observationes de utili externa administratione in dies numero crescunt. Ipsam hujus saeculi perniciosissimam Asiaticam Choleram doct. Ranque externa medela totam quantam curari posse, ex frequenti conclusit observatione (5). H. Scott pedilu-

via

(1) Art. „*Fatraléptique*” in *Dict. des scienc. Medic.* XXIII, Par. 1818 p. 306 sqq. — (2) Art. „*Inhalation*” *Dict. des*

*Sciences Medic.* T. XXV, Par. 1818 p. 49—157. — (3) J. J.

Pennink, *Specimen Medico-Therapeuticum: „de medicamentorum in corpore humano agendi ratione, eorumque administratione externa in morbis internis,”* Traj. ad Rhen. 1819.

(4) Inter hos nominasse sufficiat: Richter (die specielle Therapie, Berl. 1813 sqq.) qui innumeris sane locis externam commendat medelam. F. G. Voigtel: *Vollständiges System der Arzneimittellehre, herausgegeben von C. G. Kuhn*, I, 1816 p. 354 sqq. P. F. W. Vogt: *Lehrbuch der Pharmakodynamik* Gießen II, 8<sup>o</sup>. 1828, 29. — (5) Froriep's *Notizen aus*



via cum parca aquae regiae quantitate (1) in variis morbis, praesertim in illis systematis biliosi, utilia indicavit, atque optime Hydrargyro substitui putat, consentiente et firmante dein Lavagna (2) praecipuis Wallace (3), aliisque (4); quae balnea Belli operosa vidit in syphilide (5). — Scattigna versus annum 1818 novam unguenti Mercurialis administrandi tradidit methodum (6). Tournall a<sup>o</sup>. 1813 Camphoram, Aethere sulphurico solutam, rheumaticis et spasmodicis in morbis utilem exposuit (7). Bafedowa<sup>o</sup>. 1828 morbos internos inflammatorios unguentis Mercurialibus curandos monuit (8). Guibert (9) externo auxilio hydropicos curare docuit.

III.  
*dem Gebiete der Natur- und Heilkunde*, n<sup>o</sup>. 658. XXX, n<sup>o</sup>. 20. Juli 1831, p. 319. — (1) *Medic. Chir. Transact.* VIII, p. 173—200. *Samml. auserl. Abh.* XXVII, 1818. p. 147—178. „*Ueber den innern und äussern Gebrauch des Königswassers in der Kur von Krankheiten.*“ — (2) Dierbach, *Die neuesten Entdeckungen in der Materia Medica*, II Heidelb. und Leipz. 1828. Cf. II, p. 608. — (3) *Samml. auserl. Abhandl.* XXX, 1822. p. 543—552. et 660—698. W. Wallace *Untersuchungen über die Heilkräfte der Chlorine insbesondere in Krankheiten der Leber etc.* Chlorium principium agens credidit, quod hinc aquae regiae substituit. — (4) Dierbach II, 609. — (5) *Med. Chir. Zeit.* 1819 II, 260 sq. ex ejus observationibus Chirurgicis. — (6) *Nuovo metodo di amministrare l'unguento Mercuriale ni mali sifilitici del Scattigna.* Napoli 1818. *Med. Chir. Zeit.* 1820. IV, p. 51. *Samml. auserl. Abhandl.* XXXI, 1823. p. 528. — (7) *Huf. Journ. der Pract. Heilk.* XXXVI, 1813. St. V, 107—122. — (8) *Huf. Journ. der Pract. Heilk.* LXVII, 1828. St. VI, p. 82—103. — (9) *Mé-*

## III. HISTORIA METHODI ENDERMATICAE. 54

§. 19. Jatraleptices licet efficaciam probatam, tamen non defuere, qui externae applicationis spem falsam fuisse observarent. Neque mirandum! quantum enim effectus pro medicamento natura, administratione, aegrotantiumque conditione possint differre facile quisque intelligit. Sic vel plura leguntur exempla de Cortice, febrifugorum Coryphaeo, ad pondera saepe frustra interne adhibito. — Causam ejusmodi medicationis externae inefficacis, vel saltem minoris ejus effectus, in Epidermide, Corium, actionis focum obtegente, quaerendam esse cuique patet. — Anteriore saeculo de tollendo crassioris Epidermidis obstaculo jam cogitaverant. Sic Anglus Chirurgus *Clare* versus annum 1780 Syphilidem curare docuit, Mercurio dulci cum aliis remediis additis (1), gingivis genisque internis infricando (2), quam methodum *Hunter* (3) et praeter omnibus *Cruikshank* (4) valdopere laudarunt.

Ad-

*moire sur la méthode Jatraleptique appliquée au traitement des hydropisies, et en particulier de l'hydropse ascites par T. h. Guibert, D. M. Paris 1823. 8°. (Revue médicale Sept. 1823.)*

(1) Cum bolo Armenico et Crem. Tart. (*Asfalini*, l. c. p. 214.)

(2) *Samml. auserl. Abhandl. VI, 1780. p. 110—118. „ von einer neuen Methode das Quecksilber zur Heilung der venerischen Krankheit in die Masse der Säfte zu bringen.“*

(3) *ibid. p. 118. Anmerk über die Claresche Methode.*

(4) *ibid. p. 119—174. Anmerk. et dein (p. 636—753.) Zusätze zu Cruikshank's Anmerkungen über die Claresche*

Me-

Ad finem saeculi XVIII Chrestien venereos aliosque curare coepit medicamento incognito, sed praestantes praebente effectus (1), ab aemulis ejus collegis Hydrargyri praeparato habito. In appendice (2), alteri operis sui editioni affixo, patefecit: illud remedium fuisse Aurum, sive Hydrargyri ope subtiliter divisum, sive ejus oxydum, Alkali aut Stanno praecipitatum, aut Acido hydrochlor. junctum, cujus remedii, genis internis, gingivis, aliove simili loco insinuati, in sanandis venereis affectionibus, systematis lymphatici morbis, uteri scirrho, aliisque morbis, utilitatem, observationibus utique probavit. — Eadem ratione Pointe Sulphat. Chinii, gingivis genis et labris fricti, in febribus efficaciam extra omne posuit dubium, aliis confirmantibus (3). Hecker a°. 1814 scripsit: „ ob

es-

*Methodo*; praeputium et vulvae labia etiam indicat; et tandem VII, 1781. p. 3—27. — (1) In primâ Jatraleptices editione (1804) de illo loquitur tamquam de arcano (p. 273—280.)

(2) In edit. German. 1813. „ *Anhang. Beobachtungen über ein neues Heilmittel bey der Behandlung der Venerischen und Lymphatischen Krankheiten*, p. 345—464. — (3) Pointe à Lyon: *Observations sur des gastro-entérites avec fièvres émittentes et intermittentes guéris par le sulphate de Quinine administré en frictions*, (Archives générales de Médecine T. XII, 1826. September p. 133.) Louyer Villermay, Miguél aliique (eodem loco) hanc methodum utilem vocarunt. Vide etiam ampliorem expositionem: *Observat. d'un nouveau mode d'administration du sulphate de Quinine, dans le traitement des fièvres intermittentes et émittentes, par le Dr.*

J. P.



„ es nicht rathsam wäre, manche Arzneimittel durch  
 „ kleine Hautwunden beizubringen, wie z. b. das  
 „ Kuhpockengift, müßten weitere Erfahrungen leh-  
 „ ren (1).”

Multum quidem tali ratione progressum fuit;  
 ipsa vero cutis denudatio nostri aevi inventio est.  
 Nova indicata est applicationis externae methodus,  
 qua, Epidermide Epispasticorum aut Vesicantium  
 ope in vesicam elevatâ et dein remotâ, medicamen-  
 ta vel pura, vel cerato mixta, denudatae cuti, Co-  
 rio, applicantur; audit *methodus Endermatica*.  
 In genere si quaeras: quomodo haec methodus  
 a priori differat, notandum venit, eam longe citius  
 et fortius in totum organismum impetum facere,  
 imprimis cum requirat remedia fortiora, meraca,  
 quae hac ratione, refracta dosi, facillime in humorum  
 massam ducuntur.

Scilicet jam diu observatum fuit: remedia quae-  
 dam, usu chirurgico, ulceribus vulneribusque,  
 aliaque forte fortuna locis excoriatis aut vulne-  
 ratis applicata, aequae efficacia egisse, ac interne  
 adhibita, imo saepe graviores, quin et lethales pro-  
 duxisse effectus; nemo vero consulto cutem, Epi-  
 dermide ablatâ, recipiendis medicamentis aptiorem  
 red-

J. P. Pointe, *Journ. Univ. des Sciences Medicales* Tom.  
 LVIII, Juin 1830. p. 362. Cf. etiam *Froriep's Notizen*, n<sup>o</sup>.  
 329. B. XV. n<sup>o</sup>. 21. Nov. 1826. p. 336.

(1) *Practische Arzneimittellehre*, Erfurt 1814. I, p. 35.



reddere studuit. Nostra vero aetas practicum inde usum sibi paravit! —

§. 20. Cel. ille Stahlii sectator (1), G. P. Nenter, initio saec. XVIII. jam scripsit; „ Si infantes juniores insigni debilitate corripuntur, summo cum fructu spirituosi liquores fontanellae applicantur” (2) uti Dr. Pitschaft (3) indicavit. — Cl. Bally primus habeatur, qui denuatae cuti remedia ad morbos universales internos adhibuerit, cum a°. 1802 in insula St. Domingo (4), Mercurium dulcem tali ratione administravit, febrem flavam debellaturus (5). Richter (6) monet, Orfila et Magendie, cum medicamenta in cutis locis excoriatis aut incisis apud animalia cum fructu adhibuissent, hanc dein experientiam in usum practicum ad curandos hominum morbos vertis-

(1) Sprengel, *Geschichte* V, p. 57 sq. eum adeo Stahlii, quem tamen non audiverat, doctrinam imbutum dicit, ut hujus vel temeraria consequeretur placita. Ejus opera sunt, *Theoria hominis sani*. Argentor. 1714. *Pathol. Medic. Pars Gen.* Arg. 1716. et sequens opus.

(2) *Fundamenta Medicinae Theoretico-Practica* II, 4°. Argent. 1718 sq. Tom. I, P. 2. p. 346. — (3) *Miscellaneën aus alter und neuer Zeit*. Hufeland's *Journ. der Pract. Heilk.* T. LXIX, 1829. St. VI. Decemb. p. 4. minus recte itaque Bally primus habetur. — (4) *Med. Chirurg. Zeit.* 1828. I, 193. Lemberg (*Essai* p. 11.) se a. cl. Bally accepisse tradit, eum, cum in insulis dictis Antillis esset, hoc remedium a privato quodam homine accepisse. — (5) G. H. Richter, *de Methodo Endermatica, Gallis dicta, experimentis illustrata*, 8°. Berol. 1829. p. 3 et 29. — (6) l. c. p. 3.

tise. A°. 1819 Clure (1) in sanandis regionum tropicarum morbis Hydrargyrum jam endermatice adducebat; scilicet loco cutis scarificato inspergebatur Merc. subl. corros., ut absorptione in humorum massam abiret. Hac methodo utebatur, ut in totum organismum ageret, et imprimis maximo cum fructu; ubi cura celeris et magna cum energia peragenda esset, uti valde convenit in febribus endemicis, hepatitide, aliisque morbis regionum tropicarum, ubi simul maximi interest; vijs digestricibus parcere. A°. 1820 (2) cum Hydrargyri adversus Hydrophobiam usus suspectus evasisset, frictiones cum Merc. subl. corros. in locis scarificatis quidam suasit Medicus, unde prompta oriretur salivatio.

Latiorem autem et magis methodicum hujus methodi usum, quin et, si ita velis, inventionem; debemus medicis junioribus L e m b e r t et L e s i e u r. Hi scilicet, in Nosocomiis Parisiensibus practici, a°. 1824 primas de hac methodo (*méthode Emplastro-dermique*, postea *Endermique* ab illis dicta) cum publico communicarunt observationes (3) sub

(1) *Edimb. Medic. and Surgic. Journ.* Januar. 1819. H u f e l. *Journ. der Pract. Heilk.* XLVIII, 1819, VI. p. 94—99: „*Ueber eine neue, bei der Behandlung einiger in den Tropenländern vorkommenden Krankheiten, anzuwendende Art, Mercur in den Körper zu bringen*, von W. M. Clure. — (2) H u f e l. *Bibl. der Pract. Heilk.* T. XLIII, 1820 p. 81.

(3) *Archives générales de Médecine.* V. Mai 1824. p. 158, 159. *Exposé sommaire d'une médication nouvelle par la voie de la*  
peau

sub auspiciis cl. Bertin collectas. Hac methodo ejusmodi adhibenda monuerunt remedia, quae parvo volumine magnam vim et efficaciam reconducunt, semperque a parva dosi esse incipiendum. Pericula fecerant cum Acetate Morphii, quo insomnium, doloresque rheumaticos sustulisse, Catarrhosque pulmonum chronicos sanasse dicunt. Sulphate Chinii tali modo intermittentes tertianas et quartanas fugarunt, frustra Cortice ejusque principiis interne oppugnatas; Tetanus, ex Nucis vomicae extracto endermatice applicato excitatus, statim disparuit, dimota nuce et in ejus loco 2 granis Acetatis Morphii positus; Tart. emeticus sudorem copiosasque alvi evacuationes induxit. Fatendum vero, titulum „*Exposé sommaire*” levi huic tractatui egregie convenire.

Jam fundamentum aderat, mox tabulatum et fastigium recepturum. Diaria medica novam methodum brevi divulgavit (1); postea vero Lesieur solus specialem de hac methodo Academiae regiae medicorum Parisiensi dicavit tractatum, cujus epitome die 23 Maji 1826 in conventu, fuit lectum (2). In hoc tractatu, uti par fuit, methodum

*peau privée de son epidermide, ou par celle des autres tissus accidentellement dénudés par M. M. Ant. Lemberet et A. J. Lesieur Internes des Hôpitaux. — (1) Froriep's Notizen XIV, n<sup>o</sup>. 19 Julij 1826. p. 304. Moll et van Eldik Practisch Tijdschrift voor de Geneesk. in al haren omvang. V 1826. p. 187. — (2) Arch. génér. de Med. XI. Juin 1826, p. 298.*



dum suam commendat efficacissimam, et post traditum aptissimum cutis denudandae modum, medicamentaque involvendi et applicandi, methodique comoda (1), XVII addit (2) observationes; Acetate Morphii catarrhi chronici, ipsa Phthisis pulmonalis, dolorque pleuriticus evanuisent; Sulphate Chinii intermittentes, varii typi, et tussis convulsiva sublatae essent. — Prioris expositionis videtur repetitio; observatio de Acetate Morphii, Tetanum, strychnii effectum (3), tollente, etiam traditur. — Cl. Adelon laudes operi tribuit, cujus argumentum auctori Thesium materiem jam praebuisse, confirmat (4). Etiam hic tractatus plurimis Annalibus insertus (5).

Non vero potuit, quin L e m b e r t Academiam literis misis certiolem faceret, sibi primam competi

ex-  
p. 298. *Acad. Roy. de Med. séance du 23 Mai, Mr. Adelon pour lui, et pour M. M. Bertin et Dumeril lit un rapport d'une memoire de Mr. Lesieur, Medecin de Francoville, intitulé: „ Nouvelle médication, par la voie de la peau privée d'épiderme, et par celle des autres tistus accidentellement dénudés. — (1) l. c. pag. 298—300. — (2) l. c, pag. 300.*

(3) In priori expositione erat observatio de Extr. Nucis Vom. L e m b e r t (*Essai* p. 36.) indicavit Strychnium.

(4) l. c. p. 300. Academia mandavit d. d. A n d r a l, G u e n a u, de M u s f y, D o u b l e, C h o m e l, et S e g a l l a s ut methodum indagarent; hucusque autem nullus horum labor prodiit. — (5) F r o r i e p's *Notizen* n°. 305. 1826. XIV, No. 19. p. 304. — N°. 310. 1826. p. 23. T. XV. — *Med. Chirurg. Zeit.* 1827. IV, 308. M o l l et v. E l d i k, l. c. VII, 1828. p. 179—183.



expositorum inventionem (1), L e s i e u r vero suum proprium oblatum opus vindicavit (2); nec moram interposuit L e m b e r t fed duobus praeterlapsis mensibus in Acad. Regia Scient. legendum curavit tractatum, quem, si ad styli elegantiam, factorumque copiam et claram expositionem attendas, illum L e s i e u r facile antepones. Hocce in libro a°. 1828 typis mandato (3), post ipsam methodi instituentiae rationem, (ubi de superficiebus denudandis, et medicamentis), actionem remediorum applicatorum (4) tradit duplicem: topicam, in ipsam superficiem denudatam, et generalem ex resorpto remedio (5), quam absorptionem argumentis probat (6). Pericula fecit cum Acetate Morphii, Strychnio, Sulphate Chinii, Kerme minerali, Moscho, Afa foetidâ, Croco, Tartaro emetico, Extr. Belladonnae, Scil-

(1) *Archiv. Gén. de Médéc.* T. XI. Juill 1826. p. 459. *Acad. Roy. de Méd. séance du 13 Juin:* „Lettre de Mr. L e m b e r t Élève Interne à l' Hôpital de la Pitié, qui réclame la priorité des idées émises par Mr. L e s i e u r sur la médication endermique, et sur lesquelles il a été fait un rapport à la séance dernière.” — (2) *ibid.* p. 460. „autre lettre de Mr. L e s i e u r, qui reconnaît que l'idée de la médication endermique est commune à Mr. L e m b e r t et à lui, mais qui garantit comme son oeuvre propre le mémoire, qui a occupé la séance, ainsi que les observations qui y sont continues.” — (3) *Essai sur la méthode Endermique, lu à l'Acad. Roy. des sciences* le 25 Sept. 1826; par A. L e m b e r t Interne des Hopitaux, Paris 1828. 8°. — (4) l. c. p. 14—25. — (5) l. c. p. 23 sq. — (6) l. c. p. 24—27.

Scilla et Merc. subl. corros. Plures Medicorum Annales hujus operis expositionem dederunt (1), inprimis inter Germanos (2).

§. 21. Novae itaque methodi regulis positae, ejusdemque efficaciam observationibus probata, plures de ea pericula fecerunt. Dr. Martin (filius) (3) Sulphatem Chinii in intermittentibus, hac methodo sanandis indagavit. Bally plura experimenta diversis cum medicamentis instituit (4). — Inter Germanos circa 1828 prima experimenta instituta sunt, et quidem circa Chinii praeparata, Wessche (5) et Lehmann (6) Berolini Chinium

(1) *Archiv. Gén. de Méd.* XVII. 440. XVIII. Septb. 1828. pag. 146. et insuper: *Froriep's Notizen* n.º 411, XIX, 1828 n.º 18. p. 288. — fufe in *Bibl. Medicale* Octobre 1826. unde legitur in *Journ. Univ. des Scienc. Médical.* XLIV, 1826. p. 241—244. Behrend's u. Moldenhawer's *Neuesse med. chir. Journalistik des Auslandes* 1830. März. S. 390. Mollen van Eldik, *Tidschrift* X. 1831. p. 274—280.

(2) *Med. Chir. Zeit.* 1830. Febr. n.º 13. p. 209—224. n.º 14. p. 224—228. Satis fusa et accurata expositio. Omnes autem Lomberti observationes legi possunt in Richter's opere, ejusque versione Germanica, mox indicandis. (3) *Froriep's Notizen* n.º 398. XIX, 110. n.º 2, 1828. p. 27. *ü. das schwefelsaur. Chinin, in sofern man es in aussetzenden Fiebern auf durch Vesicat. geöffnete Hautstellen gelegt hat.* Moll et v. Eldik X. 1831. pag. 279.

(4) *Revue Médic.* 1827. II, 23. Avril. *Med. Chir. Zeit* 1828. I, 193. — (5) *Disfert. Inaug. Med. Observat. quaed. de Chinin. praecipue de externa ejus applicatione.* Berl. 1828.

(6) *Disf. Inaug. Med. Obs. quaedam de usu externo Chinin. et Muriasici et Sulpharici,* Berl. 1828.

fulphuricum et muriat. febribus intermittentibus, varium typum habentibus, optimo succesu opposuerunt. Hasse (1) Diuretica in morbis hydropicis; Meyer (2) Acetatem Morphii in tusi convulsiva, cuti denudatae, applicata tentarunt. Doct. Mansfeld a°. 1828 quaedam dedit hac de methodo observata, quam in sexus sequioris morbis commendavit (3); in actione autem a medicamentis observata a Lesieur quodammodo differt; sic Tetanum et Trismum observavit (4) ex sexta Acet. Morphii grani parte; et in alio casu ex semel iterata applicatione tertiae partis grani ejusdem praeparati, spatio 6 horarum interposito, Tetani vidit symptomata; quo eodem praeparato Lesieur Tetanum ex 2 granis Strychnii ortum fugaverat. — Saepius Mansfeld methodum utilem observaverat. Novam tamen viam ingressus est, scilicet epidermidem non dimovit, sed remediis fortiter stimulantibus, rube-  
 facientibus, cuti tantum tribuit irritationis gradum, quanto opus est, ad celerem applicatorum in humorum massam translationem (5). Hanc methodum vocat:  
 „*Application des remèdes sur la peau irritée*” eam-  
 que

(1) Richter, l. c. p. 5, 29 sq. — (2) Rust *Magazin für die gesammte Heilkunde*, b. XXVIII, Heft. 2. 1828 p. 356,

(3) Ueber Lesieur's Method. Enderm. in Krankh. des weiblichen Geschlechts von Dr. Mansfeld. (*Gemeinsame Deutsche Zeitschrift für Geburtskunde*, b. II, h. 2. 1828, p. 393 et seqq.

(4) *Zeitschr.* p. 396. Mollen v. Eld. p. 186.

(5) ——— — 395. ————— 185.



que commendat, cum longe minorem gignat dolorem, et locus facile et cito sanescat, quod momenti est in praxi mulierum; ulterius de applicatione endermatica egit in analysi L e m b e r t i operis (1), ibique a  $\frac{1}{4}$  grani parte Acet. Morphii regioni inguinali applicata Tetani notavit symptomata (2).

A<sup>o</sup>. 1829 Gust. Heinr. Richter (3) a L e m b e r t et L e s i e u r factas observationes in unum collegit, plurimas autem in medicorum annalibus dispersas, uti infra videbimus, neglexit; adeo, ut L e m b e r t i singulae observationes concinne legi possint in R i c h t e r i opusculo, et illae, quas L e s i e u r, B a l l y, M a r t i n etc. hac de methodo dederunt, etiam breviter ibi notatae cernantur (4); ipse quoque pericula fecit in Nosocomio Berol.

li-

(1) „*Essay sur la méthode Endermique*,” *Analyse von Dr. Mansfeld in Braunsch.*; in *Casper's Kritisches Repertorium für die gesammte Heilkunde*, b. XXV, h. 1. *neue Folge* b. V. h. 1., 1830. p. 104—113. — (2) *Repert.* p. 107.

(3) *Disfert. Inaug. Med. de Methodo Endermatica, Gallica dicta, experimentis illustrata, auctore G. H. Richter Saganensi*, die 25 Sept. 1829. Berol. 8<sup>o</sup>. — (4) Nemo vero, qui R i c h t e r i et L e m b e r t i opuscula attente perlegerit, priorem a levitatis culpa liberum esse contendere poterit; R i c h t e r (pag. 29.), quae L e m b e r t (pag. 123.) narrat de „*Deuto-Chlorure de Mercure*”, dedit sub titulo „*Calomelas*” et haec conjungit cum usu proto-chlorureti; et sic quavis fere pagina, summae levitatis aut linguae Gallicae perperam intellectae vestigia; neque in R i c h t e r i operis versione, apud R u s t obvia, haec, licet graviora menda, reprehensa vidimus. —



linenſi, moderante Wolffio, cum Strychnio (1) in Aphonia paralytica, Paralyſi extremitatum et extenſorum utriuſque manus, ac in Hemiplegia. — Acetatem Morphee (2) et Kermes minerale (3) quoque endermatice adminiſtravit. In genere obſervata conveniunt cum aliorum, licet aliquando parva adſit differentia. — Operis Richteri verſio proſtat Germanica (4).

§. 22. Ne autem credas methodi Enderm. ſufficiencia adhuc fuiſſe poſita fundamenta, Medicosque de ejus utilitate et efficaciâ convictos. Non enim ſine veritatis ſpecie levitatis et praeoccupatae mentis ſignum prioribus incumbit (5). Hinc fluit primis

(1) Ibid. p. 31—38. — (2) Ibid. p. 38 ſq. — (3) Ibid. p. 40. — (4) Longe potius enim verſio dici merentur, quam recensio, quae leguntur in *Rust Magazin* b. XXXII, ſt. 3. Berl. 1830. p. 395—467. — Cum experientia nos docuerit Lemberti et Richteri opera difficillime foro acquiri, hinc in reliqua noſtra commentatione praeter auctorum loca etiam illa in *Rust Magazin.* et in *Med. Chir. Zeit.* indicabimus.

(5) Audiamus Gendrin (*Transactions Médicales*, T. III, Janv. 1831. p. 93 et 94.) qui poſt traditas Lemberti et Leſieuri primas obſervat. dicit: „ Il eſt facile de reconnaître à des réſultats généraux ainſi préſentés, ou l'inexpérience des auteurs en matière d'obſervation clinique, ou une ſingulière préoccupation en faveur de l'adminiſtration des médicaments ſur la peau privée d'épiderme, auſſi la note de M. M. Lambert et Leſieur fut elle à peine remarquée; . . . . en 1828 M. Lambert recueillit les réſultats de la méthode endermique en un volume, dans le quel ſe trouvent des faits ſi extraordinaires, que, ſ'ils'étaient représentés pluſieurs

temporibus methodum illam forsan non adoptatam fuisse quia nimis pulchre fuit proposita, parumque fuisse usitatam, cum alii practici non adeo evidentes inde notarent effectus, eamque misfam facerent (1). — Alii summâ cum perseverantiâ pericula fecerunt, fideles observationes substituerunt prioribus evidenter praeoccupatis, methodumque saepissime utilem invenerunt, ad provocandos effectus ab usu interno non sine incommodo spectandos (2). At, quod dolemus, experimenta sua cum publico nondum omnes communicarunt.

Medici vero Americani nuperrime observationes publici juris fecerunt, quae methodi utilitatem atque praestantiam vindicarunt, et practico, illam periclitanti, certum praebent normam ad tutam medicamentorum quorundam adhibitionem endermaticam. Cartes, Cenes, Duane et Gerhard sub regimine cl. Jackson *Philadelpiae*

200

*seurs fois, il ne faudrait pas hésiter à adopter la méthode endermique comme le mode d'administration de tous les médicaments, le plus certain et le plus facile. . . . Mais ces résultats étaient trop beaux; les faits ne portaient pas, d'ailleurs par la manière dont ils étaient présentés, ce caractère d'évidence auquel on reconnaît l'oeuvre d'un praticien observateur qui tient un juste compte de tous les circonstances, et ne s'en laisse imposer par aucune préoccupation; aussi l'ouvrage de M. Lembert ne fit il pas l'impression qu'eut de faire un recueil de résultats thérapeutiques ainsi remarquables; la méthode Endermique ne fut point généralement adoptée." — (1) Ibid. p. 94. — (2) Ibidem.*

E

200 colligerunt observationes quarum praecipuas publicavit Gerhard (1), qui conclusiones generales de quorundam medicamentorum usu et effectu enderm. nec non de ipsa instituenda methodo addidit. Cel. Gendrin (2) hujus laboris summarium fufe exposuit; dolendum autem est apud hunc solum fufam Americanorum industriae inveniri expositionem, cujus alii concinnum praebuerunt conspectum (3). Hujus capitis argumentum nimis extenderemus, ampla hujus operis expositione; ad sua observationes differimus loca; fufficiat de Sulphate Chinii, Narcoticis, Purgantibus, Diureticis, Emeticis, Hydrargyro atque Jodio pulchras legi observationes. Morphii Acetat. et Sulphat. optimum huic methodo adaptatum putarunt praeparatum. Hocce Americanorum opus excellit veritatis studio, perfpicuitate, observationum momento, et ratiocinii vi, ut non tantum amplissimum ad hos usque dies de nova methodo sit opusculum, verum etiam ni fallor praestantissimum, ex quo solo firmior nostrae methodi enata est inter praticos fides, et magis usitata ejus administratio, quam ex multis aliis.

An-

(1) *The North American Medical and Surgical Journal*, Apr. 1830. p. 392. and Julij 1830. p. 145. — (2) *Transactions Médicales, ou Journal de Médecine Pratique et de Litterature Médicale rédigé par A. N. Gendrin*, Paris Janv. 1831. III, p. 91—127. „Observations sur l'administration des médicaments par la peau dépouillée de son epiderme, connue sous le nom de methode Endermique.” — (3) *Uti in Arch.*



Antequam divulgatus erat Americanorum labor, etiam jam alii aequo ac prudenti animo institutas dederunt observationes. Sic legitur (1) de Tetano traumatico et spontaneo, utroque post  $\frac{1}{4}$  gr. Acet. Morphii usum sanato vel saltem levato. Ceriali similes dedit observationes (2). Broglia febres intermittentes Sulphate Chinii endermatice sanavit (3). Speranza 15 tradit observationes de ejusdem salis virtute endermatica in sanandis febribus (4).

§. 23. Ultimis denique diebus nova quaedam relata sunt. Michaëlis Berolini momenti plena fecit pericula, de summa Strychnii virtute endermatice ad sanandam Amaurosin applicati (5).

Trousseau mense Junii 1831 quinque communicavit observationes de narcoticorum admi-

nis-  
*Génér. de Méd.* XXV, 1831 Mars p. 419. et in *Froriep's Notizen*, n<sup>o</sup>. 662. XXXI, n<sup>o</sup>. 2. Julij 1831 p. 29—32. Generalem vero tantum dederunt conspectum; observationes, quas legimus integras apud Gendrin mittentes; eadem ratione apud Behrend's, *Allgem. Repertor. der med. chir. Journalistik des Ausland.* 1831. Julij p. 119. brevisimum americanorum operae occurrit epitome. — (1) *Lond. Med. Repository* Dec. 1828. *Archiv von Horn* 1829. I, p. 338. — (2) *Annali uniyersali di Medicina* 1829. Majo. *Froriep's Notizen* N<sup>o</sup>. 335. b. XXV. n<sup>o</sup>. 7. p. 103. Moll et v. Eld. IX, 1830. p. 55. — (3) *Annali uniy.* Germaio 1830. *Révue Méd.* 1830. p. 487. Moll et van Eldik IX, 1830. p. 479. — (4) *Annali* Decemb. 1828. *Arch. Gén. de Méd.* XIX, 1829, p. 267 sq.

(5) Gräfe's und von Walther's, *Journal der Chirurgia und Augenheilkunde*, b. XV, h. II, p. 334.



nistracione Endermatica valde utili, Acetatem Morphii, extractumque Belladonnae spectantes (1). Serius (Novbr. 1831) observationes communicavit, quas cum D. Bonnet collegerat, de utilitate Sulphatis et Muriatis Morphii, prae Acetate ob promptiorem absorptionem, endermatice applicatorum, in sanando rheumatismo articularum (2).

Bluff nuper quaedam nostrae in methodi detrimentum dedit (3). Scilicet respiciens Acetatem Morphii, Strychnium atque Chinium frequentissime endermatice administrari, cum hisce pericula fecit, nec ab ullo, licet saepius, variisque in morbis, et dosi, adhibito bonos vidit effectus.

Nuperrimo denique tempore (4 Julii 1831.) Rud. Alb. Magnus (4), octodecim tradidit observationes, cum illo a celeberrimis practicis Barez, Heim et Romberg communicatis, de Acetatis Strychnii, Morphii, aliorumque usu Endermatico. Acet. Strychnii cum fructu ita adhibebatur ad choream S. Viti, cephalalgiam, et brachii movendi difficultatem, hemiplegiamque; frustra ad para-

(1) *Journal universel et hebdomaire de Médecine et de Chirurgie pratiques*. Paris. 1831. Juin. Behrend's *Allg. Repertorium der med. chir. Journalistik des Auslands* 1831 Decbr. pag. 315. — (2) *Archives Générales de Médecine* 1831 Nov. *Revue médicale* 1831 Decbr. pag. 473. — (3) Hohnbaum's und Jahn's *Medicinisches Conversations Blatt*. 1831. N°. 37.

(4) Rud. Alb. Magnus, Berolinenſis, *Disfert. inaug. medic. sistens: Observationes in Methodum Endermaticam*, die 4 Julii 1831. Berolini defensa. Berol. 1831. 8°.

lysin. Acetatem Morphii utilem vidit contra tusfes , profopalgiam , paralyfin musculorum faciei , inutilem ad neuralgiam brachii dextri; de Kerme minerali, pulvere Scillae, extracto Aloës aquoso, Calomelane, et sulphure aurato Antimonii pericula quoque facta leguntur.

Haec autem innumerasque in dies de utili nostra methodo auctas observationes, Strychnii Morphiique usum inprimis spectantes, ad sua loca differamus. Sufficiat ex allatis concludisse, jam methodi endermaticae fidem esse positam ejusque applicationem omnes confuevisse inter praticos (1).

(1) Meta hic fit posita! Ne in malam ducatur partem, me hujus historiae argumentum adeo extendisse. Ipsa enim parum erat elaborata, cui accedit, plures, quorum opera breviter op oculos posuimus, auctores raro occurrí. Sic Bretram in variis bibliothecis frustra quaesivi, donec ex ipsa Italia acceperim; Lemberti opus non amplius in commercio est, neque, aeque ac illud Richteri, facile acquiritur; hinc, cum non parca gauderem librorum copia, in hac conscribenda historia aliquid utile, quamquam arduum, esse putavi.

C A P U T II.

REMEDIORUM APPLICATIONIS  
EXTERNAE FUNDAMENTA ANA-  
TOMICO PHYSIOLOGICA.



La faculté absorbante de la peau n'est plus un objet de controverse ; l'expérience et l'observation l'ont prouvée , même aux yeux des plus sceptiques.

*Archiv. gén. de Méd.* XI. 1826. p. 75.

COLLARD de MARTIGNY.

§. I. Qui igitur praemisam legerit historiam jure quaeret : quodnam sit tandem organum illud , cui , eventu adeo felici , medicamenta applicantur , quidve illud , ut talis eventus obtineatur , praestet ? Nec miraremur , si ulterius lector peteret argumenta , quibus probandum : revera dari absorptionem externe applicatorum , atque haec omni , qua polleant , vi medicatrice in hominum morbos agere internos , similitque ratione ac interne porrecta ; vel si actionem talium remediorum explicandam , aut functionem cutis integrae et laesae discernendam aliquis postularet , ut probabilem de medicatione externa haberet notio-  
nem.



ret. — Hanc ergo ob causam ad singula haec pertractanda aggrediamur.

## I. PARS ANATOMICA.

§. 2. Omne quod vivit animal benigna Natura, ab injuriis e rebus externis facile oriundis, defendit integumentis ope, quo quasi sacco omnes includit partes; systemate cutaneo animal cum mundo externo cohaeret. Omnia quae corpus intrant illi sive nocitura sive profutura hoc systema penetrare debent. Prima in embryone distincta pars est (1). Systema cutaneum dividunt in partem externam, cutim, et internam, membranas mucosas; utraque pars ejusdem typi modificatio, structuram et functione haud valde dissimilis; unam vero alterius esse prolongationem, negandum, nascuntur enim ubi inveniantur membranae. Magna tamen est similitudo; in prolapsu uteri, aut ani, mucosa vaginae vel intestini recti membrana, incrasatur, exsiccatur, cutis speciem refert; si quaedam superficiei corporis pars, diu atmosphaerae actioni substrahatur, epidermis mollescit, disparet, mucis adest secretio, uti illud videmus in anchyloxi, ubi crus valde flectum diu natibus sit appositum (2).

§. 3. Quoad cutis *structuram*, assumenda videtur opinio Cl. Eichhorn (3), qui duo cutis

stra-

(1) P. A. Béclard, *Eléments d'Anatomie générale*; Brux. 1828. p. 215 — (2) Béclard, l. c. p. 219. — (3) Meckel's *Archiv für Anatomie und Physiologie*, 1827. p. 27—129.



statuit strata (1); vulgo tria enumerantur: epidermis, rete Malpighii, corium. Alii quinque numerant (2); Cruikshank (3), Gaultier (4), Cloquet (5), Dutrochet (6) sex, quadruplicem retis Malpighii statuentes laminam, quod rete Gordon (7), Bichat (8), Rudolphi (9) negant. Eichhorn in medio veritatem quaesivisse videtur, cutim statuens et Epidermidem; ad priorem refert panniculum adiposum, corium et mucum Malpighianum.

§. 4. Si incipiendo ab interioribus, *Cutis* partes cultro anatomico exponere velles, primum offenderes panniculum adiposum, membranam cellulas referentem, irregularibus adipis massis, iterum e minoribus cellulis factis, repletas (10); hac remota corium offendes cujus 3 laminas, cellulis  
lym-

Dr. H. Eichhorn, zu Göttingen, *Bemerkungen über die Anatomie und Physiol. der äusseren Haut des Menschen.*

(1) l. c. §. 28. p. 44. — (2) *Samml. ausf. Abhand.* VI. p. 705. cf. etiam Seiler, *Integumente des Körpers in Pierer's und Choulants, Anatomisch Physiol. Real Wörterb.* IV. 242. sqq. — (3) Eichhorn, S. 27, p. 39. Seiler, p. 244. — (4) *Récherches Anatomiques sur le système cutané de l'homme.* Paris 1811. Hufel. *Biblioth.* XXVIII. (1812. p. 266.) *Recherches sur l'organisation de la peau de l'homme.* 1809. — (5) *Traité d'Anatomie descriptive,* II. Paris 1816. p. 771. — (6) *Journal Complément. du Dict. des Sciences Médic.* Par. 1819. V. p. 366—369. — (7) Eichhorn, p. 39. Seiler, 244. — (8) *Anat. Génér.* II. p. 655, (9) Eichhorn, p. 39. — (10) Eich. p. 48. —

lymphaticis potius, quam adiposis, instructas, et solum structurae densitate diversas, separere licebit; limites difficile distinguuntur, quippe textura sensim sensimque mutatur; primam Eichhorn dixit tunicam vasculosam internam corii (1), ibique cellulas vidit lympham gerentes, non adiposas (2); — textura jamjam densior fit, quae densitas ad medium corium iterum decrescit; adest tunica intermedia corii (3); crassiori huic tunicae tertia succedit laxior et tenuior, quam Eichhorn e laxiore tela cellulosa et vasis rete ita dictum vasculosum facientibus, factam putat; audit tunica vasculosa externa (4); bene distingui possunt haec tria strata; infimum dimidiam, medium et supremum quartam utrumque partem crassitiei corii faciunt; limites autem vix dantur (5).

§. 5. Ad cutim quoque refert Eichhorn corpus illud mucosum, rete dictum Malpighi, quod Bichat (6), Gordon, Rudolphi (7) negant; alii e pluribus laminis fingunt; a corii vasis rete illud secerni, papillas defunfurum B é c l a r d (8) et

(1) Eichhorn, p. 48 sqq. — (2) Has cellulas dicit lymphae destinatas (*Lymphraume*) et in iis lymphaticorum ostiola aperta credit, p. 59 et 64. — (3) l. p. 67. — (4) l. c. p. 68, 69. — (5) l. c. p. 69. — (6) *Traité des membranes en général et de diverses membranes en particulier*. Paris 1802. p. 26. — (7) Eichhorn, 1827. p. 39. — (8) B é c l a r d, p. 256.

et Malpighii (1) autumant. — Secundum  
 Eichhorn corpus mucosum in cadaveribus ex-  
 siccatione adglutinatur corio vel epidermidi; in vivo  
 corpore est materies albuminosa, mucosa, tenuissi-  
 ma tela contenta, alcoholè coagulabilis, unde in Mu-  
 seis adeo pulchre exponitur. Per telam, hunc mucum  
 tenentem, sensim sensimque densatam, rete vascu-  
 losum ad supremam cori partem extenderetur (2).  
 Fieret rete Malpighii ex albumine feri, ab ar-  
 teriolis serosis nutritionis causa adducti, cujus feri  
 aqua et sales sudoris instar per proprios canales de-  
 sverherentur, albumen rete Malpighii formaret et cu-  
 rtem nutriret (3); in reti hoc ostiola exigua va-  
 sorum lymphaticorum adesse suspicatur (4).

§. 6. Haec tandem omnia, fuci instar sicci et defen-  
 tis, obvestit *Epidermis*. An e plurimis laminis facta  
 sit, uti quidam veterum (5) et recentiorum volunt (6),  
 vel an masfa sit homogènea vasis aequè ac ner-  
 vis (7), aut his tantum (8) destituta, an expansio vaso-

(1) Chaussier et Adelon, *Art. „Peau” in Dict. des Scienc. Méd.* XXXIX. Paris 1819. p. 567. — (2) Meckel's *Arch.* 1827. p. 40—43. — (3) Meckel's *Archiv.* 1826. Eichhorn, *zu Gotting. Ueber die Aussonderungen durch die Haut und ueber die Wege, durch welche sie geschehen*, p. 405—486. Cf. p. 447 et 48. — (4) Vid. 1827. p. 86. — (5) Vid. apud Haller V. 15. — (6) E. H. Weber, *Beobacht. ueber die Oberhaut, die Hautbulge etc.* Meckel *Archiv.* 1827. p. 198. 201. — (7) Béclard, l.c p. 262. — (8) Haller, *nervos non adesse dicit, vascula autem negare non ausus est.* V. 15.



rum cutis (1), aut tota quanta e vasibus absor-  
 bentibus (2), an e squamis imbricatis, aut e strato  
 cellularum irregularium, in quarum interna par-  
 te granulationes diversae formae (3), aut e parvis  
 squamulis semi-ovalibus sibi inpositis et vasa in-  
 et ex - halantia in interstitiis gerentibus oblique  
 aperta (4), non est quod certe affirmare valeo. —  
 Mittamus quoque litem an ex muco Malpighiano  
 exsiccatione (5) an ex oxydatione (6), aut ex  
 secretione cutis oriatur (7). Verosimiliter est in-  
 durata superficies corporis mucosi, adeo ut inde  
 a dermate ad epidermidis superficiem usque degra-  
 datio succedens obtineat organisationis et vitalita-  
 tis, et epidermis species sit fuci cum organizatio-  
 ne et vita non nisi origine cohaerentis (8). Hac enim  
 ratione simul componuntur lites de vita et organi-  
 fa-

(1) Leeuwenhoek, expansionem vasorum cutis, Ruysch papillarum credit; Béclard, p. 265. — (2) Magcagni, *Prodromo della grande Anatomia* II. 1821. *Mediz. Chir. Zeit.* 1823. III. 129 sq. — (3) Raspail. — Froriep's, *Notizen*, n.º. 438. XX. n.º. 20. 1828. p. 337. — (4) Mojon *Osservazioni notomico fisiologiche sull' epidermide*. Gen. 1815. *Journ. univ. des Sciences Médic.* II. 293 et 300. Richerand, (*Nieuwe grondbeg. der Natuurk. v. d. M.* 1826.) II. p. 82, etiam de laminis loquitur. — (5) Uti veteres (Béclard, p. 26.) Haller (V. 20. et qui ibi ex illo tempore indicantur) Raspail, (l. c. p. 337) Garangot, (Béclard, p. 265) sed Seiler, (l. c. p. 252) observavit tunc in foetu fieri non posse Epidermidem, hinc nova theoria. — (6) Eichhorn, 1827. §. 39. p. 87—88. — (7) Richerand, *Éléments de Physiol.* 8.º. edit. II. p. 75. — (8) Béclard, (*Anat. génér.* p. 265).



fatione illi prorsus deneganda vel concedenda (1). — In cute putrefactioni exposita, si jam caute epidermidem dimoveas, elevando multitudinem videbis filamentorum transparentium decolorum; aliis (2) vascula fudorifera, aliis (3) in- et ex- halantia, aliis tandem filamenta, haec sunt visa, ex epidermide ad corium ducta, (4) aliis a mucositate (5) formata.

§. 7. *Nervi cutis.* A quovis totius corporis nervo unum vel plures ramulos ad cutim tendere omnes consentiunt, adeo ut jam Glisson cutim telam habuerit nerveam (6), et substantiam nervorum per cutis texturam solvi, effundi atque dispergi alii (7) bene docti putarint. — Cultro vix ultra

CO-

(1) Mojon, (l. c. p. 299) Epidermidem totam quantam organifatam dicit, sensibilem, vitaeque organicae subjectam. Sic et alii (Béclard, p. 261). Seiler vitae subjectam quamdiu cum corio cohaerat, transitumque a structura organica ad conglomerationem inorganicam putat. (l. c. p. 252. cf. Richerand, *Elemens*, II. p. 75). Facile quisque assentiet Collard de Martigny, (*Arch. génér. de Med.* XI. 1826. p. 73 sqq. 77, 78): epidermidem, quae nutritur, morbose afficitur et regeneratur vitae vegetativae non posse non subjectam esse, licet et nervi et sensibilitas vel sic tamen ei desint.

(2) Kaau, Hunter (Béclard, p. 261). — (3) Bichat, (*Anat. génér.* II. p. 759 et 60), Chaussier et Adelon, (l. c. p. 569.) — (4) Cruikshank, (Béclard, p. 261), Seiler, (l. c. p. 251). — (5) Béclard, (p. 261) quia nec post injectiones nec post inflamm. rubescerent. — (6) Dumas, *Princ. de Phys.* II. 1800. p. 368. — (7) J. B. Wilbrand, (*das Hautsystem in allen seinen Verzweigungen, Anatomisch, Phys. und Pathol. dargestellt.* Gießen, 1813. II. p. 119.) Ifenflamm, (von Humboldt, l. c. I. p. 222), Gall.

corii stratum medium persequi possunt, ubi cum vasis minoribus hic et illic papillas formare videntur, quae e reti convoluto vasorum et nervorum in extrema corii parte inveniuntur (1); in linguae et digitorum apicis papillis materies nervæ praevaleret prae vasis, tantum harum nutritioni necessariis, in aliis autem locis vasa praevalerent prae nervis, hic tantum ad illorum functionem moderandam obviis, nec alii praeter vasorum nervi adessent, nam sensibilitas hic loci noceret ubi tantum defensio a rebus externis, absorptio et secretio requiritur (2); ingeniosa sane theoria! sed nervi qui secretioni et excretioni praesunt, qui vasa conducunt, a magno sympathico oriuntur, et igitur in cute (non ita in linguae et digitorum apice) nulli essent praeter sympathici nervorum rami. At, quodvis punctum cutis vel exilissimo capillo tangas, semper percipitur! Solidior igitur videtur opinio, nervos, quum ultra mediam partem corii eos persequi non detur, in ipsa cutis substantia subtilissime dividi et solvi.

E dictis patet, papillas, quas supra corium collectas *papillare* formare *corpus* autumant, verosimiliter componi e nervis et vasis minoribus convolutis, tela junctis, in extremo corii strato promi-

(1) Eichhorn, 1827. §. 26. p. 37. §. 34. p. 70.

(2) Eichhorn, §. 37. p. 83. „*Vermuthungen über die Vertheilung der Hautnerven.*“

mentibus. L e n h o s f e k e papillis nervos procedere, inter corii areolas ad ramos majores concrecentes, putat (1), alii (2) totas fingunt e nervis papillas, alii (3) e vasis, quin et ex abforbentibus et exhalantibus; E i c h h o r n eas negat, et telam cellularem cum vasis reticulariter dispersis, quas viderint, papillas esse dicit (4).

§. 8. *Vasa cutis.* Membranae integumentariae sunt partes omnium vasis ditissimae (5). Arterias autem in ipso dermate jam multiplicem inire anastomosin, dein in ejus superficie rete vasculosum facere, non nova, sed jam a B i c h a t. (6) producta est opinio. Dermatis areolas penetrare vasa, ibique, a subtili tela cingente sustentata, dividi, ad externam superficiem tendere, papillasque ibi et vasculosum rete formare, scripsit B é c l a r d (7); ad faciem corii supremam vasa igitur ipse (8) et alii (9) referunt. Eandem sententiam Harctius circumscriptam, novae instar, protulit E i c h h o r n (10) priorum placita moderans. Scilicet vasa multiplici anastomosi in infimo corii strato jam subtile

for-

(1) *Phys. Med.* § 145. p. 105. — (2) Brera, §. 254. II. p. 142. Hempel, *Ontleedk.* p. 258. — (3) Chaussier et Adelon, l. c. p. 567. — (4) Eichhorn, §. 26. p. 37. §. 37. p. 83. §. 34. p. 70 et p. 85. — (5) Béclard, (p. 316).

(6) *Anat. génér.* II. p. 689. — (7) l. c. p. 251. — (8) l. c. p. 253. — (9) Gordon, (Eichhorn, l. c. p. 39). Rudolphi, *Acad. Wissensch. zu Berl.* 1814—1815. p. 176—177). Bichat, *Anatomie génér.* II. p. 569. — (10) 1827. p. 40. et 68—73.



formarent vasorum rete, eo tenuius quo magis ad intermedium accedunt stratum, quod rectangulo perforarent, et jam horizontaliter retis instar, per laxiorem tunicae intermediae, quae incumbit, telam cellulofam dividuntur, et sic ex hac vasorum per telam dispersione supremum corii stratum, id est tunica vasulosa externa ortum duceret, vasaque ita corio non incumbunt, sed ipsa supremum faciunt stratum.

Cultro vasorum fines detegere nemini licuit, plures autem in corii superficie adesere patet in praeparatis felicissime injectis, ubi materies interdum guttularum ad instar effluxa propullulat; ut fierent canales sudoriferi ab Eichhorn detectis, necesse vasa adfuisse debuerunt.

In Malpighii reti rubra non adsunt vasa (6); capillaria exiguis cum ostiolis ibi adesere concluditur ex praesentia ipsius mucii et lymphae in cellulis (7); — in Epidermide an adsint satius adhucdum videtur hac de re cum Hallero (V. 14.) nihil affirmare.

§. 9. *Pori cutis.* „cutis undique meatibus plena” docente Galeno (3); nec mirum! sudoris enim secretio datur; Leeuwenhoek igitur poros vidit, depinxit, imo in pede quadrata 207,360,000 cal-

(1) Eichhorn, 1827. p. 86. — (2) Ibid. et p. 78.

(3) *De Simpl. Medic. facultat.* I. 13. Opera Omnia per J. Cornarium. Basl. 1549. V. p. 14.



calculo finxit; Von Humboldt autem sub Microscopio 312, 400 augente, nullos in epidermide poros vidit (1); hinc multi benedocti (2) quos observare non possent negarunt poros, alii (3) vel sic tamen eos adesse statuerunt, ut sibi transitum per cutim declararent, alii eosdem simul ad exhalationem et absorptionem aptos putarunt (4). Celeber Bellini (5) jam e separata cute et inversa faccum formabat, et sic quasi per alutam Mercurium presfit.

Wilbrand (6) jam notavit e poris in digitorum apice provenientes cerni posse sudoris guttulas. (7) Béclard excavationes notavit infundibuliformes coecas, et spatia inter parvas Epidermidis strias, nudo oculo contigua, sub lente vero irregularia, rigosa, excavationes minores exhibentia, cum poris comparanda, quia sudor inde propullaret; poros esse negat, nam in cadavere Epidermis exsiccationem impedit, quae cito obtinet in locis excoriatis; ipse uti Humboldt et Seiler, ex columna Mercurii 28 pollicum, supra laminam detractae Epidermidis posita nullum observavit transitum. —

Eich-

(1) *Über die Fäser*, l. c. I. p. 156. — (2) Meckel, (*Handbuch* I. p. 567) sudorem per penetrationem excerni statuebat. — Béclard, (*Reil, Ueber die Erkenntnis and Cuhr der Fieber*. V. 1815. §. 1. p. 16). — (3) Seiler, l. c. p. 251. (4) J. G. Haase, *de Vasis cutis et intestinorum absorbentibus*, fol. Leipz. 1786. p. 14. — (5) Kaau B. l. c. §. 436. P 189. — (6) *Das Hautsystem*, l. c. p. 71. — (7) Béclard,

Eichhorn autem (1) invenit infundibuliformes istas excavationes cum canalibus cohaerere, quae canales essent epidermidis modificatae prolongationes, et in cellulis texturae cutis, cellulisque corii lymphaticis terminarentur; in externa superficie ostiolis inorganicis jam apertis jam clausis finirent. Has decrevit canales sudoriferas quae vi capillari ex lymphâ, ab arteriis serosis in cellulis cutis deposita, partes aquosas cum salibus sub forma sudoris devehent. In quadrata pede adsunt 720,000. Aestate guttulae sudoris ex iis pullulantes conspiciuntur. Pori hi inorganici aperiuntur quando epidermis intumescit, et sunt vel spatia irregularia in substantia cutis, per quae obtinet perspiratio insensibilis, vel margines referunt cum canaliculis, quas vocat poros cutis inorganicos regulares, vel poros sudoriferos; inserviunt excretioni sudoris guttatim effluentis, frigore clauduntur, calore patent.

Quidni qui praeceserunt hos viderint jam patet, nam in detracta epidermide contrahuntur, intumescencia in aqua, crispando ficcitate (2); e vesicis a cantharidibus elevatis nihil effluit, ob disruptas canales et fluidum ipsum orificium premens. Cerni possunt quando, cute aqua calida tractata, epidermis caute detrahatur, ubi vaginalum instar

ap-

clard, l. c. p. 248, 260, 262, 263. — (1) Meckel *Archiv* 1826. p. 405 sqq. — (2) Meckel. 1826 p. 423.

apparent (1). — Notabile autem est Cel. Grew eos a°. 1684 jam quam exactissime in tabulis expressisse (2), et nuper quoque ante inventum Eichhornii, dextrerrimus Schröter (3).

§. 10. *Cutis vasa lymphatica.* Decursus horum vasorum est per telam cellulofam, sub cute venarum ductum sequentes; statim quando percipiuntur, radiculæ videntur quæ haud infrequenti anastomosi inter se junguntur, adeo ut rete forment quod magna pro parte membranas serofas et integumentarias formaret (4).

De vasorum lymphaticorum in cute finibus dissentiunt Anatomici; ostiola ab aliis fuere negata, visa et depicta ab aliis (5). Haase in exteriori cutis superficie sive cuticula globulos Mercuriales sparsim haerentes vidit pressione post inpleta vasa lymphatica (6). Mascagni (7) per totam corporis superficiem ostiola adesce putat, imo totam epidermidem finxit vas lymphaticum. — Plurimi  
haec

(1) Meckel, p. 421. — (2) Weber, (Meckel *Archiv* 1827. p. 198.) Grew depinxit in: *Phil. Transact.* Year 1684. n° 159. p. 566. Nemo tabulam inspiciens negabit.

(3) *Das menschliche Gefühl* etc. Leipz. 1814. fol. fig. 7. 8. 9. 12. 20. in p. 27. Autenrieth, (*Physiol.* Tubing. 1802. Bd. II. p. 151) eosdem jam indicasset. Hufel. *Journal. der pract. Heilk.* Bd. LXVIII. St. VI. p. 106. — (4) Béclard, p. 379.

(5) Béclard, p. 327. — (6) l. c. p. 5. — (7) In litteris ad Desgenettes misiss. (*Rec. Périod. de la Soc. de Méd. de Par.* III. an 6. p. 91—93. — et supra vide.



haec lymphaticorum ostiola, sive in ipsa epidermide, sive in corio haerere putarunt (1).

Si autem ad reliquum corpus attendamus, videmus vasa lymphatica, fere semper, si non unice, per telam cellularem esse dispersa. Constat materies externe applicatas absorberi, sed immature inde concluditur, in epidermide orificia patula adesse nam horum absentiam ibi egregie demonstrat Eichhorn (2). Nec tamen haec sunt deneganda; ut autem horum functio, absorptio, bene procedat necesse fluidum tangant vel in receptacula fluidi absorbendi exeant; hinc orificia non nisi in cellulis cutis aut corii superficie existere possunt (3); lympham variolosam non afficit nisi scalpello sub Epidermidem ponatur. Nisi adessent ostiola quomodo diversae materies, sanguis, cruor, pus, materies fabulosa in calculosis, Hydrargyrum in iis invenirentur (4)? Cum autem absorptioni indigeant receptaculis, ut fluidis submersa sint ostiola, hinc Eichhorn in cute in cellulis tantum corii, et

iii

(1) Soemmering, (*de Corporis Humani fabrica*) V. Traj. ad M. 1800. §. 4. p. 390. et §. 6. — Lenhossek, (II. p. 106 et seq.) in areolis corii, Berra, (II. §. 248. p. 133) in superficie corii; in extrema cutis superficie Chaussier et Adelon, (l. c. p. 596 et 563), ut Béclard, (p. 326 et 327.). Ad epidermidem usque ostiola tendere credit Humboldt, (I. p. 155) et Bichat, (II. p. 765—772.). Wilbrand, (II. p. 56) ostiola in tuvicis villosis quasi solvi credit. — (2) l. c. 1827. p. 93—98. 109. — (3) Ibid. 101—104. (4) Cf. ibid. 117—118.



in cellulis lymphaticis ab illo descriptis, ea notavit (1); ingeniose hoc cohaeret cum inventione canalium suderiferorum, per quas absorbenda transirent, non autem videmus quidam in suprema corii parte desinerent vasa lymphatica (2), aut subtile in ejus superficie facerent rete; probata epidermidis permeabilitate, fluida cum hanc penetraverint, corium inter et epidermidem deposita tangunt jam ostiola, neque ulteriore receptaculo indigent.

De altera fine vasorum lymphaticorum in venas scilicet mediate per glandulas vel inmediate acuto sub angulo, aut in ductum thoracicum hic loci vix agendum videtur.

## II. PARS PHYSIOLOGICA.

§. 11. Multae eaeque momento plenae sunt cutis functiones. Sensus tactus sedes est, corporis tegit, et ab externi mundi injuriis defendit, superflua inutilia excernit, et tandem materies appositas five aeriformes five fluidas inhalat. Ultima haec functio nobis consideranda, misis reliquis et inprimis etiam misa in mirabilem cutis cum interno corpore nexum, inque ejus respirandi facultatem ampla inquisitione.

§. 12. *Absorptio cutanea.* Infima animalia zoophy-

(1) §. 48. p. 122. — (2) Chaussier et Adelon; ipse Eichhorn, §. 30. p. 85 hoc suspicatur.

phyta absorptione cutis nutriuntur. Prusf. Potas-  
fae externe applicatum in sanguine invenitur (1);  
respirationis negotium in inferioribus etiam cuti in-  
cumbit. In superioribus ubi omnium functionum  
distincta separatio, internis absorptio potius parti-  
bus concessa est (2); absorptio externa est inter-  
nae auxiliatrix; minime tamen credantur qui illam  
negant, obstat et ratio et experientia.

Vetëribus jam momenti plena fuit visa: „ Σάρ-  
κες ὀλκή καὶ ἐκ κοιλίης καὶ ἔξωθεν, δῆλον ἢ αἰσθη-  
σις ὡς ἐκπνοῦν καὶ εἰσπνοῦν ὄλον τὸ σῶμα (3).” —  
Haud novum est senibus, exhaustisque puellarum  
vegetarum accubitus commendari (4), et Phthiſis  
ac Podagram concubitu contrahi (5).

In foetu cutis jam absorbet. Diserte nostrates (6) in-

- (1) Treviranus, l. c. I. p. 38 et pulchre Bluff, (*de  
absorptione cutis*. Berolini. 1825. Huf. *Bibl.* LVI. 1826. p. 182). —  
(2) Béclard, p. 224. — (3) Hippocrat. *de morb. vulg.*  
VI. Sect. VI. 1. inedit. Foessii, II. 1662. Sect. 7. p. 1190. Ga-  
lenus, (*Op. omn.* Basil. 1549. III. p. 745) pulchre in hunc lo-  
cum commentatur. — (4) David, III *Regum* I. 1—4. Baco,  
(*Hist. vit. et mort. Int.* IX. §. 26.) de Barbarossa sene idem  
notat. — „ *Celebre illud consilium Hermippi puellarumque  
vegetarum accubitus senibus commendatus*” Haller. V.  
p. 89. — (5) Haller, V. p. 39. Richter, *Spec. Therap.*  
VI. 1818. p. 767. Seiler, l. c. p. 220. — (6) H. v. d.  
Bosch, *Disf. Chem. Physiol. de natura et utilitate liquoris  
Amnii Traj.* ad Rh. 1792. 4°. G. Posthumus, *Disf. Medi-  
ca de liquore foetali amnios dicta, 3 casibus, deficiente prae-  
sus hoc liquore, parturientium in Nosoc. Acad. observ.* Gron.  
1819. 8°.

inprimis experimentis Brugmans (1), Amnii liquorem per cutim absorberi demonstrarunt, ut inde alii partus sicci causam repeterint (2); epidermis tamen jam altera aut tertia mense formata est.

Momentosa haec in sanitatem moderandam vel restituendam functio semper tenuit Physiologos, qui innumeris fere observationibus et argumentis hanc cutis facultatem probarent. — Abstrahantur autem (3) istae observationes, *a.* ubi respiratio pulmonum multum fecisse potuerit, *b.* ubi epidermis fuerit emollita, laesa, frictione deperdita; — praecipuas lustremur, et ab utraque audiamus parte.

#### OBSERVATIONUM ORDO I.

##### *Ad probandam absorptionem cutaneam.*

I. *Materiae extus applicatae, chemice, odore, vel sapore intus repertae.*

§. 13. *Hydrargyrum, alia.* Plurima exempla leguntur de Hydrargyro extus unguenti forma adplicato, et regulino in ossibus reperto, uti illud viderunt Mead, Brasfavolus (4), Boyle (5), Holtz in

(1) V. d. Bosch l. c. p. 49—54. — (2) J. P. J. Rudolph Disf. *de partu sicco*. Erlangae 1790. 8<sup>o</sup>. §. 4. Soemm. *de morbis vasor. absorb.* l. c. p. 181. — (3) Béclard, l. c. p. 266. — (4) Murray, A. M. II. p. 52.

(5) Cruikshank, *Geschichte und Beschreib. d. einsaugende Gefäße von C. F. Ludwig*. Leipz. 1789. 4<sup>o</sup>. p. 101.



in dentium radicibus (1), Otto (2) aliique (3); Fallopius (4) reperit: „homines inunctos „triennium ante et venientibus gummatibus, in „tibiis detecto osse vidit ibi collectum argentum „vivum.” — Wepfer (5) notat, Mercurium foris artubus illitum intra cranium aliquando a se repertum fuisse.

In sanguine hominum inunctorum et animalium illud invenerunt Autenrieth et Zeller (6), Seiler et Ficinus (7), Westrumb (8), Schubart (9). — River (10), Mascagni (11) in glandula parotido; alii (12) in saliva; Guerfent (13) in mammae glandulis et salivalibus feminae hydrargyrosin pasfae; Bloch (14), Ha-

- (1) Henckel, l. l. p. 63. — (2) In radio et ulna et ossibus pedis juvenis qui propter ulcera scrophulosa subierat inunctionem. *Huf. Bibl.* LVI. 1826. p. 62. — (3) An huc casus Hufelandi, *Journ.* 1820. V. p. 117. — (4) *Tract. de morbo Gallico*, 2 Cap. LXXVI. ap. Luifin. l. c. p. 809.
- (5) J. J. Wepferi, *Observat. Med. Pract. de affectibus capitis internis et externis.* Scaph. 1727. 4<sup>o</sup>. p. 256. obs. 75.
- (6) Reil et Autenrieth's *Archiv für die Physiol.* VIII. p. 213. — (7) In hujus *Zeitschrift für Natur en Heilkunde.* Dresden. II. p. 317 seq. — (8) A. H. L. Westrumb. *Untersuchungen über die Einsaugungskraft der Haut.* Meckel, *Archiv.* 1827. p. 469—537. 509. — (9) In sanguine equi inuncti globulos vidit. *Rudolphi Physiol.* II 1828. p. 264. — (10) Murray, II. p. 55. — (11) Brera, §. 211. II. p. 30. — (12) Autenrieth's *Phys.* §. 551. — (13) *Archiv génér.* XV. 1827. Novb. p. 385—89. — (14) Westrumb. l. c. p. 490.



Hamilton (1) in lacte; Bichat (2) in liquore Amnii; Cantu (3) Colson (4) in urina. Inunctis nutricibus luem neonatorum curare familiare est (5); in Gallia (6) tenellos istos curant lacte caprarum tonsarum et ad salivationem usque inunctarum. — Alii (7) nullum metalli inuncti reperirunt vestigium.

Séguin (8) in morbis venereis pediluvia administravit e 16 $\frac{1}{2}$  aquae et drach. iij. Merc. sublim. corrosiv.; nullum autem apud 13 qui integris gaudebant cruribus et pedibus et pediluvio ad 10° (Réaumur.) usi fuerant, observavit effectum, absorptum salem indicantem, qualem probe dignovit ubi aderat scabies syphilitica et balnei temperatura 18° (9). Quinque miseros posuit in pediluvio tali, 3 cruribus illaesis ad 18°, 2 cum scabie in crure ad 10°; in his effectus observabatur, in illis

(1) *Disfert. on Milk.* 1770. 8°. — (2) *Anat. génér.* II. p. 694. — (3) *Froriep's Notizen*, n°. 142. VII. 1824. p. 151. *Huf. Journ.* LX. 1825. p. 114. — (4) *Froriep's Notizen*, p. 358. XVI. 1827. p. 95. *Med. Chir. Zeit.* 1829. III. n°. 34. — (5) Asfalini, l. c. p. 115. Voigtel p. 356. — (6) Blumenbach, *Med. Biblioth.* Gott. 1785. I. p. 49. *Froriep's Notizen*, 600. XXVIII. 1830. p. 96. Moll et v. Eldik, X. 1831. p. 284. *Wendelstadt, Hufel. Journ.* XXVIII. V. p. 69. — (7) Mirabelli, Berthollet, Wedemeyer, Cruikshank, Chevallier, Rhades, Wöhler, alii. — (8) Meckel, *Deutsches Archiv für die Physiol.* III. 1817. *Intelligenzblatt*, p. 585. et sqq. — (9) *Ibid.* p. 590.

lis tarda et debilis absorptio (1). Brachium in 10 ℥ aquae cum drachm. ij. Merc. s. c. ad 10° diu submersum tenuit; nullus effectus, neque salis in solutione inminutio; ad 18° sal diminutum, aquae autem quantitas minime minor (2); concludit (3) infra et supra 10°, 11° — 18° nullam absorptionem locum habere; in hoc enim casu cutis constringitur, in illo sudor absorptionem impedit. — Mercurii effectus ex longiore pediluvii usu notavit, ob natam inde cutis laesionem (4). Mercurio dulci, scammonio, gummi guttae, sale Alembroth, et Tartaro Emetico abdomini apposito post 10  $\frac{1}{4}$  horas patuit ponderando salem Alembroth. 10 gr., Tartar. Em. 5 gr., g. gutt. 1 gr. Merc dulc.  $\frac{2}{3}$  gr. perdidisse, scammonium  $\frac{3}{4}$  gr. acquisivisse, quod non a solubilitate, sed a majori acritate repetit (5); absorptio igitur non peragitur epidermide integra, vel nisi laedatur, proprietate acri stimulante applicatorum. — Ei assentiunt J. Currie (6), Magendie (7). —

Con-

(1) l. c. p. 591 et 595. — (2) Ibid. p. 591—593. Materiem perspirationis sal ex solutione petere et secum intus ferre putat (594, 599.) — (3) Ibid. 590, 593. — (4) Ibid. p. 594—596. — (5) l. c. p. 597. — (6) James Currie, *über die Wirkungen des kalten und warmen Wassers, als ein Heilmittel im Fieber und in andern Krankheiten*, I. Leipz. 1801, a. d. Engl. übers. von Michaëlis. II. Leipz. 1807. übers. von Hegewisch. (5<sup>a</sup> edit Lond. 1814) cf. l. c. XVII. p. 258. „Findet eine Inhalation durch die Haut statt? cf. p. 279. — (7) Magendie, *Journal*, I. p. 14. *Préc. El. de Physiol. Expér.* II. p. 262.

Concedimus acria, stimulantia, epidermidem laedentia facilius absorberi, magnamque esse temperaturae efficaciam, sed ex his cuti illaesaе absorbendi facultem, aut epidermidi permeabilitatem ne deneges; minor enim temperatura, et falsis corrosivi vis adstringens multum fecisse videntur. Sic Sewall dum decoctum rhei, rubraeque tinct. in excretionibus reperirat, nullum vidit transitum ex decocto adstringente ligni campechensis, brasiliensis, corticis quercus.

*Chemice* transitus materiarum pulchre probatur. Westrumb in cruris viri sani locum vesicantis ope excoriatum cucurbitam posuit, illique per  $1\frac{1}{2}$  horam pediluvium supposuit ad  $20^{\circ}$  (Réaumur) cum Prusf. Potasae; en! . . . Muriate oxydi ferri post bichorium in lympa per cucurbitam extracta translatum sal apparuit (1); idem ad  $22^{\circ}$  observavit; — admixto, praeter Prusfiatem, Nitrate Potasae, illud probe hoc minime in sanguine venae brachialis observabatur (2); rheum balneo brachii admixtum, in cucurbitae sanguine quoque et in urina prodibat (3); copiosior transitus post irritationem cutis ope tinct. canthar. (4). — Lebküchner (5) plu-

(1) I. c. Exp. VI. p. 506. VII. p. 507.

(2) Ibid. Exp. VIII. p. 508, canem abrasum postico corpore in balneum cum Prusf. Pot. posuit per 30 m. ad  $20^{\circ}$ ; sal in sang. venae caevae, urina, non in chylo et ductu thoracico. Ibid.

Exp. XI. p. 534. — (3) Ibid. Exp. IX. p. 508. Exp. X. p. 508. — (4) Ibid. Exp. XII. p. 534. — (5) Lebküchner,



rimis experimentis Prusfiatis Potassae transitum probavit (1); acido sulphurico diluto extus admoto acida excrementa reperit, repetitaque frictione tormina ventris, urinam acidam, intestinorum inflammationem (2); Acetatis plumbi dr.  $\beta$  in aquae Unc. ij. quater in cuniculo affricta, post veneficii symptomata mortem vidit dum partes internae admoto Hydrog. sulphur. nigrescerent; ex dr. j. Muriat. Barytae cum 20 part. aquae post 12' veneni effectus, ex iterata frictione mortem in cuniculo vidit (3).

Albrecht quoque momentosa his in rebus fecit pericula (4).

§. 14. *Materiae odoriferae.* Camphora et Phosphorus post externam adhibitionem in aere exspirato animadvertuntur (5). — Westrum b utroque brachio ad cubitum usque per 45' ad 20°—22° (R) in balneum cum Prusf. Pot. dr. j. Nitrat. Pot. dr. ij.

et  
Disf. qua experimentis eruitur, utrum per viventium adhuc animalium membranas atque vasorum parietes ponderabiles illis applicatae permeare queant, nec ne? Tubing. 1819. 8<sup>o</sup>. cujus epitome fuse in *Archiv génér. de Méd.* VIII 1825. Mars p. 424—444. — (1) Ibid. p. 425—427.

(2) Ibid. p. 426. Simile quid narrat Westrum b, l. c. p. 491. — (3) Ibid. p. 427. — (4) J. F. L. Albrecht, *Comment. in qua proponitur recensio eorum alimentorum et medicaminum, quibus, sive tubo alimentario sint ingesta, sive communibus corporis integumentis applicata, ingrossus in systema vasorum sanguiferorum aut concessus a Natura aut negatus sit.* Gott. 1806. 4<sup>o</sup>. — (5) Westrum b, l. c. p. 491. Theophrasto jam notum vide supra p. 15.



et Moschi gr. aliquot submerso, Moschum in aere exspirato et urina, Prusf. Pot. in excretis detexit (1). Idem experimentum instituens, tubo quo externum aerem spiraret naribus et ori adaptato et per fenestras ducto, debilior fuit in aere exspirato odor, nullus in urina (2); eodem cum tubo instructus pediluvium fumfit ex decocto rheo, et inferiorem cruris partem Bals. Opodeldoch inungi curavit, unde post 15' ex anima per 6 horas camphoram redolebat (3). — Stuart (4) simili apparatu utens Allium (5) ad axillas, interna crura et malleolos apponi curavit per 1  $\frac{1}{2}$  horam et locum dein ablui; post  $\frac{5}{4}$  horas in aere exspirato diutius quam per bihorium et in urina odor ingratus.

Odorem urinae violaceum ex Terebinthina extus admota tribui adducunt, hic autem absorptionem per pulmones (6) multum facere sponte patet. K a a u B. notat: „qui diu manibus tractat Terebinthinam, paulo post emisam urinam illa videbit inquinatam” (§. 130.)

Rous-

(1) Westrumb. l. c. Exp. I. p. 496, in aliis experimentis post horas odor Moschi adhuc in aere exspirato. (Exp. III. et IV. p. 497—498.) — (2) l. c. Exp. II. p. 497. — (3) l. c. Exp. V. p. 498. — (4) „*Versuche welche die, von einigen bezweifelte Einsaugung durch die Haut zu beweisen scheinen* von J. Bradner Stuart von Albany. (Meckel, *Deutsch. Arch. f. d. Phys.* I. 1815. p. 151.

(5) „Allium cuti attritum spiritu ac si comederes elucescit.” (Soemmering, *de corp. hum. fabrica*, V. p. 413.) „plan- tis admotum animam olidam reddit.” G. Basilevitsch, (*Systh. resorb. discript.* Argentor. 1792. p. 37.) — (6) Priori

fac-

Rousſeau (1) repetitis experimentis vidit Terebinthinam interne ſumtam, vel adeo externe applicatam ut aer ea inpraegnatus inſpirari poſſet, ſolitum urinae conciliare oderem; cum vero per tubum aërem externum duceret, per 2 horas vaporibus Terebinth. ol. ſe expoſuit, brachium in illud ſubmerſum tenuit, aut nudo corpori affricari curavit, et nihil odoris violacei in urina percepit. Omnem itaque cuti abſorptionem procax denegavit. Lebkühner in cuniculo, oleo Terebinth. per 10' affricto, in tela cellulari, ſanguine venae caevae, et urina odorem percepit (2); Stehberger (3) in juvene cum prolapſu veſicae congenito, ubi quovis momento urina colligi potuit, neque decoctum rheum, neque lign. campech. neque acid. Gallarum, balneis partialibus aut frictione adhibitum tranſiſſe obſervavit, ſed Terebinth. manibus brachioque affricatum poſt 25', inſpiratum poſt 15' in urina detexit (4).

## Li-

ſaeculo mos erat in pectoris et faucium morbis vapores ex ſingulari lebetes herbis et Terebinth. inpleto, inhalare, unde ſemper odor ille violaceus urinae obſervari ſolebant; (*Brief van M. van Geuns, over een' verbeterden toefſel tot dampademing, en de nuttigheid daaryan in Borst- en Keelzickten.* 8<sup>o</sup>

(1) Reil et Autenrieth's *Archiv f. d. Phyſ.* VIII. p. 383, ex *Edimb. Med. and ſurg. Journ.* 1806. II. p. 10. — (2) l. c. p. 424 et 428, oleo camphorato affricto etiam odor in ſanguine venae caevae infer.; pulmones autem hic multum feciſſe videntur. — (3) F. Tiedemann's, *Zeitch. f. d. Phyſ.* II. 1826. H. I. p. 47. — (4) Acetatem Potasſae quoque e pediluvio

in

Liceat autem *propria* quaedam *experimenta* enarrare. Loco testellae vitreae, in fenestra aediculae in horto exstructae testellam ligneam poni curavi, et lignum tanto foramine perforari, quanto volumen partis brachii mei superioris prope humerum arcte exciperetur. Jam cum in aedícula sederem, et nudum brachium (aestate a. 1831 temperatura aeris 68° F a h r.) per foramen ad humerum fere usque porrigerem, januâ et fenestrâ bene clausis, et foramine interposito linteo carpto circum brachium clauso, adiutorem jussi lagenam ex cubiculo meo petere et contentum liquorem, ol. Terebinth., in patinam sub brachio positam infundere; manum immergere inconsultum duxi, cum, uti fieri solet, epidermis prope unguis vel in apice digitorum non raro laesa sit; hinc flexo cubito, ipsum cubitum brachiique partem infra eum, liquore submersi, adeo ut suprema brachii pars et manus sursum flectae, patinae margine sustentae, siccae manerent. Jam hac positione satis taediosa integram horam perstiti, qua praelapsa, ol. Terebinth. rursus in lagenam fundi, patinam auferri, et brachium probe ablui curavi; dein per semihoram eandem brachii partem eadem positione in aqua tepida posui, ne ullus remaneret odor. Urina 15' ante experimentum fuit misa et servata; quae 20' post coeptum

in urinam transgressum vidit; itaque tantum materiae in urinam agentes.



tum experimentum fuit collecta erat ut prima, at vero quae 80' large fuit misa manifeste odorem singularem, priori non proprium, quem dicunt violarum, exhibebat; urina hora II, III, IV, VI et VIII misa eundem habuit odorem, non adeo sequens; observandum alio tempore numquam mihi adeo frequentem esse urinam.

Post 14 dies experimentum repetivi; jam altero brachio in Tereb. venetae et ol. Tereb. pari copia eadem ratione posito, nulla notanda venit differentia nisi quod urina demum ad minutam 100 oleret, et non tam diu (enim ad horam V in quo spatio ter fuit misa) retinuerit.

Cum rursus eadem in positione sederem in patinam mundam infundi curavi, aquam 120° (Fahr.) (quae temperatura durante experimento fiebat 110°), et cum aqua misceri 6 gr. Moschi, quae adjutor a cubiculo meo, lagena bene clausa, petiverat; post horam, (interdum aliquantulo aquae calidae addito), solutionem lagenis excipi, patinam auferri, brachium ablui, et aquam tepidam puram supponi curavi. Urina 90' ab initio experimenti misa debilem valde habebat Moschi odorem, mihi modo perspicuum, unde credo nullum; exspiratus vero aer jam 20' post coeptum experimentum manifeste Moschum redolebat ut cuique esset clarum, adeo ut quum postea consulto amicum quemdam inscium adirem, dixerit: vae tibi qui Moschum redoleas! — Hora IV post experimentum odor evanuerat.

Camphoram subtiliter divisam, cum axungia porcina mixtam, unguenti forma brachio ut supra illiniri curavimus; post 30' anima camphoram redolebat, nullus vero in urina odor, neque amplius quam horam post experimentum camphoram anima redolebat. In alio experimento nullus odor.

§. 15. *Materiae gustu percipiendae.* Moschus e pediluvio (1), ol. Petrae vertici instillatum (2), oleum cajaputi plantae pedis appositum (3), conium maculatum ventriculo admotum (4), quin et oleum olivarum pedi illitum (5), immo ferrum post usum balneorum chalybeatorum, manifeste in ore gustari observatum fuit.

## II. *Aqua ex aëre resorpta.*

§. 16. In locis humidis et tempestate humida exiguam observarunt sitim et frequentem tamen urinam (6); *Chausfier* 4 opifices antro humido sepultos per 14 dies servatos notat (7). *Fontana* per bihorium in aere humido obambulans aliquot uncias se graviorem vidit, drastico licet sum-  
to

(1) *Soemmer. de C. H. fabrica.* V. p. 413. *Lenhosfek* III. p. 354. *Westrumb* l. c. p. 490. — (2) *Haller* V. p. 86. — (3) *Ibid.* — (4) *Asfalini*, l. c. p. 200. *Voigtel.* l. c. I. p. 356. — (5) *Samml. auserl. Abhand.* VI. 1780. p. 652. — (6) *Haller*, V. p. 89. *Westrumb*, p. 491. *Haller* de aëre humido *Jamaicensi*; *Dampierre* (*Marcard*, l. c. p. 260) de nautis in mari pacifico. —

(7) *Dict. des Sciences méd.* XXV. 1818. p. 71.

to (1); de Gorter (2) nocturnam aquae inhalationem statuit Unc. ij. iv. vj, Rye (3) Unc. xiiij, Keil Unc. xviiij (4); Marcard homines vidit interdum labore lasatos noctu 1—3 ℔ acquisivisse (5); Watson vidit juvenem fame exhaustum, quum ei unum vini vitrum porrexisset et dein equo veheretur, intra horam Unc. xxx acquisivisse (6). Parum autem haec argumenta valent ad cutis absorptionem probandam, certe enim respiratio plurimum hic attulit, et constat tempestate humida expirationem longe esse minorem; — in majori vero ponderis augmento, vix a solis pulmonibus deducendum videtur (7).

### III. *Urinae copia major illâ potuum.*

§. 17. Et hoc quoque argumentum parum valere

- (1) Cruikshank, *Geschichte u. Beschreib.* I. c. XVII. p. 96. Linings (*Philosoph. Transact.* XLII. Lond. 1743. p. 496) per  $2\frac{1}{2}$  horas in aëre humido  $8\frac{3}{4}$  unc. absorptas vidit. — (2) Haller, V. p. 89. Keil (*Disf. de Corp. anim. vi adtrahente; Dict. des Scienc. Med.* XXV. p. 5) notat juvenem delasatum, noctem sub coelo hmido terentem, Unc. XVIII mane graviorem. Home (Westrumb, p. 493) noctu multum transpirans mane se graviorem (2 unc. Hall. V. p. 89.) expertus est. — (3) Haller, V. 89—(4) „Quae in aëre . . . circumvolitant aquae particulae, „ a cuti nostra attractae, cum sanguine commiscentur, et corpus pondere augent.” . . . . . „ 27 Decb. hac nocte „ Unc. xviiij vaporis ex aëre ad se fomniantem attraxisse” scripsit. Vide Edwards, *agens Physiques.* Paris. 1824. 8<sup>o</sup>. p. 364 et 366. — (5) H. M. Marcard, *über die Natur und den Gebrauch der Bäder.* Hanov. 1793. 8<sup>o</sup>. p. 259. (6) Westrumb, l. c. p. 493. — (7) Westrumb, l. c. p. 492.



re sponte elucet. — Stupenda leguntur exempla (1) de urinae copia potum longe superante, ut ipse Haller a sola respiratione oriri non posse fateatur (2); quae autem Livizan, Baratti, Fothergill, Frank, de Haen alii (3) de ingenti in Diabeticis et hydropicis narrant urinae copia, excretionibus per naturam et artem licet vigentibus, semper iterum increscente, unde aquae ex aere per cutim absorptionem demonstratam haberent, vix alicujus videntur momenti; proprium est diabete urinae qualitatem et quantitatem mutare; cum Rutherfordio (4), qui in diabete cutim siccam, aridam et calidam saepe observavit, omnia pulmonibus tribuenda putarem. — Ad validiora ergo transeamus argumenta.

## §. IV.

(1) Haller, (V. p. 89, 90) ea collegit. Inter alia: „ Ex „ Gatinaria puella quotidie per 60 dies pocula minxit 16, „ qualia 3 biberat, ut in eo tempore 1740 ℥ urina superaret, „ et super cibum potumque amiserit 1740 ℥; felici tamen „ eventu.” — (2) Innixus calculis Taglini quem citat: „ de aëre,” p. 167, 168. — (3) Has observationes vide apud Westrumb, l. c. p. 499 seq. Seiler, l. c. p. 229. Marcard, p. 252. Cruikshank, l. c. XVII. p. 96. — Lenhossek, III. p. 353, ex hydropo post paracentesin brevi saepe restituto, cutis absorptionem probatam habet. Idem Cruikshank, *Samml. Auserl. Abh.* VII. 1781. p. 655. Darwin, *Zoönomia*, I. Sect. XXIX. §. 43. — Asfalini, (l. c. p. 213 seq.) hinc hydropicos oleo illiniri suadet. — (4) Westrumb, p. 500.

IV. *Balnea.*

§. 18. Aquam extus admotam absorberi multiplici probatur experientia.

A. Naufragi et nautae ubi aquae sit penuria sitim mitigant vestibis humidis et balneo (1).  
 „ Sitiens enim balneum aquae dulcis calidae inprimis ingrediens, licet per os nihil asumat, si per aliquod tempus permanserit illi inhaerens, irroratur ita ut sitis sedetur” momente Kaau B. (2). Cruikshank (3) in aegro Dysphagia spasmodica et vehementi siti laborante, sitis mitigationem et suppressae urinae restauratum fluxum post balneum tepidum vidit, similemque casum observavit Currie (4). — Mascagni ex pediluvio gland. inguinales (5), Marcard in infantibus unius anni ex balneo gland. cervicales tumentes, notant (6). — Haller „ a pediluvio diarrhoeam ex resorpta aqua” (7), Sömmering a balneo tepido gonorrhoeae speciem (8) viderunt.

B. Balnei usu corporis pondus augetur ex resorpta aqua (9); Seguin autem in 35 experimentis  
 il-

(1) Schöpff, l. I. p. 753. Soemm. *de C. H. fabr.* V. p. 410. — (2) l. c. §. 423. — (3) *Gesch. u. Besch.* I. c. 17. p. 96. — (4) l. c. p. 261—74. — (5) *Gesch. u. Besch.* I. *Abfn.* 3. p. 31. — (6) l. c. p. 278. — (7) Haller, V. p. 88. — (8) *De Morb. vasor. absorb.* §. 36 p. 83. — (9) Haller, Asfalini, Chaussier et Adelon, Voigtel, Soemm., et Lenhossek, Seiler, de Martigny, Eichhorn suis locis, — praecipuus hujus rei

illud non observavit, et in balneo transpiratione aliquid minus quam in aëre ponderis perdi expertus est (1), varium pro balnei temperatura, imo ad 28° (R) decrementum. Nec Pouteau (2), Currie (3), Tearson, Gerhard (4), Matthai (5) augmentum tale observarunt, imo Currie potius decrementum. Ingens vero quae datur absorptionis diversitas pro temperatura aquae et aëris, constitutione balneantis, pro cute et relatione inter hujus et pulmonum in- et ex- halationem, fatis experientiae diversitatem declarant (6); Seguin balnea sumit ad 10° - 12° (R.) et ad 20° - 26°; in illo autem casu cutis constringi videtur, in hoc sudor produci, unde absorptionis, ponderisque aucti defectus; e balneo enim mediae temperaturae (18°) ipse transitum Merc. subl. c. vidit. — Experimenta Currie, Tearson, Gerhard quippe in diabeticis instituta vix aliquid demonstrant (7). Currie in viro Dysphagia lethali laborante ex balneo lactis tepido sitim moderatam, vires instauratas, urinam copiosiore notat (8).

E d.

auctor est Maret, *sur l'effet des Bains d'eau douce et d'eau de mer. Dict. d. Sc. Med.* XXV. p. 55. — (1) l. c. p. 581. 587. 589. — (2) *Oeuvres posthumes* III. Vol. 8°. Paris. 1783. Vol. I. p. 165—201. — (3) Currie, l. c. p. 260. (4) uterq. apud Currie, l. c. — (5) Huf. *Journal* XIX. II. p. 22 sqq. (6) Westrumb. l. c. 512. 13. — (7) Vid. apud Currie, p. 260. Eichhorn, p. 94. — (8) l. c. p. 261—271, 73 sqq. —, Haec autem utut speciosa videri possint



Edwards autem aquam revera absorberi pulchre exposuit (1); scilicet non datur ponderis augmentum nisi absorptio praecellat prae transpiratione. Sint itaque tales conditiones quibus haec valde minuatur, praecedatque igitur experimentum ponderis in aëre per transpirationem decrementum. Cutis in aqua transpirat et absorbet, unaque functio alteram compensat. Humorum in corpore copia et aquae temperatura in has valde agunt. Quo plus humorum, i. e. ubi plethora adsit, eo minor absorptio, quo major absorptio eo minor perspiratio. Ad 0° (100°) corpus sub puncto saturationis est, et jam augmentum per absorptionem majus est decremento per perspirationem; ad 30° (100°) hoc majus erit illo, quia praevalet perspiratio; — dantur igitur quoque gradus intermedii (12°,5 et 22°,5 in Therm. centig. = 10° — 12°, 20° — 26° (Réaumur), ubi perspiratio et absorptio in aequilibrio; adfuere hi in experimentis Seguin. — In majori temperatura praevalet perspiratio, hinc non mirum apud Seguin ad 28° R. (i. e. 35° centig.) fuit decrementum; — in balneo autem ejusdem ac corporis temperaturae augeri debet pondus nam augmentum omne superat decrementum quod du-

ran-

„ nihil probant quam nisi quantopere possit ab evidentissima  
 „ etiam veritate deflecti si manifeste negligentur observationes”  
 quadrat in hos Curt Sprengel, III. 1810. p. 69. §. 276.  
*Inst. Phys.* (1) W. F. Edwards *de l'influence des agents  
 Physiques sur la vie.* Paris 1824. 8°. p. 345—355

rante balneo per pulmones obtineri debuerat. — Absorptio est in ratione inverfa ad plethoram (Magendie): quo magis corpus distet a puncto saturationis eo plus viget.

Collard de Martigny (1) ex balneo manus per  $2\frac{1}{2}$  horas ad  $18^{\circ}$  R., turgentes videt venas, et axillae glandulas. Manus palmam supra basin infundibuli aqua repleti, cujus apex cera sigillacea erat obturata, posuit, et supinanda manu cum altera infundibulum invertit, ut ne bullula aëris intraret; post  $1\frac{1}{2}$  horam validam sentiit resistantiam aeris in dimovenda manu, et tumefacta integumenta, imo in alio experimento aquam manifeste diminutam (2). — Siphonis, cujus brachiorum inaequalium alter et minor erat in fine infundibili-formis, brachium horizontale Hydrargyro inplevit; infundibulo aqua repleto et palma manus inposita, post  $\frac{7}{4}$  hor. evidentem notavit Hydr. in hocce brachium adscensum (3).

Satis igitur probatam habemus aquae per cutim absorptionem ponderisque in balneo augmentum nec requiritur ut experimenta J. Dill (4) enarrentur, aut accurata experientia von Kuthlor (5) qui

(1) I. c. Exp. I. p. 79. — (2) Ibid. Exp. III. IV. p. 82.

(3) Ibid. Exp. V. lac et jusculum carnis etiam resorberi vidit. — (4) *Transactions of the Medico-Chirurg. Society of Edimb.* 1826. *Med. Chir. Zeit.* 1827. II. p. 212. — (5) *Ueber die Zweckmässigste Anwendung des Haus- und Flus-Bäder.* Wien. 1822. *Huf. Journ.* LXVIII. 1829. VI. p. 105. experi-

periclitando invenit, in balneo tepido ponderis augmentum per horam esse 2—6 ℥.

c. Aquae per cutim transitum non minus probat diuresis ex balneo aucta tam frigido quam calido (1). Ritter per horam in balneo 92°—95° (Fahr) versatus septies vel octies auctam vidit urinam (2), quod alii simile experti sunt (3). — Annulae et vestes aliquando post balneum nimis arctae factae reperiuntur, ac si peripheria corporis esset aucta ex humore in cellulis cutis deposito, non adeo cito absorbendo (4). Plurimi in balneo calido multum mingunt, parum sitiunt (5).

D. Quantum autem aquae absorbeatur difficile determinatur. Falconer (6) conclusit intra quadrantem horae uncias 4—12 per totam superficiem corporis absorberi. Collard de Martigny (7) bilance quae vel  $\frac{1}{4}$  gr. differentiam indicabat linteum ponderabat; notato pondere utrique lan-

mentum Bonfils vid. apud de Martigny, l. c. p. 83.

(1) Id omnes fere consentiunt. Marcard magni hoc ducit momenti ad probandam absorpt. cut. (l. c. p. 253). Curt Sprengel, l. c.: „Simpfonio contigit aegrum observare siti et febre actuosa valde cruciatum, qui pedibus aquae inpositis, illico magnam pallidae urinae copiam reddiderit.” — (2) Hufel. *Journ.* XXVI. I. p. 58—108.

(3) Qui opus Currie recensuit in Hufel. *Bibl.* XIX. 1807. p. 43—48. — (4) Marcard, l. c. 253—254.

(5) *Dict. d. Sc. Med.* XXV. p. 55. — (6) *Ueber d. Mineral. Wasser und warmen Bäder.* Band II. Leipz. 1778. p. 13. — Marcard, p. 158. — (7) l. c. Exp. II. p. 80 sq.



lanci inposuit vas porcellaneum aequalis diametri et ponderis, utrumque aqua 19° (R) inplevit; in alterum vas e bilance defumtum et pondere in ejus loco posito, manus immerfit; post semihoram eas linteo ficcas reddebat, linteum ponderabat, cujus abstracto pondere, et ponderando aquam in quam manus merferat vidit 78 gr. esse amisfa, quod non ab evaporatione diducendum docuit alterius vasis ponderatio. — Recte autem Marcard quantitatem vix determinandam putavit propter semper perspirantes pulmones et cutim (1).

E. Balnea itaque praestans referunt argumentum ad cutis absorptionem probandam, nec tanta ducant amplius Physiologi Tantalii tormina, mediis in aquis quem solo capite exstantem siti inexplebili cruciatum fingunt poetae, Tibullus l. El. III. v. 88.

Tantalus est illic et circum stagna sed acrem  
Jamjam poturi deserit unda sitim.

V. *Materiae e Balneo absorptae.*

§. 19. Balnea mineralia prae generali balineorum effectu, peculiare edunt propter particulas fa-  
linas vel aëreas ex iis resorptas; diversa enim di-  
versos laudantur contra morbos (2). Hunter  
alvum purgari vidit eorum qui pedibus nudis in  
aqua minerali laboraverant (3); Voigtel (4),

Alexan-

(1) Marcard. l. c. p. 255 et 256. — (2) Westrumb, l. c. p. 504 et Huf. *Journ.* XIX. St. II. p. 22-24.

(3) Schöpff. l. c. p. 797. 63. 64. — (4) l. c. l. p. 356.

Alexander (1), post balneum Nitro praegnatum, chartam urina madefactam, siccatam detonare, Richter ex balneo cum Nitri acido urinam acidam fuisse (2), alii (3) post balnea chalybeata excrementa nigrescere et ferri saporem in ore adesse, Hufeland post balnea sulphurata animam, flatus et urinam Hydrog. sulph. redolere (4), imo peregrinatores ex absorpta aqua marina salivam amaram reddi (5), notarunt.

„ Rubiam manu retentam lotium rubro colore tingere vetusta fama est” (6). „ Rheum in sanguinem transit, et urinam colore flavo tingit” (7). — Stuart post balneum cum infuso Rubiae tinct. per  $2\frac{1}{2}$  h. ad  $82^{\circ}$ — $90^{\circ}$  captum, urinam tertia hora misfam, rubiã vidit infectam, quippe carbonate Potasfae laete rubescentem, imo adhuc post 37 horas; rheum sic et curcumam quoque in urina detexit (8). — Sewall per 10 horas pediluvium supra malleolos usque sumfit ad  $99^{\circ}$  quo 4 Unc. Rubiae tinct. ad 4 modos aquae continebantur; urina horã 4<sup>a</sup> kali ope rubefacta est, nec minus quae hora 6, 8, 10, 12 et 24 erat mis-

(1) *Samml. Außer. Abhandl.* VI. 1780. p. 747. — (2) Westrumb, p. 406. — (3) Behr id notat ex protacto usu *Alexisbad.* Huf. *Journ.* LXVIII. 1829. VI. p. 105. — (4) *Syst. d. Pract. Heilk.* I. p. 142. — (5) Hamilton, Forfter, Rudolphi, *Physiol.* II. p. 259. — (6) Haller, V. p. 87. — (7) Soemmer. *de C. H. fabrica*, V, 413.

(8) I. supra c. p. 151, 152 — Quae fecit Westrumb pericula jam supra narravimus, p. 90.

misfa (1). Cum in infuso Rhei (unc. 3 cum aquae modis 2) per 4 horas ad 98° manum submersam tenuerat, urinam alcali addito aurantiacum colorem acquirere vidit (2). Nulla urinae mutatio ex pediluviiis cum inf. vel decoct. ligni Campech., Brasil., cortic. quercus.

Experiendi voluptate quaedam *propria* feci *pericula*. Utrumque pedem 3 fere pollices supra malleolum in infusum Rhei, quo 6 unc. Rhei continebantur, submersi; temperatura aquae erat 102° (F a h r.), durante experimento licet interdum aliquid calidae adderem varia fuit a 102°—96°. Hac ratione inde ab hora matutina 7 ad horam 12 usque pediluvium sustinui; urina post 1  $\frac{1}{2}$  horam misfa profundioris quidem fuit coloris (nempe prima hujus diei urina) sed solutio alcalina colorem non mutavit; quae vero colligeretur post 2  $\frac{1}{2}$  horas inde a coepto experimento, solutione Subcarb. Potasf. addita coloris subiit mutationem, et in aurantiacum sive potius rubicundum transit, qualis color in alia urina alcalibus non producitur, sed etiam enascitur quando urinae consulto aliquid infusi Rhei (aut Rubiae tinctorum), et dein guttulas solutionis alcalinae addideris; sexies illa die ante cubitum urinam adhuc collegi et fem-

(1) Theod. Sewall, *Einige Versuche u. Bemerk. über die Hauteinsaugung*. Meckels *Deutsches Archiv f. d. Physf.* II. 1816. 146 sqq. Vide Exp. I. idem erat eventus in Exp. II. III. — (2) Ibid. Exp. IV. p. 147.



semper Rheum adesce vidi, maxima copia, in illa tertia hora fere 1 post meridiem collecta; urina sequenti die hora 6 $\frac{1}{2}$  misa et statim explorata praestitit Rhei vestigium. — Jam vero ad priora experimenta (p. 94) attendens alia ratione pericula institui, et jam (sub iisdem conditionibus), crure adeo flecto ut pes natibus esset applicata; fere 6 pollices in infusionem Rhei mersi, quali positione cum per 1 $\frac{1}{2}$  horam haud placide tempus trivissem, in urina hora 2 ab initio experimenti misa solutio alcalina Rheum manifeste indicabat.

Duo institui experimenta in quibus genu in infusum (102°—94° Fahr) Rubiae tinctorum (unc. V) per 2 horas immersum tenerem; urina post 1 $\frac{1}{2}$  horam ab initio experimenti misa nullum Rubiae habuit vestigium; debile quae ad horam 2; quae vero ad horam 3 colligeretur manifeste solutione alcalina rubescebat; urina horae 5, 7, 8 $\frac{1}{2}$  et 11 etiam Rubiam continebat, maximeque hora 7. — Alterum experimentum eosdem dedit eventus nisi quod primum vestigium apparebat hora 2, maximum hora 6.

#### VI. *Cutis respiratio. Miasmata et Contagia.*

§. 20. *Respirationem* cuti non esse denegandam, ex Spallanzani (1), Jurine (2), Edwards

(1) *Mémoire sur la respiration par Lazare Spallanzani, trad. par J. Sennebier, Genev. 1803. Reptilia excaecis pulmonibus diutius vivunt, quam alia illaesa fuco obducta. — Ubi non gaudeant organis respiratoriis integumenta oxydationi succorum inferviunt* — (2) *Mémoire sur les moyens de per-*  
fec-

wards (1), aliorumque (2) observatis constat. Lebküchner (3) cuniculum ad collum usque in vase Hydrog. Sulph. repleto, arcte inclusum, post virium defectum et anxiam respirationem convulsive mori vidit; in tela subcutanea, et sanguine venae cavae, laminae plumbi ope gas resorptum detegebat. Chausfier (4) trans plumas et pilos animalium illud gas venenatum agere vidit. [Beddoes (5) brachium nigritae chlorio albescere observavit. Cruikshank (6) aërem in quo manum aliquamdiu secluserat, minus combustibilem et aqua calcis turbatum notavit. Abernethy (7), alique probant Oxygenii talem diminutionem et

gaz  
*fectioner l'eudiomètre* (Mém. de la Soc. Roy. de Méd. X. 1789. p. 56 sqq.) in quovis gaz specie brachium inclusisset, tamen semper evolvebatur g. ac. Carbon; si sub oxygenio, hujus decrementum. — (1) Edwards *sur les agents Physiques*, p. 12. 13. 67. 69—72. 99, 100, ranas, ligatis viis aeriferis, et in vasibus aëre plenis reclusas, post 2 horas viventes vidit et g. carb. auctum. — (2) Aliis e contra negantibus: Chausfier et Adelon, l. c. p. 600. Huf. *Biblioth.* XXV. 1818. p. 57. — (3) l. c. p. 428. (4) *Biblioth. Médicale*, I. p. 100 *Précis d'expér. faits sur les anim. avec le g. Hydrog. sulph.* (5) Westrumb, l. c. p. 480. — (6) Chausfier et Adelon, l. c. p. 599. — (7) J. Abernethy's *Chirurg. und Physiol. Versuche aus dem Engl. von Brandis und Kühn.* II. 8°. 1795—1800; I. n°. 3. „*Versuch über die Materie, welche von der Haut ausgedunstet und eingefogen wird;*” vidit, manum 8 unc. oxyg. et 1 unc. Azoti intra 8 horas ex aëre quo includerat sorpsisse; gaz Nitrosum et Hydrog. in alio experimento; Brandis (apud Abernethy) gaz acid. carbonici intra horam 15 poll. cub. sorptos vidit.

gaz ac. carbonici augmentum (1) — Cutis itaque pulmonibus succurrit (2), nec propterea poris indiget aëriiferis (3)! Quae omnibus propria et probata est membranarum permeabilitas et cuti concessa est (4); aëres cutim penetrant ac vesicam humidam, i. e. per ipsam texturam, pari ratione ac sanguis vesica contentus in aëre rubescat, et Hydrogenium tonitruans fiat (5).

*Miasmata* et *Contagia* hac via corpus intrare plurimi putarunt (6); hoc autem pro absorptione cutanea argumentum incertum habemus; patet enim praecipuam esse causam inhalationem pulmonum (7). *Miasmata* hac via posse intrare Bichat probavit;

hic

(1) Von Humboldt et Percival, (*Mém. d'Arcueil* II. p. 393) Gattoni duos pueros ad lumbos usque sacco inclusit, aëremque diminutum invenit (Chausfier et Adel. l. c. p. 599) Edwards, v. supra. — (2) Pulmonum respirationi cutanea est addita (Reil Fieberl. V. 1815. p. 20). Succurrit pulmonī cutis et oxygenium sorbet, maxime quoque ad evolvendum calorem animale, (Westrumb, l. c. p. 479, 81.) — gaz autem in variis his experimentis exhalatum carbonicum, non ex inhalato oxygenio repeti posse, luce clarius ex Edwardfii opere patet. — (3) Quos bene refutavit Eichhorn, 1827. §. 43. p. 105 sqq. — (4) Lebküchner in disert. laudata et Dutrochet *sur l'endosmose* et *l'exosmose*. Paris 1826. 8°. — (5) Magendie, *Journal*, I. p. 16. (6) S. Th. Soemmering, de *morbis vasorum absorbentium C. H.* sive disertat. a societate Rheno Traj. a. 1794. coronatae pars Pathol, Trj. ad Moenam 1795. §. 7. p. 13. — Rullier, *Dict. d. Scien. Med.* XXV. 1818. p. 57 et 60. — (7) Robertson in *Med. Chir. Zeit.*

1828.



hic enim cum observasset, quando semper cadaverum sectionibus interesset faeces suas et flatus horum analogum habere odorem, naribus clausis, aërem per tubum ori adaptatum et extra cubiculum ductum, hauriebat, et postquam horam juxta 2 cadavera foetidisima ita sedisset, flatus similem habere odorem notavit (1). — Contagia fixa hac via corpus saepe ingredi, patet ex luis, per contactum, translationem, et glandularum inguinalium affectionibus (2); an fixiora contagia illaesa epidermide corpus intrant? ut rite inoculatio procedat necesse sub epidermidem virus variolosum ponatur. —

§. 21. Ex vario igitur observationum genere concludere fas est cutis integrae dari absorptionem; facile autem adversariis concedimus hanc valdopere promoveri laesa epidermide, vel materiis istam chemice mechanice aliave ratione corrodentibus, ipsamque epidermidem absorptionis esse promptioris obstaculum. Sapientissimo enim consilio natura nimiam epidermide arcuit absorptionem; quot enim mala ex externa absorptione aequae ac interna vidente! — Bichat jam integrae et laesae distinxit absorptionem (3). Obstetricatores ab omni aevo noverunt digitorum apice vel parum laesa, ad opus

1823. IV. p. 204. — (1) *Anat. Génér.* II. p. 694.

(2) Hoc vulgare argumentum ad probandam absorptionem per vasa lymphatica Haller, Asfalini, Soemm., Westrumb, Lund, Magendie. (3) *Anat. Génér.* II p. 692.

opus non esse accedendum, nec illotis manibus proprii vel aliorum corporum loca tenerrima epidermide vel nulla tecta, esse attingenda, et ab instrumentis non probe mundatis esse abstinendum. Primi inoculationis patroni jam docent bene sub epidermide virus deponendum. Seguin e balneis cum Merc. subl. c. nullos vidit effectus nisi epidermide, sive scabie sive protracta applicatione, laesa aut destructa; nec tamen cum illo, et cum Currie, Magendie (1) aliisque absorptio nisi talis epidermidis adsit destructio neganda est; — discernendum integrae inter et laesae cutis functionem. Obstaculum absorptionis est epidermis (2), haec ubi mechanice vel chemice fit laesa, ubi applicentur stimulantia acria obstaculum illud tollentia, ibi absorptio celerius ac citius procedit (3). Nec igitur methodus endermatica suis destituta est fundamentis. Cum vero illaesa cutis optime fit probata absorptio quomodo igitur materiae illi applicatae, obstaculum illud vincunt, epidermidem transeunt, et internas ad corporis veniunt partes? Quanam in moderandam hanc cutis integrae absorptionem sunt momenta? quale tandem interest inter absorptionem cutis integrae et laesae, i. e.

me-

(1) *Précis Elém. de Phys.* ed. 2. II. Paris 1825. p. 261 sqq. ejusdem sententiae Chaussier et Adelon, l. c. p. 597—98. Caeteros vide supra. — (2) Richerand, l. c. p. 316—318. Eichhorn, l. c. p. 96. Westrumb, l. c. p. 516.

(3) Westrumb, p. 516. 518. 536.

methodum Jatralepticam inter et Endermaticam discrimen anatomico - physiologicum? ordine haec inquiremus.

§. 22. *Integrae cutis absorptionis ratio* semper tenuit Physiologos. An cum veteribus venis solummodo adscribendum (1), an motui retrogrado vasorum lacteorum (2), an ex imbibitione (3), aut ex metamorphosi fluidorum et texturae partis solidae in finibus ultimae (4), quaestiones mittamus. — Westrumb (5) summas de absorptione meruit laudes. Vasorum lymph. orificia in epidermide negavimus, eaque in cellulis cutis lymph. et corii superficie indicavimus ubi etiam rete vasulosum sive vasa fanguifera permulta cernuntur, quaeritur itaque quomodo ad internam epidermidis paginam materiae veniant et in centrum actionis ponantur? Westrumb rem egregie exposuit; epidermis imbibit materiem solubilem solutamve, intumescit, et permeabilitate illi; uti omni cuique membranae propria (forsan etiam capillaritate), pro breviori vel longiori contactu majorem

(1) Uti Galenus et Kaau B. I. c. §. 422. p. 184

(2) Quod Darwin de purgantibus et anthelmint. *Von dem umgekehrten oder rückwärts wirkende Bewegung der Ein-saugende Gefäßen des Körpers in einige Krankheiten. Samml. außer. Abh. VI. 1780. p. 254—350.* — (3) Ritter, Hufel. *Journ. XXVI. I. p. 89* sqq. Et ubi recensio operis Matthai in Hufel. *Journ. XIX St. II. p. 58.* — (4) Seiler, I. c. p. 222. — (5) Westrumb, I. c. p. 520.



rem minoremve copiam substantiae in texturam cutis deponit, unde a vasis in humores defertur. Simplex haec theoria est, ex ipsa in aliis observata membranarum agendi ratione petita. Eichhorn putat, tantummodo ea absorberi, quae epidermidem intumescere efficiunt vel id non impediunt, scilicet ut epidermidis intumescentiâ margines pororum descriptorum inorganicorum, canalium sudoriferorum orificia, elevarentur, quibus elevatis, medicamenta aliaque externe applicata per canales sudoriferos vi capillari deveherentur (1); vidimus hos canales non cohaerere cum vasis sed in cellulis cutis terminari, in quibus etiam orificia vasorum lymphaticorum idem Eichhorn indicavit. Primo intuitu speciosam hanc theoriam acciperes et cum priori conjungeres, adeo ut absorptionem cutis integrae, tam inhibitione epidermidis per poros inorganicos, quam per poros dictos sudoriferos fieri crederes, eo magis quum ex experimentis Seguin patuit, supra 18° nihil absorberi, canaliculi nempe tunc sudore pleni absorbere non possunt; Seguin cum pediluvium lactis supra 18°—20° fumebat, lac acidum fieri observavit (2). Si vero ulterius istam theoriam perspicias, auctoris magis astutiam quam naturae ductum videbis. Jam suspicionem movet, nullam aliam viam patere externe applicatis, quam per canaliculos illos, unde, cum vasa capillaria non

ni-

(1) Meckel, *Arch.* 1826. p. 471—473. — (2) Seguin, l. c. p. 590.

nisi in cellulis cutis lymphat. ab eo sint indicata, miraret felicissima oriretur conspiratio, qua materiae facillime inhiantibus orificiis adducerentur ab officiosis canaliculis. At vero, canales illi etiam inserviunt educendo productui secretionis, quae a nervis regitur, sudori, et si jam etiam inservirent inducendis omnibus salis, tunc sane in uno simplici valde organo, duas e diametro sibi oppositas functiones junctas videremus, atque aliquid statueremus, cujus quid analogum nullo alio in totius corporis loco videmus, ergo falsum; absorptio tali modo functio fieret secundaria (1) et tantum locum haberet, si epidermis ab applicatis intumesceret, et jam simul sudoris excretio esset nulla, nam sequitur ex Eichhornii sententia, ubi sudatur, ibi nullam esse absorptionem; monente Westrumb absorptio vegeta est sub causis evaporationem promoventibus, hinc raro canales illi exhalantes et absorbentes absorptioni essent apti. Tandem theoria cel. Eichhorn, si vera esset, absorptio integrae cutis tantum locum haberet sub conditionibus, quibus epidermis intumescit, ut canalium margines elevarentur et sic per canales sudoriferos transiret materies; observationes autem relatae satis indicant, etiam ea, quibus epidermis aegre intumesceret, absorberi, virtusque emplastorum, unguentorum, cataplasmatum, quum constet ab

om-

(1) Westrumb, l. c. p. 524.

omni aevo, ab uno Eichhorn illis denegatur (1).

Itaque ex nostra sententia in explicanda cutis integrae absorptione unice admittenda videtur Westrumbi theoria, quae, simplex et naturalis, eo magis arridet, quum permeabilitas sit materiae organicae proprietas, a Fodera (2) aliisque omnibus in membranis comprobata, et a Lebküchner (3) etiam cuti integrae experimentis vindicata; nemo qui cutim manus, aliquamdiu aqua calidae submersae, inspexerit, permeabilitatem illam negabit.

§. 23. Jam epidermidis obstaculum victum est et materiae ejus internam respiciunt paginam, in corii superficie et cellulis depositae. Quibusnam igitur vasis in succos deferuntur? Westrumb vasis lymph. et venis hoc officium adscribit; hodierni enim Physiologi merito vasis sanguiferis et absorbentibus tribuunt functionem absorbentem, sed in utrisque distinctam; vasa lymph. materies, sanguificationi inservientes, succos nutrientes et lympham, vehunt, vasa sanguifera indigesta, heterogenea, falia, materies odorantes et colorantes, caeteras (4). Quibus

hoc

(1) Meck. *Arch.* 1826. p. 473. — (2) *Recherch. sur l'exhal. et l'absorption.* Paris 1824. Magendie; Dutrochet; Wedemeyer, *Unters. über Kreislauf d. Blutes.* 1828. p. 424 sqq.; Brandis, *ibid.* — (3) In *Disfert.* laudata; epidermidis permeabilitas etiam vindicatur in *Hufel. Journ.* XXVI, 1, 58—108 et a *Coll. d. Mart.* l. c. p. 76.

(4) Westrumb, *Untersuch. üb. die Einsaugungskraft der Venen.* Hanov. 1825. 8°. Meckel, *Archiv.* 1827. p. 528 et



hoc nitatur fundamentis, aut quomodo vasa hanc functionem absolvant, hujus non est loci. Reminiscendum autem, non absolute orificia requiri, quum parietes, permeabilitate vasorum extra omne dubium posita, etiam forbeant. Vasa cutis lymph. heterogenea, non assimolata vel non assimilanda, tum demum forbere videntur, quando eorum vis repulsiva, a Brugmanfio (1) nostro in illis probata, sit devicta; venae omnia sumunt quae cum iis in contactum veniunt (2). Jam vero, cum raro externe homogenea absorptioni afferantur, verosimilimum redditur, materies externe medicandi scopo applicatas, ut plurimum a venis absorberi, atque his haud minimam absorptionis cutaneae partem incumbere, quod ex actione venenorum jam a priori concluderes; semper vero attendendum: stimulis allatis vim vasorum absorbentium repulsivam facile tolli, ad quod frictio forsitan multum facit.

§. 24. *Differt cutis absorptio: a. ratione aetatis.* In infantibus ubi epidermis tenuior, cutis mollior sensibilior, et magis activa circulatio, promptior est, tardior in adultis, nulla fere in senibus (3); *b. pro sexu et temperamento; promptior in femina,*  
in

535. Fohmann, *das Saugader - System der Fische*, I. c. p. 8. — (1) Vid. infr. p. 121. — (2) West. I. c. p. 535—537. Venarum in absorptione dignitatem probavit etiam Magendje, I. c. p. 257, 261 et 284. — (3) Bichat, II. p. 631—35.

in lymphaticis et sanguineis, tardior in viro, in biliosis, nervosis melancholicis ubi integumenta stricta sunt et sicca. In terris calidis et aestate melior, hinc Itali et Chrestien felices sunt Jatro-aliptae; in Septentrione frictiones cum Hydragyro fere ignotae sunt (1); *c.* pro idiosyncrasiâ, alii enim morbis contagiosis longe facilius afficiuntur; alii veneris impudicae heroës inpune agunt; *d.* pro ipsius cutis conditione; quo tenuior epidermis eo utilior Jatrareptice (2); delicata cutis, sensibilitas in quibusdam locis major, activitas circulationis localis, partium cum membr. mucosis contiguitas, uti labia, praeputium, favent; *e.* pro individui conditione; absorptio enim ad plethoram est in relatione inversa (3); *f.* pro aliis functionibus; parva aut nulla durante digestionem, magna vacuoventriculo est (4), uti etiam fame, siti, somno, tristitia, moerore, timore, omnique causa debilitante, diarrhoea, dysenteria, diabete, sanguinis profluvio; semper putarunt abs. cutis promoveri debilitate, diminui robore; debiles enim potius miasmata et contagia attrahunt, quam robusti (5); sed robustus homo licet multum contagii cujusdam sorbeat vi nocenti saepe resistit, debilior a vel  
par-

(1) Rullier, *Dict. d. Sc. Méd.* XXV. 1818. p. 56.

(2) Hecker, *Praktische Arzneimittellehre*, I. c. I. 34.

(3) Magendie, Edwards. — (4) Haller, V. p. 91.

(5) Haller, I. c. Bichat, II. p. 696. Richerand (Amsterd. I. p. 315).

parva copia succumbit (1); stimulantia et individui robur tantum absorptionem valent deminuerere, quatenus labore, motu, usu spirituosorum transpiratio incitetur. — Tandem cutis omni diei tempore non aequae prompta est absorptioni.

§. 25. Sequentia imprimis absorptioni cutis favent *auxilia*.

*a.* Epidermidis permeabilitas primam hic occupet locum, quippe per illam vigeat integrae cutis absorbentia facultas (2).

*b.* Jatro-aliptae maxime celebrant balnea et frictiones (3), vascula enim cutis frictione incitantur, cutis relaxatur, cuticula aliquomodo sublevatur, verborum vitalitas cutis augetur; calore suo balnea quoque bene agunt; frictiones vasorum absorbentium vim repulsivam vincere videntur.

*c.* Stimuli augent absorptionem cutis; materiae blandae diuturnione contactu eundem stimulum aliquomodo afferunt (4).

*d.* Dimota epidermis; materies non stimulant, blandae, epidermidem nec chemice nec mechanice laedentes a vulnerata aut excoriata cute celerius absorbentur, nam functio localis exaltata est propter stimulum, ex qua irritatione blandis materiis stimulus

(1) Rullier, l. c. — (2) Jam supra clare demonstrata est. Ipse Magendie (*Préc. Elém.* II. p. 284) epidermidem diuturniore contactu fluida inbibere posse affirmat. — (3) Nec tamen cum Currie, Magendie aliisque frictione materies per epid. trudi ponimus. — (4) Westrumb, l. c. p. 520.



lus accedit quo per se carent (1); hinc etiam quae epidermidem chemice afficiunt vel stimulant promptius absorbentur, non adeo quia absorptio est in relatione directa cum stimulante materiae qualitate (Emmert et Hoering. 2), sed quia epiderm. laedant et tunc occupent locum stimulatam.

e. Apta materiaram applicatio; — huc pertinent vehicula ex humore animali uti voluit Brera alique, vel spirituosa, aut alia; solvi posse materiem, requisita est conditio.

f. Atmosphaerae pressio absorptioni valde favet; jam veteres notarunt vulnera e viperum morfu venenata innocua fieri appositâ cucurbitâ (3). Barry (4), vidit cucurbitâ vulneri cum pulvere Strychnii, veneno Upas, Arsenico appositâ actionem veneni impeditam, quando haec nondum incepisset, sublatam si inchoata esset; ac. Prussicum vulneribus guttatim adsperfit, nullus inde effectus quamdiu cucurbita esset apposita, qua autem desumpta vehementes mox oriebantur convulsiones, unde mors sine dubio fuisset secuta, nisi iterum apponendâ cucurbitâ vita et quies fuerint revocatae. — Aliorum (5) experientia haec omnino probant,

(1) Westrumb, l. c. p. 518 et 536. — (2) Apud Lund *Vivisektionen*, l. c. p. 85. — (3) Westrumb, l. c. p. 526. (4) *Experimental Researches on the influence of Atmospheric pressure upon the blood in the Veins etc.* Lond. 1826. 8°.

(5) Barry haec in Acad. Paris. legi curavit (*Arch. gén. de Méd.* IX. 1825. p. 131) rem ulterius probavit Petroz (*Ibid.*

bant, imo *Lembert* cucurbitas apponere suadet ubi ex endermatica administratione venenorum periculosa orirentur symptomata (1).

§. 26. *Discernenda functio cutis integrae et laesae.* Quae igitur ratio est cur laesio aut dimotio epiderm. adeo absorptioni favet, cur methodus endermatica adeo evidenter celeriores et fortiores praebeat effectus? Ratio in promptu est; orificia vasorum non in epiderm. terminantur sed vasa tam absorbentia quam sanguifera orificiis in corii cellulis lymphaticis et procul dubio etiam in ejus superficie terminantur, vel retis instar in suprema corii parte dispersa observantur; obteguntur illaesa epidermide membranâ satis densâ ut vasa a contactu materiarum probe arceat; epidermis est quod vincendum venit obstaculum ut materiae venas ipsas et lymph. ostiola tangant. Hoc igitur obstaculum

me-

p. 140) qui cum sanguine et lymphâ venena per cucurbitas iterum e corpore traxit, quod idem vidit *Segallas* (Ibid. p. 289). — *Itard* (*Arch. Gén. de Méd.* XIII. 1817. p. 284) cucurbitis post inoculationem appositis nullas vidit variolas. *H. E. Kupfer* (*de vi quam aer pondere suo et in motum sanguinis et in absorptionem sanguinis exercet.* Lipsiae 1827. 8<sup>o</sup>. *Arch. gén. de Méd.* XVII. 1828. p. 643) eas cum fructu in canium rabidorum morsuris adhibuit. *Westrumb* ex cataplasmate cum *Tart. emet.* nullas paucasve vidit pustulas cucurbitâ admotâ, plures hac dimotâ (l. c. p. 526), serius (*Meckels Archiv.* 1830) inquisivit quomodo cucurbitae hic agerent.

(1) *Lembert*, *Essai* l. c. p. 22. *Bouillaud* (ibid) idem compressione fieri posse putat.

medicamenta vincere debent, et primaria Jatro-  
aliptarum cura versatur in hoc impedimento cor-  
rigendo; dimoto vero obstaculo et corii superficie  
denudatâ medicamenta cum ipsis venarum sinibus,  
earumque parietibus, cum rete vasculoso, vaso-  
rumque lymphat. ostiolis, in corii superficie et cel-  
lulis admittendis in contactu ponuntur, aut in corii  
cellulas penetrantes ad lymphaticorum ostiola, de-  
victâ vi repulsivâ avidè inhiantia, et sanguifera pluri-  
ma vasa quovis puncto permeabilia, accedunt, undè fa-  
cile intelligitur cur ea quae endermatice applicantur  
tam celeres et fortes praestent effectus, dum fac-  
pius Jatro - aliptarum cura sit frustranea.

Brugmans noster (1) statuit vasa lymphat.  
facultate quadam electivâ et repulsivâ, semper as-  
similata homogena sumere, heterogenea strenuè  
repellere; haec vero assumunt quando vis illa re-  
pulsiva sit devicta vel alia quacumque ex causa lym-  
phaticorum actio abnormalis fuerit facta; West-  
trumb illustri viro assentitur et rem ulterius pro-  
bat (2). Jam vero quaerimus an non etiam sti-  
mu-

(1) Disfert. C. G. Ontyd praeside S. J. Brugmans,  
*de Causa absorptionis per vasa lymphatica* L. B. 20 Febr.  
1793. Cap. II. p. 57—60. Similem fere theoriam statuit Hu-  
feland, *Syst. der Pract. Heilk.* I. §. 48. Brugmansii  
theoriam fere ipsis verbis doct. Ontyd proposuit V. A. v.  
Hees, *de Causa functionis systematis lymphatici*. L. B. 1817.  
p. 36. — (2) *Untersuch*, p. 18. Meckel, *Archiv.* 1827.  
p. 530—533.



mulus qui epidermidis laesione et dimotione oritur in exercendâ methodo endermaticâ multum contribuat ut vasa lymphat. heterogenea forbeant. Brugmans statuit: „ Ex stimulante externo incitatur humoris asumptio per vasa externa” (1). „ Augetur non tantum absorptio stimulantibus sed „ etiam de novo, quum fileat, excitatur” (2). Uti supra monuimus verosimile venis praecipuam absolvendae abs. cut. partem incumbit, sed statuendum videtur: stimulum epidermidis dimotione allatum multum tribuere ad vim repulsivam vasorum absorb. vincendam, et in exercenda methodo Jatraleptica frictionem cutis integrae multum etiam ad hoc conferre.

Atque in his fundamentum utriusque methodi Anat. Physiologicum videtur positum. Nullum enim aliud datur discrimen nisi quod in illa methodo densum obstaculum sit superandum, ut ad centrum actionis ducantur remedia, in altera vero statim in centrum ponantur, et, quod majoris momenti, in *centrum irritatum*.

### III. PARS THERAPEUTICA.

§. 27. Probata itaque est cutis integrae absorptio, cutisque laesae praestantior efficacia vindicata, utriusque ratio exposita, adeo ut applicationis externae fundamenta Anatomico - Physiologica satis firma-

(1) Apud Ontyd, l. c. p. 51. — (2) Ibid. p. 53.

ma exstructa putemus. Ad ipsas autem methodos pertractandas nondum transire licet, probandum enim superest: externe applicata simili agere ratione ac interne porrecta, materisque vi pollentes medicatrice, vel venenata externe applicatas, ad internas duci abditasque corporis partes, eosdemque ac interne adhibitas producere effectus (1).

## OBSERVATIONUM ORDO II.

*Externa agunt ut interna.*A. *Cute integra.*

§. 28. Ipsi Jatro - aliptae eorumque ministri haud raro effectus in se ipsis percipiunt, quos inunctione in aegris producere volebant, unde chirotecae in Nosocomiis usum ab experientia didicerint.

(1) Non satis distinguunt auctores (Schöpfung cet.) inter observationes quas sub altero et tercio disjuxi genere; sub hoc in Cap. III et IV. istas collegi quibus probaretur utilitas Meth. Jatro. et Enderm., i. e. remedia quae ceterum interne dantur, cum fructu adhibita fuisse ad sanandos hominum morbos internos; sub illo vero genere hic retulimus observationes quibus jam a priori concluditur: medicamenta externe si adhibeas, ejusdem fore efficaciae, et omni qua pollent vi tam medicatrice quam venenata ad intimum corpus duci. Ne igitur hic observ. consulto de medicatione externa factas quaeras, sed alias quibus pateat: *Medicamenta (venenata in p.) externe forte fortuna, vel usu Chirurgico aliove quovis modo, topice ad longo alios, eosque saepe topicos effectus, imo casu admosa, omnem suam efficaciam per totum ac internum corpus, semper non optatam, saepe non expectatam, haud raro nocivam distribuisse.*

rint ministri. Jam Ramazzini (1) scripsit: „de „Jatro-aliptarum morbis” praecavendis; Brera haud unum narrat exemplum (2), ubi qui pomatum Scillam, Digitalem, vel Acet. Pot. continentem inunxerat, diureticos effectus sit passus; ex Opii granis V in canem cum succo gastrico nuda manu inunctis somnolentiam expertus est Chiarenti (3).

„Manus tremere iis, qui venerea lue infectos „Hydrargyro saepius inunxerint,” notat Fernellius (4). „Gravem vertiginem tenebricosam et „continuum” chirurgus cum perunxisset subortam tradit Frambezarius. „Nostras chirurgus alvi fluxum, tormina, et salivationem inde habuit.” (Ramazz. 5); legitur (6) de foemina a lue sanata dum maritum inungeret, ipsa autem non inungere-tur (7).

Religiosa virgo et ancilla in Nosocomio St. Viti Londini (8), aegrum pertinacissima constipationis cau-

(1) Opera omnia Med. et Physiol. Ed. 4. Lond. 1739. 4<sup>o</sup>. Tom. II. de morbis artificum Diatribe, C. III. p. 13—15.

(2) *Anatripsologia*, Ed. V. Basfano 1812. I. p. 12 II. 48. 51, 52. — (3) Brera, I. §. 148. p. 213. — Idem vidit in alio viro quem inscium opium canibus adfricare jusserat. Ibid. p. 216—218. — (4) *De luis venereae curatione*, l. c. C. VII.

(5) l. c. p. 14. — (6) Van Swieten *ad Boerh. Aphor.* 1467. V. p. 526. — (7) Neapoli inunctio in pedum plantas solitum luis est remedium, hinc ne amplius unctoribus inde malum Ruggieri *Torno-frattore* indicavit (*Med. Chir. Zeit.* 1813. IV. p. 346. — 1817. II. p. 268. — (8) *The Medical*



causa inunxerant cum oleo Crotonis Tiglii; æger non purgabatur, nam aderat obstaculum mechanicum; ipsa autem ex officio caritatis post 3 horas valde purgabatur, et universalem aegritudinis sensum, cum oris ingrato sapore experta est; ancilla alvi modo evacuationes est passa, non vero tam diu fricaverat.

Chrestien (1) refert de matre ex intermitt. reconvascente, quae filiam Tinct. antispasm. opio confectam fricaverat, agrypniam inde, agitationem, et pectoris ardorem passâ. Puella contra intermittentem medicinam negans, matrem ob eundem morbum, Tinct. antispasm. et Tr. chinae fricavit, unde utraque sana.

*Materiae e regno animali.*

§. 29. *Cantharides.* Emplastr. Canth. applicationem haud raro viarum urinariarum dolores, mic-tum cruentum, stranguriam sequi cuius notum est (2); Boyle (3) Canth. cervici applicatis, gravem inde in viis urinariis se expertum notat do- lorem. Schenck (4) post Canth. genu appli-

ca-

*and Surgic. Journ.* Dec. 1828. *Arch. génér. de Méd.* XIX 1829. p. 127. — (1) Chrestien, 1813. p. 190—192.

(2) Haller., Cruiksh., Soemm., Schöpff, Westr., l. c. — (3) *Exercit. de Atmosph. corp. consistentium, de- que mirabili subtilitate, determinata Natura et insigni vi ef- fluviorum.* L. B. 1676. 12<sup>o</sup>. p. 75. — Non Canth. manu ritinuit, uti alii notant. — (4) J. Schenckii a Grafenberg, *Ob- serv. Medicar. rarior.* Libri VII. lib. VII. Obs. 36 et 37. in Edit. Francof. 1609. p. 967. Ibd. 1665. p. 875.

catas, 5 ℥ sanguinis mictas tradit, pergitque ita:  
 „ Incredibile videtur; quidam Chirurgus Mediola-  
 „ nensis bis sanguinis profluvio correptus fuit per  
 „ urinam secum portando cauterium ex Canth. in  
 „ byrsa.” (1). Hildanus (2), Pareus (3),  
 similiter multas observarunt noxias ex vesicatorii  
 adpositione, imo Plenck (4) inde vidit inflamm.  
 renum, vesicae, priapysmum, cum mictu cruen-  
 to. — Leguntur e contra duae observationes en-  
 urefis applicato vesicatorio ad regionem sacram su-  
 blatae (5), atque diuresis exinde feliciter instaura-  
 tae (6).

*Materiae e regno vegetabili.*

§. 30. *Opium* extus etiam admotum narcoti-  
 cam suam vim et somniferam exercere docent ob-  
 servatores (7). Canibus, quorum abrafo corpori  
*Opium* succo gastr. solutum Chiarenti (8) ap-  
 plicaverat, magna somnolentia, melancholia, tor-  
 por, stupiditas se pervenerunt; 5 grana propria ma-  
 nu cum illis aliquando affricasset, in se ipso effectum  
 expertus est, eandemque insolitam somnolentiam in  
 suo

(1) Obs. 37. est huic prorsus similis. — (2) Horn's *Archiv*  
 1815. I. p. 104. — (3) Ibid. — (4) *Toxicologia*. Viennae. 8°.  
 1785. p. 135. — (5) *Medical Commentaries*. X. p. 416. *Med.*  
*Observ. and Inquir.* III. p. 2. — (6) à Roy, l. c. p. 23.

(7) Haller, Chiarenti, Brera, Percival et Ward,  
*Westr.* — „ opium solutum, quod cuti admoveas, insugitur,  
 „ nec aliter agit ac si in venam inicitur.” Soemm. *de C. H.*  
*f. V.* p. 413. — (8) Brera, l. p. 34—36. 213—221.

fuo tonfore vidit quem inscium 7 gr. Opii cani adfricare juserat (1). — Hufeland (2) pillulas conficiens e masfa 2 drachm. Opii continente, masfamque per horam diei calidissimae integram manibus tractans, vertiginem inde, sensum inebriationis, lassitudinem, angorem expertus est. Dimota masfa lotisque manibus effectus desit, superflite tamen per diem delasfatione. — „ Emplastrum anodynum temporibus appositum, non modo capitis dolores placat, sed et vomitiones saepe enormes fistit ” (3). — Tralles (4) loquitur de foemina quae „ correpta graviori odontalgia alterutri temporum applicabat Emplastrum quod habebat grana duo Opii; vix hoc factum erat, cum corripere furioso delirio, spasmo oris stipato; abripiebat et abjiciebat emplastrum, deliriumque et dolores cessabant.” — Chrestien ab externo Opii usu constipatam vidit alvum ac ab interno (5); Mejan (6) ad Asthma spasm. 4 gr. Opii in tinctur. sibi affreiciavit, et narcoticos effectus est passus.

§. 31. *Tabacum* extus narcoticas retinet qualitates, „ ejusque plantae decoctum, cum eo caput  
„ la-

(1) Ibid. I. p. 215—218. — (2) Hufeland in *Journal*. V. p. 770 in not. ad Schöpff. — (3) F. Hoffmanni *Op. Phys. Med.* fol. Gen. 1748. I. p. 318. §. XLIV.

(4) *Usus Opii salubris et noxius, in morb. medelâ. Vratisl.* 1757. 4°. Sect. I. §. XX. p. 124. — (5) Chrestien. 1813. p. 134. — (6) Ibid. p. 91.



„lavaretur, vomitus fecit, et deliquium, — et  
 „convulsiones, — et ebrietatem, — et vomitum,  
 „cum ventriculo imponeretur, — et ejusdem plan-  
 „tae Oleo chemico illito, alvi purgatio succes-  
 „sit.” (Hall. V. 88). „Sic legio quondam in-  
 „tegra equitum, quae telonii eludendi causa folia  
 „Nicotianae sub indusiis thoraci imposuerunt te-  
 „mulentiam inde cum vomitu passa fuit” (1).  
 Hartmann foliorum Tabaci cataplasma cum aqua,  
 aceto, vel spir. frum. in ventriculi regione ponen-  
 do vomitum provocavit (2).

§. 32. A cataplasmate *Belladonnae* oculo inpo-  
 sito paralytis musc. levat. palp. sup. (3), in alio  
 casu paralytis Iridis (4) observata fuit. — *Senec-  
 ionem vulg.* (*Kreuzkraut*) ut *Nicotiana* vomitum  
 producere, quin et contusam frigide ventriculo in-  
 positam, plures docent (5), quod alii de radice  
*Hellebori albi* affirmant (6); „ab *Aconiti* fascicu-  
 „lis sinuibus inpositis debilitatas fuisse puellas.”  
 creditur (7). Semen *Sabadillae* magna copia ad  
 pediculos capiti insparsum, spasmos induxit tra-  
 dente Lentin (8) dirisimos, lotione capitis fri-  
 gida sublatis; abdomini inunctum purgans reper-  
 tum (9).

## S. 33.

(1) J. V. ab Hildenbrand, *Instit. Pharmacol. s. Mater.  
 Medic.* p. 87. — (2) Schöppf l. c. 774. 790.

(3) *Archiv Gén. de Méd.* XIII. 1827. p. 611. — (4) *Ibid.* XIV.  
 1827. p. 129. — (5) Schöppf l. c. p. 774. 790. — (6) Ett-  
 muller in praef. ad *Chir. Infus.* — (7) Hall. V. p. 87.  
 (8) Plenck, *Toxicol.* p. 289. — (9) Westr. l. c. p. 486.

§. 33. *Purgantia.* „A contrectata colocynthide alvum valide solutam novit” Haller (V. 87). Alibert in femina lactante, post abdominis inunctionem cum 12 gr. Scammonii, 12 gr. Colocynth. et 6 gr. Merc. dulc. nullam matris, sed promptam infantis simul constipati vidit purgationem (1). Ex 15 gr. Jalappae, Colocynth. scrp. j. et 8 gr. Merc. d. dolores colicos, tormina, capitis aggravationem in se ipso expertus est (2). Chiarenti (3) 20 gr. rhei cum succo gastr. cani applicatis frequentem vidit per 72 horas catharsin. Ung. ex adipe cum fellis taur. et aloës pari copia alvum a faecibus vermibusque purgat (4); imò v. Swieten inde saepe hypercatharsin observavit periculofam (5).

§. 34. *Anthelmintica.* Celebre veteribus fuit Ung. de Arthanita ad vermes pellendos alvumque movendam; utramque (6) speciem Cyclamen sive Arthanita, (cujus succum umbilico illitum drasticum et abortivum jam asseruit Dioscorides) intrat. Vesalius (7) notat: „Ung. cycl. mag. num . . . . . illitum stomacho vomitum purgat; „ hy-

(1) l. c. Monfalcon, p. 313. — (2) Ibid. p. 320.

(3) Apud Giulioet et Rosfi l. c. p. 210.

(4) Schöpff l. c. p. 772. — (5) Ad B. Aphor. 1370.

(6) Utriusque, magni et minoris genuinam vide formulam apud Lemery *Pharmac. Universelle.* Amst. 1717. 4<sup>o</sup> p. 681 sq.

(7) *Op. Omn. Anat. et Chirurg.* Lugd. Bat. II. fol. 1725. II. p. 1113.

„hypogastrio autem junctum alvum dejicit; ob id  
 „hydropicis mire juvat ferofum excrementum large  
 „vacuando; vermes quoque necat et educit. . . .

„Minus parum adhibeatur neque scopo evacuan-  
 „di. — „de Ung. ex Arth. pilulae cordi im-  
 „positae purgant” (1), imo Turner mortuos  
 vidit duos pueros ex hypercatharsi ab isto Ung.  
 umbilico illito (2).

§. 35. *Diuretica; alia.* Veterum Ung. Agrippae  
 e radice Bryoniae, Cucumere asinino, Scilla, aliis-  
 que confectum fuit (3); non mirum igitur Ve fa-  
 llii (II. 1112) effatum: „Ung. Agrippae valet  
 „hydropicis . . . . urinam provocat et inunctum  
 „supra ventrem laxat.” — Chiarenti 8 gr.

*Scillae marit.* cum dr. j. succi gastr. cani infrica-  
 vit, unde jam post semihoram effectus diureticus,  
 ut canis per 24 horas omni quadrante urinam mit-  
 tere deberet (4).

Meyer ardorem ventriculi ex acido primarum  
 viarum ortam in se ipso emendavit (5), et balneis  
 alcalinis ex cineribus vel sale Tartari.

Goelii (6) aceti balneum, antidoti contra  
 Opium instar, aequae efficax esse ac internum usum  
 aceti in infante observavit.

*Ma-*  
 (1) Fallopius (med. purg. simpl. 22—26.) — (2) Ar-  
 noufa, l. c. p. 34. — (3) Lemery, l. c. p. 678. (4)  
 (4) Brera, l. §. 235. — (5) *De Varia sodae indole.*  
 Erfurt. 1792. Schöpff, l. c. p. 762. 791. — (6) Mollen-  
 v. Eldik, IV. 1825. p. 366.



*Materiae e regno minerali.*

§. 36. *Cosmetica* maxime ex hoc regno petuntur; J. A. von Brambilla (1) vidit matronam cum 2 filiabus cosmetico e plumbo praepreparatis utentes; candidus erat faciei color, at major natu dirissimos inter cruciatus colica perierat saturnina, quae junior nunc correpta aptis remediis vix ex orci faucibus rapiebatur; mater jam per duos annos colicam, consipationem pertinacem, paralyfin artuum inferiorum fuit passa. — H u f e l a n d cosmetica e merc. subl. c. (2) veneficium vocat chronicum, cujus flebiles progressus tum demum si nimii fuerint observantur. Matronam vidit, quae ope cosmetici, suae familiae proprii (cum Merc. s. c.), candido gaudebat una cum prole colore. At ipsa spasmis fere semper, affectionibus nervorum, et filiae a prima juventute variis neurosibus vexabantur.

§. 37. *Arsenicum.* „ Ab empl. Arsenicali capiti imposito mors, et alia aegre servata, cum favore impositum fuisset” H a l l e r (V. 86). Inunctionem capitis cum Ung., cui Arsenicum admixtum fuerat, in puella acerrimi dolores, totius capitis intumescencia, vigiliae, animi deliquium, febris, et 6<sup>o</sup> die mors infecuta sunt (3). Alia puella comp-

(1) *Samml. Aufs. Abh.* XII. 1788. *Abh. von der Bleykalk.* p. 203, — (2) Iterata vice arguit. *Kleines Medicin. Schriften.* III. p. 345. „ Gefahren des Sublimats als Schönheitsmittel. *Journal.* LXX. 1830. I. p. 116. — (3) B. F. Suerman, *Disc. de Arsenici in corpore humano effectibus ejusque usu hodi-*

ta pectine imbuto oleo cui Arf. inmixtum, infelici adeo eventu, ut post vehementem diarrhoeam et vomitum atrocem exspiraret (1). Orfila feminam vidit (2), quae ut pediculos fugaret pomatum capiti infricavit Arf. confectum; post 7 dies caput inde tumefactum est, glandulae capitis turgentes, ardor internus accedit, vertigo, syncope, cardialgia, vomitus, constipatio, tremor artuum, delirium. — Sherwin (3) ex parca solutione Arsenici manibus affricata urinam auctam et nauseam expertus est; nec mirum, veteribus enim jam notum (4), Arf. externe applicatum efficax esse diureticum.

§. 38. *Hydrargyrum.* Crugeri (5) vidit gemellos  $\frac{1}{2}$  annum natos Ung. ex butyro cum Mercurii vivi dr. j. ad dorsum et caput semel inunctos, quorum unus eadem, alter sequenti die obiit.

J. Dolaeus (6) militem, vidit arthritide vaga laborantem, a barbi tonfore ad spinam et articulos Mercurio illinitum, unde vehemens salivatio, sphace-

*die celebrato medico, praesertim ad carcinomatis curationem.*  
 Traj. ad Rh. 1809. 4°. C. III. §. 39. p. 33. — (1) Ibid. p. 33.  
 (2) Orfila, *Traité des poisons ou Toxicologie générale.* Edit. 2. I. 1818. p. 184. Obs. 3. — (3) *Mem. of the Medical Society of London.* Vol. II. 1789. Art. 35. *Observat. on the effects of Arsenic by external absorption,* by J. Sherwin, p. 394 sqq. — (4) *Med. Chir. Zeit.* 1790. I. p. 462.  
 (5) *Ephemerid. Acad. Nat. curios.* Anni 1685. Decad. II. an. IV. Obs. 16. p. 45. Ibid. p. 46. similem observationem narrat Schröck. — (6) Ibid. Obs. 120. p. 228.

lus, mors! Ward (1) observavit veneficium, cum 2 fratres lue correpti sese cum 2 unc. Merc. subl. c. cum axungia porci abdomen inunxerant. Unus altero, alter 14<sup>o</sup> die post diros cruciatus expiravit; in cadavere ventriculi inflamm. — Eundem exitum Crampton (2) notat ex paucis drachmis Ung. Hydrarg. in juvene Ascitidis et Anasarcae causa abdomini insinuat. J. Cloquet (3), cum ad horam V post mer. manus in solutionem valde concentratam Merc. subl. corr., ut inde anatomica quaedam peteret, merferat, noctis hora I illi dolores in epigastrio, imprimis in regione ventriculi et diaphragm., constrictio pectoris, nausea, vomitus, colici dolores supervenerunt.

§. 39. *Plumbum*. Afferre solent (4) pictores maxime saturnina corripit colica, constipationibus, paralyfi, tremoribus. Aikin (5), jam multum a pulmonali inhalatione, saltem in mineris, Puihn (6) ab

(1) *Froriep's Notizen*, no. 532. XXV. 1829. no. IV. p. 63.

(2) *Transact. of the assoc. of fellows and licentiats of the king and queens college of Physicians in Ireland*. IV. 1824. case of fatal result from Mercurial ointment, by J. Crampton, p. 91—101. Colson (*Archiv. gén.* 1827. p. 109) ex Hydrargyrosi tremorem metallicum vidit. — (3) Orfila, l. c. l. p. 93. Obs. 8. Plenck, *Toxicologia*, p. 263 similes in puella narrat effectus. — (4) Asfalini, Rullier, Westrumb. — (5) J. Aikin, *Observations on the external use of preparations of lead with some general remarks of topical Medicines*. Lond. 1772. 8<sup>o</sup>. p. 9. — (6) T. G. Puihn. *die Gifte des Mineral-Reichs*. — Bayreuth. 1816. p. 50 sq.



ab introductione simul cum cibus rem declarant; id autem certum est, pictoribus inprimis manus fieri paralyticas (1).

„ In axillis gestatum, Lithargyrium fecit dyspnoeam, lipothymiam, nauseam, vomitum.” Haller (V. 85). — Schmidt (2) plurima hujus generis exempla collegit; — paralytis manus et digitorum observata fuit (3), post manus contortionem fomento ex aqua calcis cum Aceto Litharg. tractatam; ex fomentatione scroti in inflamm. testiculorum cum aq. Goul. testiculorum scirrhus (? 4); imo ex solutione Acetatis Plumbi fomenti instar in gonorrhoea adhibita post 3½ menses impotentia virilis observabatur (5). Boerhaave (6) docet, „si dilutum (acetum pl., lac virg.) cuti affricatur, pustulas, rubedines, erysipelas, phlegmonas multum levat, cuti candorem nitoremque conciliat, sed corpori nocet, tandem in Phthifin deducendo, ut tristissimis saepe constitit exemplis.”

§. 40. *Antimonium.* „Vomitus ex admoto cruribus decocto metallorum legitur” (7); diversae sunt

(1) Schöpff, l. c. 775. — (2) J. A. Schmidt, *die Antigouard in Wahrnehmungen über Misbrauch und Unsicherheit des Bleye-extrakts von Osterreichschen Feld-Chirurgen aufgestellt.* 8°. Wien. 1785 — (3) Ibid. Obs. 18. p. 131.

(4) Ibid. Obs. 15. p. 121. Obs. 16. proc. 124. — (5) Ibid. Obs. 11. p. 100. — (6) *Elem. Chem.* II. proc. 172. Lugd. Bat. 1732 4°. II. p. 454. — (7) *Ephem. Acad. Nat. curios.* Deca-

sunt) de Tartari Emetici extus applicati vi emeticâ observationes. Hecker ex ung. Tart. Emet. cum adipe vidit vomitum (1); Gutlebfe infantem triennem, propter spinæ incipiens vitium tali Ung. inunctum, post vomitum biliosum intra 48 horas mortuum tradit (2).

Sherwin 5 gr. Tart. Emet. aqua soluta in manus lavando fricaverat; nauseam inde et perspirationem attetam passus est; 9 vero gr. affrictis, alvum laxatam et praeter nauseam, urinam longe copiosiore vidit (3); repetivit ejus experimenta Hutchinso, vidit perspir. et urinam caloremque aucta, nullam autem in primis viis mutationem (4). Gaitskel (5), Bradley (6), Struve (7) suspecta dubitant haec experimenta, cum ipsi urinam non viderint auctam; Bradley (8) levem nauseam expertus est.

Neque Hahn (9) ex Tartari emetici externa ad-  
 eade II. an. I. 1682. Obs. 43. Meiboom, l. c. p. 12.  
 (1) Schöpff, l. c. p. 787. — (2) *Medic. Chir. Zeits.* 1823. I p. 169. — (3) *Mem. of the Medical Society of Lond.* II. 1789. art. 34. *Observations on the Effects of Emetic Tartar, by external absorption; in a lettre to J. C. Lettsom*, by J. Sherwin, p. 386—394. Male ergo auctores haec experimento tribuunt Lettsom; confer. experimenta, p. 391.  
 (4) *Mem. of the Med. Society of Lond.* V. 81. *Sämm. Ausserl. Abh.* XIX 1800. p. 523. — (5) *Mem. of Med. Soc.* IV. Sect. VI. — (6) *Ibid.* IV. Sect. XIX. — (7) Hufel. *Journ.* IV. St. 3. p. 602. — (8) *Med. Chir. Zeits.* 1795. IV. 84, 85. — (9) J. Hahn, *Observ. and experim. on the use of Enemas.* PhRad. 1790.

admotione vomitum vidit, neque **Chrestien** (1), qualem autem hoc modo cieri posse putat **v. Humboldt** (2).

**Brera** (3) in casu colluviei faburræ, frictione ad interna brachia cum 6 gr. Tart. Emet. saliva et axungia remixtis, post 3 frictiones sudores copiosos et alvi frequentiam, in infante 6 ann. ob eundem morbum 6 vel 8 gr. affricatis, nihil præter sudores vidit; scrupulo  $\beta$ . autem pro dosi ter illito, nausea secuta est, post quartam frictionem copiosus biliofae faburrae vomitus. — **Krimer** (4) ex solutionis affricatione nullos vidit effectus, vomitum quidem si profundioribus vulneribus adspergeretur; adhibito autem Unguento cum 60 gr. Tart. Emet. præter pustulas bis nauseam vidit et vomitum. — **Colson** (5) jam ex 3 gr. cum empl. picis admotis copiosas habuit sedes, inque aliis vidit per superiora etiam evacuationem.

Egregie autem has componere possumus controversias experientiâ **Cel. Gendrin** (6), neque opus est, ut internum Emetici usum sæpe aequè fallacem

- (1) l. c. 1813 p. 32—35, 235. — (2) l. c. II. p. 166.  
 (3) I. §. 169. p. 245. II. §. 223. p. 63—65. — 4) **Krimer**, *Ueber die Wirkung der auf verschied. Wegen d. Körper beigebragten Brechweinstein*. *Horn's Archiv*. 1816. II. p. 925.  
 (5) **Froriep's Notizen**, no. 505. XXIII. 1829. n°. 21. p. 505.  
 (6) *Observations sur la préparation et sur les effets de la Pomade Stibil par Gendrin*. *red. du Journ. Gén. de Méd. Chir. et Pharm.* CLX. Decbr, 1829. p. 388—394.



cem et incertum indicemus. Scilicet observavit, pomatum cum Tartaro Emetico, derivandi et exanthema producendi scopo adhibitum, copiosos et frequentes ciere vomitus, si Pharmacopola aquam in praeparando adhibuisset, quod, ut sal melius cum axungia misceatur, facere audent; nequaquam autem, si absque ulla additione sal cum axungia fuerat mixtum. Si igitur pomatum scopo alterandi adhibet, ne guttulam aquae addi curat, quando vel ex diuturniori in eodem loco ad magnam dosin usu nunquam vomitum vidit. In matrona vero, ex saburra laborante, praescripsit: R. axung. dr. ij. Tartar. Emet. dr. 1 β. aquae destill. dr. ij. et jam ex altera frictione copiosus vomitus.

B. *Cute laesa.*

§. 41. *Arsenicum* cuti non integrae admotum flebiles haud raro induxit effectus, hinc etiam Cl. S u e r m a n illud ad carcinomatis curationem anceps, damnosum, infidum, pessimaeque notae damnavit remedium (1); — refertur inter plura de puero post inspersum ulceribus Arsenicum intra biduum mortuo (2); de animi deliquio, syncope, febre ardente, delirio ex vix 1 gr. ulceri tibiae adplicato (3); D e g n e r (4) in duobus militibus horrendam observavit genitalium inflammationem; subito in gangraenosam abeuntem nigredinem, immo fere in perfectum spha-

(1) l. c. C. VI. p. 63. — (2) Ibid. c. III. §. 40. p. 34.

(3) Ibid. p. 35. — (4) Ibid. p. 35.

celum arsenico, aliis licet quam his locis, contra scabiem inunctis. Amat. Lusitanus refert (1) de juvene, qui contra scabiem totum corpus occupantem Ung. Arsenic. usus, mane mortuus decumbens inventus fuit; Fernelius (2) feminam ex pulvere Arsenici ulceri mammae cancroso infuso, intra 5 dies misere mortuam vidit. „Tineae cae, pitis admotum Auripigmentum mortem aliquando induxit” (3). Scoultetenbis vidit vitae periculum ex Arf. caustici instar adhibito (4), imo Jaeger (5) Arf. vulneri admotum citius longe ventriculi inflamm., quam interne datum, producere notat.

§. 42. *Hydrargyrum*. Plenck (6) militem vidit ex Merc. subl. corr. fistuloso pestis buboni infuso, post biduum miserrimis convulsionibus mortuum. Degner (7) narrat de Merc. s. c. ab empirico matronae contra parvam ad nates inductionem exhibito, unde cum cutis laederetur, dolores vehementes, tumor inflamm., convulsiones, salivatio, post 15 dies mors. Ex eodem praeparato contra scabiem tineamve applicato, veneficium

lar-

(1) Ibid. c. IV. §. 49. p. 45. — (2) Plenck, l. c. p. 455. — (3) „In patria mea;” Meybomius, l. c. p. 14. — (4) Froriep's *Notizen*, n<sup>o</sup>. 623. XXIX. 1831. n<sup>o</sup>. 7. p. 112. — (5) Gehlen, *Journ. f. Chemie*. VI. p. 289. (6) l. c. p. 315. — (7) *Hist. Med. de Dysenteria, biliosa, contagiosa Anni 1738*. P. 250.

larga salivatione, solutum (1), imo mortem (2) notant (3). Haec ulterius probantur a Cl. Orfila (4); — quidam cum in crure altero carcinomatosum haberet tumorem, empiricus ei caustici adhibitione medelam pollicitus est; fecit tumoris incisionem et post primam deligationem nudo vulnere pulverem Merc. Subl. c. applicavit; sequenti die aeger mortuus in lecto inventus est. Puella 8 annorum tumores 2 in cervice et occipite habuit. Spir. Nitri ope aperiebantur tumores et humore diffuso adhibitus est duplici vice Merc. Subl. corros. ad fundum cystae corrodendum; 5<sup>o</sup> die miserimis convulsionibus obiit. Agirta robustae cuidam feminae ceterum sanae propter cancer mammae ulceratum pulverem dedit album externe (adhibendum; fuit Merc. Subl. corros; mox post applica-

(1) *Historiae Medicae* t. 1. p. 110. — (2) Robertson, *The Edinb. Med. & Surg. Journ.* VIII. 1812. P. I. n<sup>o</sup>. 12. — (3) *Med. Chir. Zeit.* 1823. I. p. 169. *Archiv von Horn.* 1826. II. p. 395. — (4) Meybomius, l. c. p. 14. „Aquam Mercurialem propter scabiem „inunctam salivationem movisse, novi. Idem efficit adhibitus „ulceri mundando in quadam femina Mercurius praecipitatus.“ — Carro (*Med. Chir. Zeit.*) 1812. IV. p. 84) ex Ung. Citrino magna dosi in scabie adhibito, omnes veneficii ex Hydrag. in 3 casibus vidit sequelas. — Refertur (*Journ. Universel des Scienc. Méd.* XI. p. 224 sqq.) de praestantis formae matrona, cum propter scabiem, ab ancillis illi allatam, balnea cum M. s. c. et Ung. c. Deutox. Hydrarg. adhibuisset, Phthisi pulmonali correpta. — (4) *Toxicologie*, l. c. I. p. 92 sqq. Observ. 5, 6, 7.



tionem dolores atroces, nausea, vomitus, convulsiones oriebantur, dum atrocissima mors altero die torminibus finem imponeret.

§. 43. *Antimonium*. L e m b e r t ex endermatica applicatione 4 gr. Tart. Em. alvum copiosam vidit et diaphoresin (1); K r i m e r (2) ex 2 granis Tart. Em. vulneri profundiori immisfis, post bihorium septies vomitum notavit; solutio Tart. em. nudis excrescentiis venereis admota nauseam, vomitum, alvi dejectionem adduxit (3). R i c h t e r ex 2 gr. Kerm. min. bis ad praecordia enderm. admotis vomitum vidit, demto medicamine desinentem (4).

§. 44. *Plumbum*. Veneficii signa ex cerussa ad intertriginem (uti quondam celebri) admota H a l l e r notat (5); P l e n c k (6) arthritidem inde et epilepsiam in infantibus oriri vidit (7).

Egregius autem Goulardi antagonista (8), hic nobis valida praebet argumenta, dum magnam observationum collegerit vim, quae celebrem ad inflammationem.

(1) *Esai* l. c. p. 117. — (2) l. c. p. 933—935.

(3) Chrestien, 1833: p. 33. (4) *De Meth. end.* p. 40. „A Croco metallo um herpeti extus imposito vomitus.” Haller. — (5) Haller, V. p. 86. — (6) l. c. p. 421.

(7) Mira sane narrat J. C. Starck (*S. Archiv f. d. Geburtshulfe, Frauenz. und neu gebohrener Kinder Krankheiten.* III. Jena 1791. St. III. p. 386). Scilicet post aquam Goulardi in infante 9 annorum ad locos ambustos adhibitam, praeter dolores colicos et ardorem urinae, cerussam (!!) pulveris albi instar in urina vidisse putat depositam.

(8) J. A. Schmidt, V. S. p. 134. not. 2.

flamm. externas, ambustiones, vulnera, ulcera, morbosque cutaneos aquae Goulardi usum, disuaderet inconsideratum, veneficii quippe ex plumbo signa, alvum tardam, tremorem artuum, paralyfin, dolores colicos, colicam pictorum, ipsamque mortem non raro inducentem. Posch (1) ex hujus aquae ad tumores hydropicos (Anasarca adfuit) excoriatos usu, asthma gravissimum, mortemque vidit; Schmidt (2) veneficium post ejusdem in milite ad bubones usum; Von Brambilla (3) ex cruris vulnere aqua Goul. tractato sensibilitatem et motum deperditum crurisque atrophiam, Haberes colicam inflamm. lethalem (4), ex scabie cum Extr. plumbi tractata, Streit (5) dirisimas convulsiones colicam pictorum concomitantes ex cerussa in puella ad impetiginem (Flechten) admota, notant.

Wendt (6) vidit mulierem, dum verrucas pectoris humidias cum aqua Goulardi lavasset, febre cum vehementi cephalalgia, et semitertiana soporosa correptam.

§. 45. *Opium.* Guiaud (7) militem, cui contra Erysipelas phlegmonosum catapl. ex farina lini cum

(1) Schmidt, l. c. Observ. 29. p. 170. — (2) Ibid. Obs. 32. p. 180. — (3) Ibid. Obs. 20. p. 138. — (4) Ibid. Obs. 40. p. 206. — (5) Ibid. Obs. 34. p. 185. — (6) *Med. Chirurg. Zeit.* 1798. I. p. 403. — (7) *Froriep's Notizen*, no. 358. XVII. 1827. no. VI. p. 95. Moll et v. Eldik, VI. 1827. p. 478.

cum magna Laudani quantitate (errore discipuli loco 15 gutt.) applicaverant, contractas pupillas, muscul. faciei spasmos, delirium contraxisse vidit. — In Nosocomio Philadelphiae cataplasmatibus emollientibus ulceribus dolentibus applicandis, addere solent Opii quidquid supersit post praeparationem tincturae, (le marc); Gerhard autem (1) illud misum facere debuit, ob narcoticos saepius inde natos effectus. Jackson (2) tinct. Opii acetosam endermatice congestiones ad caput, somnolentiam cephalalgiam producere vidit.

*Morphium* purum et aceticum contractam reddunt pupillam enderm. applicata, nervosque ita et cerebrum afficiunt, ut pro varia dosi somnolentia sopori, vertigo, delirium, cephalalgia, quandoque temulentia, saepe ingens alacritas oriatur (3). Mansfeld ab  $\frac{1}{4}$  gr. acet. Morph. dilatata pupillam (4); Gendrin ab  $\frac{1}{2}$  gr. narcoticos effectus notant (5).

§. 46. *Tabacum*. Oleum ejus empyreumaticum quo locus vesicatorio denudatus lavaretur, post pauca minuta, vomitus violentos produxit difficile sistendos (6). Nec primum hoc Gerhard observavit; nam Soemmering (de C. H. f. V. 412.) „ol. „ Nicotianae in vulnere instillatum vel ore sumtum

(1) Gerhard, l. c. p. 105. — (2) Ibid. p. 106.

(3) Lemberg et Lesieur, l. c. — (4) *Zeitsch. f. Gebartsk.* l. c. p. 393. — (5) Ad Gerhard, l. c. p. 108.

(6) Gerhard, l. c. p. 123.



„ vomitum concitat;” et Kaau B. (§. 225.)  
 „ Tinct. Nicot. puero lavatur caput, ad infestos  
 „ ipsi pediculos necandos, vel turpem scabiem  
 „ pellendam, titubat saepe et inde vomit.” —

Schröck 2°. 1685 retulit (1) de 3 filiis pediculis et tinea capitis affectis, insperso Tabaci pulvere in toto corpore intumescens praesertim in capite, cum difficili respirazione et prostratione virium, quorum unus obiit. Grand (2) narrat de rustico, qui cum scabiem alieno in lecto acquisiverat, et hac uxorem impraegnauerat, infusionem Tabaci aquosam una cum uxore lotii instar adhibebat. Post horam erant quasi inebriati; lectum petebant, at utrique gravis supervenit cephalalgia, in viro eructatio vehemens et vomitus, in uxore emeto-catharsis, unde sequenti die nausea adhuc, membrorum spasmi, et asthmatica affectio supererat. — Van der Monde similem tradidit observationem (3).

§. 47. *Belladonna; alia.* Ex Bell. enderm. applicata visum turbatum, pupillas dilatatas, delirium cum loquacitate et totius corporis tremore, subinde vomitum biliosum, colicas, fedes copiosas Lemberg (4) notat. Bally dorso pedis ap-  
 pli-

(1) Ephem. nat. curios. Dec. II. an. IV. p. 46.

(2) *Medical Commentaries collected by A. Duncan.* Dec. II. Vol. I. Sect. II. no. VI. p. 327. *Account of a singular Effect from the external Application of a strong infusion of Tobacco employed for the cure of Psora,* by P. Grand. — (3) *Ré-cueil périodiq.* VII. p. 67. — (4) Lemberg *Essai*, p. 24

plicatam, pupillam dilatare vidit (1). Wade (2) 2 part. empl. saponis cum 1 part. Extr. Belladonnae ulceri manus applicatis, post 36 horas valde notabilia vidit veneficii symptomata.

Extr. Nuc. Vomicae, Strychniumve enderm. admotum Tetanum induxit (3); Richter ex Strychnio convulsiones notat (4), Bally congestiones ad caput, V. S. indicantes (5).

Gravioris veneficii symptomata ex foliis *Daturae Stramonii* ad membra combusta admotis Berdenokwitsch tradit (6).

Bally narcoticos vidit effectus ex aqua *Lau-rocerasi* in deligatione moxarum adbibita (7).

§. 48. *Aloe; alia.* Chirurgis solemne quondam fuit vulnera cum solutione Aloës mundare; mittere hoc coacti sunt, quia multi vulnerati, diarrhoea inde oborta, sint mortui (8); quod Ledoux (9) pluribus exemplis narrat. Murray (V. 251.): „in carie hoc saepe observatur ex tinctura Aloës adhibita, quae resorptione dejectiones alvi continuas excitat. Ita pilula ex Aloë parata et fonticulo stimuli causa immissa alvum movit tantopere, ut auferre ideo eam opus fuerit.”

Hel-  
et 120. — (1) Richter, l. c. p. 28. — (2) *Med. Chir. Zeit.* 1828. II. p. 299. — (3) *Arch. gén. de Méd.* 1824. V. p. 159. Lember, *Essai*, p. 36. — (4) Richter, l. c. p. 31. — (5) *Ibid.* p. 20. — (6) Hecker, *List. Anna-len der gesamm. Heilk.* 1831. Jan. p. 120. — (7) Lember, *Essai*, p. 10, 11. — (8) Tisot et Plenck, l. c. p. 131. — (9) *Dict. d. Scienc. Méd.* XXV. 1818. p. 60.

*Hellebori* ita pilula stimulandi causa fontanellae applicata vomitum et diarrhoeam adduxit (1); idem in animalibus (2) fuit observatum.

*Crotonis Tiglii* olei guttula una in vesicatorio ad nates stillata alvi movit positiones dum constipatio, saburra et vomitus continuus adescent, observante Sanfon (3).

§. 49. *Scillae extr.* endermatice diureticum fuit observatum (4). — Cruikshank vidit, si loco vesicatorii ope denudato stimulandi causa *Cantharides* applicentur, longe citius stranguriam oriri (5), unde medici americani vehementem sane stranguriam notarunt (6). Emmert in lympha glandularum inguinis chemice decoct. *August. spur.* detexit, quo crus vulneratum erat lotum (7).

His tandem addantur experimenta cum variis venenis a Cl. Orfila (8) instituta, qui dum haec in telam cellularem animalium subcutaneam deponeret, veneficii observavit symptomata.

---

§. 50. Qua igitur ratione agunt Medicamenta haec externa? Alii putarunt per ita dictum confen-

(1) Jo. Bohmii Disp. de vomitu. Lips. 1698. 4°. §. 9.

(2) *M. C. Z.* 1823. III. p. 281. — (3) *Transact. Médicales*, I. Juill. 1830. p. 12; similem casum narrat Gendrin ap. Gerhard, l. c. p. 119. — (4) Lemberg, l. c. p. 122. Richter, p. 29.

(5) *Samml. auserl. Abh.* VII. 1781. p. 14. — (6) Gerhard, l. c. p. 106. — (7) Westrumb, l. c. p. 533.

(8) *Toxicologie*. H. 1818. passim.



fenſum rem abſolvi, uti Bagli vi, Hoffmann (1), alii. Schöpff (2) in nervos tantum agere externe applicata ſtatuit, idemque Robertſon (3). — Monſalcón principes abſorptionem agere partes, nec tamen omnes excluſive, dum frictione, calore, frigore in ſympathiam ageretur (4). Brera externorum medicamentorum actionem ſtatuit mechanicam, et Phyſico-chemicam, primam in papillas cutis nerveas, hanc translatione in ſuccos (5); quod ipſi plerique conſentiunt (6).

Pro maxima autem parte Jatro-aliptarum medicamenta (nam de illis endermatice exhibitis nullum erit dubium) agere videntur abſorptione, quod cum de medicamentis in genere conſtet (7), quidni ſtatuemus de externis? (8). Venena (9) non in nervos agunt, ſed circulanti ſanguine recepta per hanc viam ſyſt. nervoſum afficiunt et a centro ſyſt. nervi mortem aut nocivos effectus edere valent; uti inprimis Backer (10) experimentis cum nuce vom-

mi -

- (1) *Op. omnia* I. p. 318. — (2) *l. c.* p. 795 ſqq.  
 (3) *Med. Chir. Zeit.* 1828. IV. p. 204. — (4) *l. c.* p. 312—314. — (5) *l. c.* §. 88. p. 140—142. II. articulo VI. p. 130—154. — (6) Cruikshank (*l. XVII.* p. 101). Chreſtien (1813. p. 31 et 36). Burdach (*Syſt. d. Arznei-mittellehre.* Leipz. 1807. I. p. 23). Hecker (*Pract. Arzneimittellehre.* Erfurd. 1814 I. p. 34). — (7) Treviranus, Weſtrumb. — (8) Biſchat, generales effectus janã ab abſorptione diducit. *Anatom. géner.* II. §. 692.  
 (9) Lund §. 24. p. 100—114. — (10) G. Backer, *Comment. ad Quaest. Phyſol. Acad. Rhen. Traj. a. 1828.* Appen-

pende

mica probavit. Opium, quod nervinum dicunt remedium, ventriculo ingestum, narcoticum est, dissectis licet nervis (1); acid. oxalicum dilutum, ideoque facilius absorbendum, longe promptius quam merum agit (2); — dissectis ventriculi nervis concentrati vis topica cesat, si vero dilutum ingeras veneni aderunt symptomata (3). Vidimus, externe applicata non tantum propriam sibi vim exercere, sed in abditis quoque locis fuisse detecta aut a chemicis indicata; ubivis ea applicaveris, tamen semper in peculiare organon definite agunt, quod facilius absorptione declaratur quam nervis. Statuendum igitur videtur (4): Jatro - aliptarum medicamenta plurima agere absorptione in succos translata; concedimus: ea quae stimulandi scopo dantur externe vesicantia, rubefacientia, cataplasmata, non adeo agere absorptione, sed pauca, verosimiliter nulla, actione in cutis nervos generales producant internos effectus; quae enim in hos agunt remedia bene multa, topicam inducunt actionem nec generalem, aut utilem ad morbos universales

(Wes-

pend. §. 5—11. p. 144—154. — (1) Lund, l. c.

(2) Cf. *Récherch. expérim. sur l'empois. par l'ac. oxalique* par Christison et Coindet, Magendie, *Journ.* III. p. 247. — (3) Christison et Coindet, l. c. p. 282.

(4) Ideoque asserendum Cl. Westrum b, l. c. p. 480. — Magendie vidit Tart. E. ubivis applicaris, sive in vulneribus, sive cuti laesae, sive venis injectum, semper vomitum ciere, unde concludit, non agere nisi syst. sanguifero receptum,

Westrumb 1). — Plurima externe applicata in consensum cutis cum partibus internis agere, concedimus, et hinc expiicamus bene multos a Jatroalipis enarratos methodi effectus et fructus. At vero de remediis vero sensu Jatraceuticalis (nam ad priora v. c. cantharides, sinapismata, aliaque aequo jure referres ac aromatica et spirituosa) et procul dubio de endermaticis statuendum, *ea agere absorpta, ac particularum vi medicatrice prae-ditarum in ipsam circulantis sanguinis massam transitu.*

(1) l. c. p. 480. — Lebküchner a Tart. Em. Arsen. aliisque nihil vidit, si applicarentur partibus per nervos tantum cum reliquo corpore contiguis; Westrumb (*Untersuchungen ueber die Absorpt. d. Venen*, p. 54—56) experimentis monstrat, venena quidem inmediate in nervos agere posse, sensibilitatemque afficere, sed effectus inde non esse generales, sed topicos.



## CAPUT III.

### METHODUS JATRALEPTICA.

---

Zufolge der Erfahrungen und Meinungen der Aertze aller Orten und Zeiten, mögen dennoch durch bloss äussere Anwendung von Arzneymitteln, mit einigen Abänderungen, fast alle Heilanzeigen erfüllet werden. Und zwar durch die unverletzte Haut.

Schöpf, *Huf. Journ.* V. 776.

§. 1. **E**tiamsi omnia a veteribus inventa sint, hoc semper novum erit, usus et inventorum ab aliis scientia et dispositio. Ab omni aevo externam vidimus medicationem in summam humanae gentis salutem fuisse adhibitam, eam vero versus finem saeculi XVIII, inter praecipuas medendi methodos demum fuisse relatam, a quo inde tempore methodus Jatraleptica habebatur: ea medicamentorum contra hominum morbos internos vel universales administrandi ratio, qua quae caeteroquin intus dari solent aptis vehiculis involuta, cuti integrae, post praegressam frictionem, adponuntur, inunguntur, adfricantur.

§. 2.

§. 2. Haec autem Therapeutica methodus ex ipsius Brerae (1) effato, non in quovis aegro aut morbo tamquam universalis adhibenda, sua habet *Indicantia et Contraindicantia*.

#### Indicantia.

##### A. Ubi interna medicatio impedita.

##### 1. Ex conditione partium.

1. Medicamentorum transitus in ventriculum saepe impeditur *Tetano* vel *Trismo* ipsum os firmiter claudente, saepius autem *Dysphagia*, in qua methodus nostra latisimae est utilitatis; igitur haud raro in affectionibus catarrhalibus ac rheumaticis, in primo exanthematum febrilium stadio, cum aphthis in febribus pituitosis, nec non Oesophago spasmis constricto, tumoribus compresso aut corporibus heterogeneis oblitterato; nec raro ex debilitate, uti in Typho, aut delirio vel animi deliquio; hystericis ex globo fauces constringente. Atrox abdominis dolor (2) intestina et ventriculum saepe spasmodice adeo afficit, ut nec per os nec per anum quid inducere valeamus.

2. *Ventriculi affectio*. Innumera enim probatur observatione, methodum esse praestantissimam ubi remedia simulac interne essent sumta, rejiciebantur, quod imprimis observatur ex nimia ventriculi sensibilitate, Opio licet magna dosi simul ingesto, uti

(1) Brera, *Anatripsologia*. Edit. V. Basfano. 1812. II. §. 271. p. 169. — (2) Brera, II. §. 173. p. 170.

in Cardialgia, cholera, colica; hinc saepe etiam in tusi convulsiva; hinc post evacuationes in febre gastrica institutas, externe saepius ventriculo aromaticis est subveniendum.

II. *Ex conditione aegri.*

1. *Idiosyncrasia.* Aegri saepe a remedio interno pessime afficiuntur, dum idem illud extus admotum facile ferunt. Opium ita pluribus molestum.

2. *Medicinae fastidium.* Vel enim praejudicio ducti respuunt medelam (1), vel sui non compotes, delirantes, maniaci omnia, etiam cibos negant. — Infantes quoque medicamenta negare solent, vel propter ingratitude, uti Anthelmintica, vel propter infantum propriam pertinaciam. Hinc Hufeland methodum nostram summi duxit in praxi infantum, eo magis quum pleraque remedia tenello ventriculo non sint accommodata, cutisque infantilis methodo sit aptissima. — Tandem delicatiores ingrata, aut per longum adhibita, aut alii, dolore aliisve incommodis vexati, omnia remedia negant,

III. *Ex conditione medicamenti.*

Intus non raro noceret, quod extus bene fertur remedium. Chrestien (2) et Brera (3) notarunt, Digit. purp. extus optime Hydropem curare, pul-

(1) Casus memorabilis apud Chrestien. 1813. p. 88. foemina summo dolore excruciatam, dum opium, quo matrem obnecatam putabat, sumere negaret, hujus externa applicatione sanata. — (2) Chr. 1813. p. 227. — (3) Brera, §. 133. I. p. 194.



pulsus vero motumque sanguinis non afficere. — Merc. Subl. corr. ventriculum saepe irritat, et inde pulmones, unde catarrhi chronici, ipsaque Phthisis fuit observata (1), quos autem effectus externus usus non inducit (2). — Hergenröther (3) ex succo scillae vidit ventriculi inflamm., externum autem commodum in Hydrope usum. — Opium in debilibus aegris extus non ita ventriculi debilitatem inducit (4). Tandem si quae fortiora remedia magna dosi sint adhibenda, externa praeferatur applicatio ne ventriculus laedatur (5).

*B. Ubi internae medicationi subveniendum.*

Qui enim tantum ex impedita medicatione interna, ad hanc esse putet transeundum, volvat artis principum opera, ut pateat illi, utramque saepe jungi, praestantesque viros in omni graviore morbo, plures per vias praesidia adducere.

*C. Ubi externa medicatio praestet.*

Saepius enim effectum carent medicamina cum in ventriculum ingesta, cibis commisceantur, mucos ob-

vol-

(1) *Journ. univ. des Scienc. Méd.* XII. p. 127. Huf. *Syff. d. Prakt. Heilk.* Ventriculo integro, tamen saepe fortiora remedia contraindicantur propter pectoris malum, vel quae pectori conveniunt ventriculus non fert. (Sic Lemberg, p. 106, ubi kerm. min. propter intestinorum inflammationem inducere non auderet optimo successu illud contra pulmonum affectionem pone auriculam vesicatorio applicavit). — (2) Chrestien. 1813. p. 36. — (3) *Med. Chirur. Zeit.* 1823. III. p. 282. (4) Brera, I. §. 4. §. 6. II. §. 272. — (5) Chrestien. 1813. p. 89. Brera. II. §. 279.

volvantur, succis digestricibus decomponentur. Hinc extus medela ferenda si torpeat canalis digestrix, debilis fit et quasi paralytica (1), hinc si ex protracto usu ventriculus ei adsueverit, et efficacia perdatur, uti in morbis chronicis. Narcotica, ventriculi viribus eorum usu exhaustis, optime extus applicantur, dum robur suum recuperaverit ventriculus. — Tandem speciatim methodum praestare dicunt, in convulsionibus infantum (2), in Typho (3) ubi cuti saepe major remanserit vitae gradus, aliis.

D. *Refugium post aliorum usum frustraneum.*

Jatro - aliptarum opera, hujusmodi salutaris refugii exemplis non carent. Saepe ex orci faucibus educti sunt aegri per medicationem externam, dum generosissima interna nullum attulissent levamen, malumque ita per longas invaluisset moras.

E. *Ubi duplici indicationi satisfaciendum.*

Brera egregio docuit exemplo (4). Ascites enim cum haud raro a viscerum abdominalium obstructione pendeat, in tali casu, ubi utrumque et causam et effectum tollere velles, nec ventriculus sine periculo medicamentorum vi gravari posset, unde nulla remedii efficacia, intus suadet resolventia, extus diuretica admovere; refert ita de ascitico lienis incre-

(1) Huf. *System* §. 58. Brera. I. §. 136. p. 200. II. §. 275. p. 172. — (2) Knebel, l. c. p. 78. — (3) Ibid. et Voigtel. I. 1816. p. 356. — (4) Brera, II. §. 216.

cremento insigni laborante, brevi perfecte sanato, usu pomati ex Scilla et Digit. purp., et pilularum ex fale Ammon. Merc. dulc. et Sulph. aur. Antim.

### Contraindicantia.

A. In omni morbo ubi usus internus non sit impeditus, aut contraindicatus, interna externa praeferenda medicatio. Ventriculi laedi quid detrahere, insipientis est. Externa medicatio est accessoria (Brera).

B. Diathesis inflammatoria, omnesque inde nati morbi, ob syst. absorbentis nimiam irritationem et spasmum, vasorumque extremorum irritationem (1); frictio ibi jam noceret. Si autem modo respiciamus remedia, quibus morbis inflamm. subvenire solemus, et apparatus antiphlogisticum (2), patet illos hac methodo facile posse carere.

C. Alii morbi non sthenici, nec urgentes, ubi syst. absorbens canalisque intestinalis viget, praeferunt internam medicationem (3), qua a parva dosi majori probabilitate salutes expectare licet effectus.

D. Aetas senilis, et in genere constitutio rigi-

(1) Brera. II. §. 264. p. 157. §. 270. p. 166. Knebel, l. c. p. 86. — (2) Patet salutarem usum Ung. Mercur. hic non respici. Vide Basedow: „Heilung von morbi inflamm. „intestin. durch Ung. Merc.“ Huf. Journ. LXVII. 1828. V. p. 82—103. — (3) Brera. II. §. 271. p. 168.



gida, sicca, torpida, quippe ubi torpeat fys. abforbens (1).

§. 3. In exercenda methodo plures observandae, certaeque sequendae *regulae*, tum quoad Medicamenta, tum quoad aegrum.

*De Medicamentis.*

Non omnia huic methodo aequae apta; rejiciantur (2), efficaciora licet, volatilia, quae aëre decomponuntur, acria, quae lente et incerte agunt; adhibeantur actionis cognitae, certae et probatae; minus efficacia sunt omnino inutilia (3).

§. 4. *Vehicula.* Forma magis minusve fluida Jatro-aliptae administrare solent remedia, licet et pulveri (uti Corticis) tribuant efficaciam. Balnea igitur, fomenta, linimenta, unguenta, emplastra, cataplasmata conveniunt.

Itali (4) animales humores, succum gastricum et salivam imprimis, optima putarunt vehicula, unde longe promptior foret et efficacior effectus, immo Brera absque iis parum vel non absorberi putavit remedia. Chiarenti (5) a 6 gr Opii in  
fucci

(1) Alibert, l. c. *Mem.* p. 189. Brera, II. §. 267. p. 161.

(2) Brera, I. §. 92. p. 146. II. p. 7 et 169. — (3) Ut exemplum e diureticis sit: Scillam et Digitalem adhibe, non ita Colchicum, Equisetum, Genistam. — (4) Praeunte Chiarenti (Brera, §. 4. I. p. 6) et probante Brera (§. 5. I. p. 9) qui optime de Chemia et Physiologia humorum animalium meritis. — (5) *Osservazioni*, p. 21. Exp. 13, 14, 15. Brera, I. p. 36. opium spiritu vini solutum canibus sine ullo  
effec-

fucci gastr. dr. j. solutis solamen a tusfi catarrhali, fomnum impediēte expertus, nullum altero vespere petivit levamen ex eadem opii dosi spiritu vini soluti. Brera (1) Scillam, Digit. p. Acet. Potasf. cum linimento volatili applicavit sine effectu diuretico; qualem probe notavit, adhibita saliva. Vehicula animalia praeferunt, propter innatam vim dis solventem, attenuantem, qua remedia suspenfa tenent, et propter affinitatem inter particulas nutrientes et nutritas, corpus animale ejusque humores (2). Chiarenti semper succum gastricum (3), Brera interdum adhibuit. Sa-  
li-

effectu applicavit (*Osservaz. p. 20. Exp. 10, 11, 12. Brera, I. p. 34. Giulio et Rosfi, I c. p. 210*) nec aegri agrypniam tollere valuit scr. j. opii cum unc. ij linim. volat applicato (Brera, I. p. 35). Giulio (Brera, I. p. 29.) succo gastrico soluta efficiora quoque vidit remedia quam aethere. — (1) Brera, §. 9. I. p. 14 vide etiam §. 14—15. p. 25—32. Brera, *Anatrispologiam* dixit Jatralepticen, quae humores animales admittit vehicula; illos dividit: 1. aquofos, 2. mucofos, 3. gelatinofos, oleofos, ubi efficaciores minus efficaces praecedunt (§. 41. p. 221—222 §. 201. II. p. 12) aquofos et inter hos salivam imprimis et succ. gastric. laudat (§. 18. p. 41. §. 24. p. 51). Oleofa facile rancida omnino inepta. I. p. 17. 47.

(2) Brera, §. 24. I. 51. — (3) Succu gastrici tanta quondam utilitas fuit habita, ut Anglus P. Smith (Brera §. 258. II. p. 149) communicaverit inventionem, illum per totam corporis superficiem secerni, unde Chiarenti concludit: (Ibid. p. 150) *benignam nobis Naturam non unum os dedisse, sed tot quot sunt pori cutanei*. Carminati artificialem fecit succum gastricum, quem tamen rejecit Brera, I. p. 64. 66.

livam optime in succi gastr., difficulter acquirendi, locum substituendam docuit (1), eamque multo encomio laudavit (2). Nec bilis (3) aut succus pancreaticus (4) inutiles censentur. — Horum vehiculorum dr. j. fumatur pro 4 granis medicamenti (5).

Alibert et Dumeril superfluum rejecerunt additionem efficacia cum viderint aequae remedia, his edditis aut relictis (6). Chrestien (7) camphoram cum saliva praescribit, cum inde tali modo ex arthritide levamen viderit allatum, quod non ita ex solutione aetherea. Hufeland utilem judicavit additionem ad actionem medicamentorum augendam (8). Knebel aegrum sibi ipsi inungentem, salivam in manum exspuere jusfit. — Nostro autem tempore horum usus minus frequens, et aqua, adeps depuratus, spiritus vini, aliaque aequae apta habentur vehicula.

§. 5. Quoad *praeparationem* Brera docet: medicamenta prius ad subtilem pulv. esse terenda, dein

(1) Brera, §. 8. I. 13. — (2) Brera, I. §. 10 p. 16. §. 38-44 p. 77-78. — (3) Brera, I. p. 118-130. Tourdes, *Lettres* etc. l. c. p. 23. Sachetti apud Giulio et Rosfi, l. c. (Brera I. p. 122). — (4) Brera, I. p. 87) hinc etiam bilis e duodeno succo pancreatico inpraegnata (I. p. 22.) — (5) Brera, II. p. 16. — (6) *Mém. de la Soc.* VII. p. 9-13. — (7) l. c. 1813. p. 63. In opere occurrunt optimi effectus ex vehiculis spirituosis. — (8) *Huf. Journ.* XX. 1804. II. p. 87.



dein cum animali liquore ad 15°—20° (Reaum) per 24 horas digerenda, subinde agitanda, dein cum adipe depurato ad pomati consistentiam referenda (1), quibus neglectis fallacem saepius tradit methodum (2). Misfis humoribus animalibus simplex praeparatio.

§. 6. *Dosis*, uti in usu interno, differt pro aegro, medicamento et morbo; cum vero non omne, quod externe applicatur, absorbeatur et evaporatione, frictione aliisque multum perdat, dosis adeo definienda, ut ne dimidia pars corpus intrare habeatur (3); hinc largior dosis quam si fas esset si omne absorberetur. Camphora adhibita est ad gr. 12, 15, 20, 30 pro dosi; opium alcohole solutum a gr. 6 ad 24. In genere dosim ad internam statuunt = 20:1 (4); Prunelle = 11:1 (5); Brera = 12:1 (6).

*De aegro.*

§. 7. *Locum* eligere suadent multis absorb. vasis praeditum, volam itaque manus, plantam pedis, articulationes, regionem inguinalem, superficiem mem-

(1) Brera, II. articolo IV. p. 5. — (2) Brera, II. §. 203 p. 15. — (3) Brera, §. 238. p. 114. — (4) Vogt, *Pharmakodynamik*. I. p. 40. — (5) Monfalcon, I. c. p. 317. — (6) Brera, I. §. 93. p. 147. Observaverat enim a 6 gr. opii externe adhibitis eundem effectum, quem a gr. β. interne (II. §. 199. p. 10.) — Neque plus quam duodecies, minus quam decies sumendum monet (II. p. 10); alio loco octies ad duodecies. (II. §255. p. 146).

membrorum internam — pro remediis vero in nervos quae agerent eligunt locos sensiliores, epigastrium, nucham, — locum itaque in genere optime permeabilem, vasis aequae ac nervis bene praeditum; Neidhardt scrobiculum cordis elegit, qui in plexum ageret solarem (1). — Cum autem jam supra disputaverimus, medicamenta vero sensu Jatraceuticala agere absorptione, tum imprimis venarum cum vasorum lymphat., patet non adeo ad locum esse attendendum, nisi ex monitu Voigtelii (2), eligendos esse locos teneros, gracilis ubi cutis et tenerissima epidermis, si per consensum agere velis sensiliores; morbosa pars inepta est, et ex frictionibus in illa factis nullus effectus (3). — Locus apta lotionem mundetur, ut eo sit permeabilior.

§. 8. *Frictio* dein instituenda partes valdopere ad absorptionem componit (4). Vasorum actionem frictio incitat, nec improbabile, vasorum absorpentium vim repulsivam inde vinci. Fiat frictio sicca cum manu nuda vel linteis, jam aridis, jam mollibus, saepe asperis, cum lana ovis junioris (flanel) vel strigili e cauda equina (5).

Duplici ratione medicamenta apponuntur, vel  
cu-

(1) V. S. p. 50. not. 4. — (2) I. c. I. p. 354. — (3) Albert, l. c. p. 186. *Samm.* p. 447. — (4) Brera, frictione facta omne allatum absorberi putat fluidum. (I. p. 15.), adeo ut medicamentorum, vehiculis animalibus non solutorum, virtutem repetat a majori dosi vel frictione. (I. §. 10. p. 17.)

(5) Brera, II. p. 153.

cuti frictae, vel illi frictione insinuantur, unde idem prorsus effectus.

§. 9. *Balnea tepida* (26° R) generalia vel topica ad promovendam absorptionem utiliter unctioni praemittuntur, ad solvendam rigiditatem syst. cutanei et vascularis imprimis in senioribus (1). Balneum nimis calidum, frictiove fortior, nocent, et potius impediunt absorptionem quam illi favent (2).

De *tempore* applicationis diversa sententia. Vesperi abs. cutan. magis vegetam esse et tunc adeo methodum instituendam docet Chrestien (3), Monfalcon vesperi et nocte (4); Alibert autem mane frictiones instituit (5).

Singula haec si rite observentur, methodus nostra erit efficacissima, ac saluberrimos praestabit in morbis internis effectus, quam ad probandam efficaciam, observationibus medico-practicis, ex quaestionis mente, nunc aggrediamur.

(1) Brera, §. 265—267. p. 157—161. Alibert, l. c. p. 182. Brera, §. 92. I. 146. — (2) Brera, §. 268. II. p. 163. — (3) Chrestien, 1813. p. 38. — (4) Monfalcon, l. c. p. 323. — (5) *Mém.* p. 190.



## OBSERVATIONUM ORDO III.

*Ad probandam remediorum exter-  
norum efficaciam in curandis  
hominum morbis internis.*

## A. METHODUS JATRALEPTICA.

## I. Medicamenta actionis universalis.

## I. R E L A X A N T I A.

§. 10. *Oleosa* ad cutim tepide allata vim suam relaxantem, lubricantem, dolores et spasmos sedantem, ad partes internas extendere constat (1), atque largum inde sequi sudorem (2); hinc quas Avicenna jam contra *Convulsiones* et *Tetanus* laudavit friciones oleosas, easdem et laudant nostrates (3). Peters puerum 11 annorum a tetano liberatum frictione cum ol. Amygd. dulc. (4), Larrey utiles friciones oleosas in tetano traumatico (5) notant, iisdemque Hydrophobiam sanavit Hadwell (6).

Des-

(1) Vogt. II. p. 640. Scöppff, p. 759. Huf., *waarn. over de Zenuwkoorts* p. 43. — W. Hunter egregie externum olei usum exposuit in *Med. Chir. Zeit. Ergänzungs-Band*. XVIII. 1815. p. 136, *The Edimb. Medic. a. Surg. Journr.* II. 1806. Pars III. n<sup>o</sup>. 10. Schreger, *Balneo technik*, II. p. 134. — (2) Vogt. II. p. 404. 445. — (3) Humboldt II. p. 420. Richter, *Spec. Therap.* VII. p. 776; et ad trisimum Neonatorum *ibid.* p. 443. — (4) *Journ. f. Geburtsh. Frauenz. u. Kinder-Krankh.* von E. von Siebold, VIII. 1828. III. p. 847. — (5) *Samml. auserl. Abh.* XXII. p. 3. — (6) Huf. *Biblioth.* VII. p. 76.

Desgeraud (1) juvenem asciticum liberavit ol. olivar. cum spir. fal. ammon. affricto; Richter tales frictiones in *Hydrope* valde laudat (2) speciatim in *ascitide* ubi indicat frictiones ex ol. olivar. Unc. xx et Tincturae Opii simpl. Unc. j. (3). Schmidtman (4) nunquam illas in hydrope non adhibet, tum ob certissime sequentem sudorem, cum ob vim antispasmodicam, qua ratione cito et feliciter desperatos se tradit curasse hydropicos. Ita antea Olivier et Tissot.

Bertald a<sup>o</sup>. 1614 jam suavit (5) *Hecticis* totum corpus oleo, speciatim oleo cydoniorum dorso spinam et thoracem, inungere; Nasfe nuper ad Phthi-  
ficorum sudorem colliquativum ol. olivar. Unc. j, II—IV omni terna vel quaterna vespere, cum sudoris et virium emendatione, supra totum corpus inungi, tradit (6), quod simili encomio laudaverat Heineken (7). — Hufeland (8) oleosa abdomini et dorso spinæ insinuata laudat in colicis, obstipatione, tensione abdominis et convulsionibus infantum. — Ricini oleum solvit obstructions ab inflammatione, spasma, vel faecum induratione ortas (9). Urinam movere (10), et potentissimum ad-

ver-

(1) *Samml. auserl. Abh.* II. *Stk.* III. 1775. p. 140.

(2) *Spec. Therap.*, III. p. 87, 88. — (3) *Ibid.* III.

p. 88. — (4) *Exemplo Galeni, Celsi, Storckii.* — Mollet v. *Eldik*, X. 1831. p. 143. *Huf. Journ.* 1830. April. 3.

(5) *Opus citatum*, II et 230. de ol. cydon. p. 39. — (6) *Archiv von Horn.* May, Juny. 1825. I. p. 389. — (7) *Vogt*, II. p. 645. — (8) *Waarn. over de Kinderpokkens*, l. c. p. 331.

(9) *Pennink*, l. c. p. 37. — (10) *Cullen, Alibert*,

*Mem.*

versus cantharides (1) esse remedium oleum extus admotum, notarunt.

In *Peste* tandem cum praecavenda, tum sananda summae laudantur utilitatis frictiones cum oleo tepido. Baldwin (2) anglorum consul Alexandriae primus illas instituit circa annum 1782, cum in Aegypto qui oleum tractant peste viderit intactos; Comes *Leop. von Berchtold* Smyrnae (3) industriam et opes hac in re magno cum fructu adhibuit; alii dein (4), pluribusque in locis (5), hanc pestis curandi methodum utilisissimam probarunt. Frank (6) gravissimam curavit pestem quotidiana frictione cum Unc. vj. ol. olivar., qua septies re-

pe-

*Mem.* p. 189. *Samml.* p. 252. — (1) Soemmering, *de morbis vasor. absorb.* §. 29. p. 65. — (2) Hufel. *Journ.* VI. 1798 p. 436. LII. 1821. VI p. 113. — Ersch no. 3391. — (3) *Nachricht von dem in s'Antons-spitale in Smyrna mit dem allerbesten Erfolge gebrauchten einfachen Mittel, die Pest zu heilen, und sich vor derselber zu bewahren.* Wien 1797. 8<sup>o</sup>. — (4) Inter hos eminent rev. pater Ludwig, qui aegros ipse oleo inunxit Huf. *Journ.* VI. 1798. 436. et Skinner in insula Maltha a<sup>o</sup>. 1814. *Journ. Univ. d. Scienc. Med.* I. 1816. p. 209; alios vide: *Über die Kuhr der Pest Krankheit durch Oel-Einreibungen.* Huf. *Journ.* XV. St. III. p. 153—170. — (5) *Odessee* (*Med. Chir. Zeit.* 1814 II. p. 62) in *Leyanto et Tangora* (*Med. Chir. Zeit.* 1819. IV. p. 79. 1820. III. p. 257.) — (6) *Collection d'opuscules de Médecine pratique.* Par. 1812. c. VI. *Med. Chir. Zeit. Ergänzungs.* XVIII. 1815. p. 406. et ulterius in Ludov. Frank, *de peste, dysenteria, et ophthalmia Aegyptiaca.* Viennae. 1820. p. 86—88. (Huf. *Journ.* LII. 1821. St. VI. P. 111—114).



petita evidens et salutaris per sudores crisis. — Praestantius autem adhuc inventum est prophylacticum quam remedium pestis, unde plura legantur exempla de medicis et ministris, qui dum sedulo in se ipsos oleum fricarent tepidum, absque periculo aegros tractabant (1). Baldwin indusia oleo inbuere suadet (2). — Effectus frictionum cum sit sudor copiosus susceptum contagium eliminari, coeptumque morbum critica excretionem solvi, videtur. (V o g t).

In *Febre flava* similes frictiones maximo cum fructu institui R o o s e in insula Malaga, et J. A l c a r e z Alicantae observarunt (3).

§. 11. *Nutrientia* ventriculi accessu impedito, sub forma clysmatum, et balneorum praescribere, nemo dubitabit medicus (4). Schreger balnea e jusculo carnis laudat: in Phthisi, Atrophia infantum, Marasmo senili (5); lactisque balnea in infantibus atrophia vel tracheitide exhaustis (6), quae jam a veteribus Phthificis suadentur, et ab H u f e l a n d de

bi-

(1) *Med. Chir. Zeits.* 1814. II. p. 62, 76, 77. 1820. III. p. 257. — (2) *Huf. Journ.* LII. p. 113. — Skinner valde quoque laudat vim prophylacticam. — (3) *Huf. Journ.* XXI. 1805. *Fragmentarische Nachrichten uber die letzte Epidemie zu Malaga*, St. II. p. 122—148. — Fischer autem non adeo promptos vidit effectus (*ueber die Natur u. Behndl. d. gelben Fiebers*, *Huf. Journ.* XXI. IV. p. 44. cf. p. 76.) — (4) *Huf. System.* I. 6. 161. — (5) *Balneo-technik*, II. p. 107.

(6) *Ibid.* II. p. 130; accedit H u f e l. *oyer de Zenuwkoortsen*. p. 29.

bilibus et exhaustis parantur. Wintringham (1) lactis pediluvia tepida in febre hectica, Lentin (2) balnea cum vitellis ovorum in debilitate neonatorum, Goelis (3) lactis balnea in atrophia infantum, laudarunt. Van Mons vitam aegri, ob faucium vulnus qui deglutire non potuit, servatam spongiis jusculo imbutis et admotis notat (4).

„ Bonos effectus quando ancylofici rigidaeque artus calido intestinorum decocto foventur, et similem atrophiae sanationem” Haller (V. 83.) notat, quam recentiores omnino *balneorum animalium* confirmarunt virtutem; suadent (5) arthritica membra, paralytica et anchyloctica in calens abdomen animalium recens mactatorum vel in tepida exempta intestina mergere; Osann (6) pictorem jusfit manum paralyticam bis hebdomade abdomini boum recenter mactatorum includere, et dein in sanguinem et viscera adhuc tepida; post tertium tale balneum jam manum movere potuit, sensimque restituta sanitas; — altera ejusdem legitur observatio anchylosis digitorum manus ex tali balneo sanatae, cujus etiam rei memorabile exemplum tradidit C. F.

Schwar-

(1) *Samml. auserl. Abh.* XVI. p. 51. — (2) *Huf. Biblioth.* XXIV. 1810. p. 155. — (3) *Mollen v. Eldik*, IV. 1825. p. 364. — (4) *Westrumb*, l. c. p. 502. Collige casum a Currie traditum supra pag. 100. — (5) *Richter, Spec. Therap* VI. p. 767. *Vogt*. II. 92. — (6) *Huf. Journ.* LV. 1822. Septb. 105—9. *Mollen v. Eldik*, II. 1823. p. 334—338.

Schwarze (1). Schnurr (2) puerum biennem atrophiam exhaustum in ovis, recenter mactati, abdomen, exemptis visceribus, inposuit, dein adeo visceribus tegit, ut solo capite extaret, unde post quartam vicem vires evidenter restauratae, ut dein per balnea aromatica sanitas rediret. Neque solus ille paralyfin pedis dextrae imperfectam tali balneo sanavit (3), cum illud in paralyfi quoque valde laudant Cayol et Boccanera (4), et Lentin (5) jam a°. 1805 in vesicae paralyfi balnea laudaverit ex decoctis vituli ossibus, et friciones spinae dorsi cum Ung. ex medulla ossium et spiritu falis ammoniaci.

## II. A D S T R I N G E N T I A.

### §. 12. *Cortex Peruvianus, China.*

Non nisi generosiora remedia adhibenda cum doceant Jatro-aliptae, de solo fere adstringentium vegetabilium coryphaeo invenies observationes, has autem numerosissimas, et cum quovis Corticis preparato varia sub forma factas.

*Pulvis* Corticis vestimentorum duplicaturis immisus jam inter Americanos fuit communis (6); S. P y e in-

(1) Moll en v. Eldik, VIII. 1829. p. 444. — (2) Rust *Magazin*, XXX. 1829. p. 465. *Huf. Journ.* LXIX. 1829. III. p. 124. *Med. Chir. Zeit.* 1830. IV. p. 310. — (3) *Ibid.* p. 446. — (4) *Froriep's Notizen*, n°. 596. XXVIII. 1830. II. p. 32. — (5) *Med. Chir. Zeit.* 1805. I. p. 100.

(6) Asfalini, l. c. p. 200.



infantum febres intermittentes, 2—6 Unc. pulveris adhibitis, tali modo curavit (1), et Barthez infantem rhachiticum restituit desperatum (2). — Matronae haemorrhagiis exhaustae et cachecticae, cum superveniret febris tertiana, post alvi purgationem, 56 Unciae pulveris Corticis, vehemente paroxysmo finito, inter indusia fuere commisae, eo effectum ut febris non rediret (3). — *Sacculos* cum pulv. Cort. Per. Hay (4) in tussi convulsiva pectori et dorso, Struve (5) in febribus epigastrio, applicant, qua ratione hic plures infantes a febre sanatos, tradit, quorum vitae jam aderat discrimen.

*Cataplasmatibus* forma quoque convenit, hoc enim praesidio illustris Rosen a Rosenstein febre semitertiano correptus convaluit, nec rediit in illo febris, sed vires mox recuperavit (6); quale abdomini appositum catapl. Hufeland praestantissimum vidit in febribus intermittens (7),  
 quas

(1) V. S. p. 35. — (2) Brera, I. p. 3. — (3) Baldinger, *Neues Magazin für Aertze*, VII. 1785. p. 553.

(4) Römer, *über die Peruv. Rinde* (V. S. p. 36) p. 22.

(5) Hufel. *Journal*, II. 1796. p. 448. in pluribus casibus febris eadem applicationis die desinit; eundem pulverem cum fructu apud plures adhibuit, unde remedium non pretiosum.

(6) Murray, I. p. 577. — (7) *Kinderpokjes*, I. c. p. 335. In genere H. externum roborantium usum quoad febrem interm. et contin. gastr. et nervosas vocat eximium. Utitur catapl. ex China, herba Absynthii, Mentha, fl. Chamon. rom. cum lacte vel vino; vide H. *Journ.* II. 1796. p. 449.

quas jam R ö m e r (1) sanavit cataplasmate ex 4 Unc. C. P. vino rubro incoctis, bis de die regiōni ventriculi imposito; B r u n n i n g (2) simile vinosum catapl. optimo eventu infantibus in febre putrida admovit.

A l e x a n d e r in febribus et sudoribus colliquativis utilisima vidit *pediluvia* cum *decocto* cortice (3), cruribus in vas angustum, decoctum ꝥ j Corticis continens, immerfis. H a y (4) balneum e China lacte decocta utile vidit in tussi convulsiva. K l e i n puellae 10 ann., post sumta anthelmintica omnem medicinam negantis, totum corpus, febris interm. causa, decocto Cort. cum sp. vin. camphor. fricari jusfit, unde febris sensim diminuta, et post quartum paroxysmum nulla (5).

A l i b e r t tertianas et quartanas vehementissimas curavit *inunctione* pulv. C. P. cum saliva et axungia, vel lotionem cum decocto (6); refert de puella 14 annorum, quae jam per mensem febre quartana duplicata, in dies exasperante, laboraverat; minor paroxysmus post 2 frictiones cum tali unguento non rediit; major

(1) l. c. p. 22. — (2) Ibid. — (3) *Med. Versuche und Erfahrungen*, Leipz. 1773. 8<sup>o</sup>. p. 30. — In genere in Phthisi et sudoribus colliquativis optimum est indusia ferre generoso chinae decocto immersa dein siccata; S c h ö p f f, l. c. p. 779. — (4) *Ernstliche Warnung vor den gefährlichen Folgen vernachlässigter Katarrhe*, 1787. p. 136. — (5) *Rust, Magazin*, XIX. 1825. p. 315. — (6) *Mémoires*, l. c. p. 186—189.

gor post quintam. Giulio et Rosfi (1) Unc. iij pulv. C. P. succo gastrico solutis et cum axungia femoribus 4 horas ante paroxysmum affricatis, reditum vehementis tertianae impediverunt, quo simili pomato pertinacissimas intermittentes fustulit Tourdes (2).

Brera *dofin* C. P. pro usu externo statuit: extracti dr. ij, pulveris dr. vj, in Unc. ij vel iij humorum animalium, pro quavis frictione ter vel quater de die influenda (3). — Femina (4) phthiſi laryngea, et omni nocte febre lenta violenti correpta mantecam ex *extracto* C. P. scrp. β et Opii gr. vj cum saliva et axungia quaternis horis ad pectus et brachia interna applicavit, quo praesidio et clysmatibus ejusculo carnis per 5 dies miserae vita fuit servata. Chiarenti (5) cum in femina 30 annorum jam per mensem intermittente vexata, decoctum Centaurei et C. P. frustra adhibuisset, Unc β. C. P. Unc iv succi gastr. admixtis, cum axungia inspissatas, 4 ante paroxysmum horas femoribus insinuavit, unde febris 3 horas serius accedit, et 2 dein factis, minori cum Cort. dosi frictionibus nulla rediit.

Chrestien (6) observationes tradit 18 de utilita-

(1) *Journal de Physique*, l. c. p. 211. — (2) *Lettres*, p. 31. Brera, l. p. 190. — (3) *Anatrips.* l. §. 132. p. 193.

(4) *Ibid.* l. p. 190. II. p. 74. — (5) *Osservazioni*, p. 25 Brera duas ejus tradit obf. quarum hic prior. II. §. 212. p. 31—34. — (6) Chrestien, 1813. p. 252—256.



tate *Tincturae* Chinae femoribus internis, spinae dorfi et abdomini in febr. intermittentibus tempore apurexiae insinuatae, eandemque in febribus malignis catarrhalibus, aliis commendat observationibus.

Tincturam itaque suam generosam (2 Unc. C. P. 24 Unc. Alcoh. 36° B. addidit) adhibuit in viro temperamentiti biliosi, aegre Chinam interne sumenti, eumque a pertinaci febre intermittenti tertiana duplicata liberavit 2 Unc. Tincturae tripartita dosi femoribus et spinae dorfi illitis (1). Vir juvenis febre catarrhali continua singula vespere exacerbante et dein copioso sudore exeunte laborabat, quam cum apta diaeta et potio resolvens non solverent et cum die nona gastricae affectiones spectarentur, purgans remedium Chrestien administravit; jam vero continua mutabatur in tertianam duplicatam, quae levi horrore incipiens noctu saeviebat et copioso sudore finiebat unde eminens virium dilapsus; hic juvenis cum per 4 dies 6 Unc. Tincturae adhibuisset tertia die febris non amplius aderat neque redibat (2). — Infans 2 annorum per 8 dies correptus erat intermittente quotidiana gravi frigore quavis vespere incipienti, dein per 2 horas saeviente, jam largo sudore per totam noctem protracto finiente; chirurgus quidam duo dederat purgantia, et syrupum Chinae ex ur-

be

(1) l. c. p. 254. — (2) l. c. p. 256.

be vicina petendum iusserat; hujus loco cum Tinct. spirituofam attulissent, Chrestien 2 horas ante paroxysmum Unc. 1 spinæ dorsi infricandam curavit; en! febris non rediit, infans sub ulteriore frictione et potibus acidulis brevi sanus factus est (1). — Virgo 17 annorum quæ jam vicies tertianæ duplicatæ impetum sustinuerat, post debite institutam emesin et catharsin, ex 6 Unc. Tincturæ per 4 dies infrictis sanata legitur (2). — Vir juvenis tertiana intermittente laborabat. Emetica et purgantia vias digestrices purgant, nullum vero febris adduxerunt levamen, cum verò die Apyrexæ 2 Unc. Tincturæ abdomini cruribusque infricaverat nulla rediit febris (3).

Nec in aliis febrium speciebus tinctura inutilis. Infans 4 annorum febre catarrhali biliosa gastrica (4) laborabat, typi tertianæ duplicis; post emeticorum et purgantium usum septima die morbi acumen Corticem indicabat; infans vero omnia interna strenue negavit; hinc per 5 dies quotidie Unc. 1 Tincturæ cuti infinuebatur; die XI paroxysmus qui ex regula major esse debuerat, vix percipiebatur, die XIII febris disparuerat. (5). — Puer 8 annorum inde a 4 diebus febre laboraverat, quam catarrhalem biliosam habebat Chrestien et

(1) l. c. p. 259. — (2) l. c. p. 260. — (3) l. c. p. 262. — (4) Hic, uti in tota commentatione, nomina Chemica, Therapeutica, et Nosographica, immutata transtulimus.

(5) l. c. p. 266.

et cui symptomata gastrica accedebant; morbus leviore frigore incipiebat dein vehemens supervenit calor, cum gravi delirio et haud minoribus convulsionibus, vermium, quas saepe in illo infante observaverat, symptomatibus; die x somnolentia delirii convulsionumque locum gravis occupabat, unde infans non excitabatur nisi cibis illi porrigeretur, quae sensimque gravissima fiebat, adeo ut Chrestien infelicissimum exitum praevideret; aquam stibiatam et helminthochortam infans prompte sumserat; propter gastricam affectionem magis magisque evidentem magnesian calcinatam aqua saccharina solutam Chrestien dederat. Infans vero quum modo dr. j. sumserat, fluidam tamen inde materiem et simul 5 lumbricos ex alvo posuit; periculum autem incresebat et virium collapsus exinde oriebatur insignis, sopore non diminuto; in hac igitur tristi rerum conditione, Corticem interne contraindicatum, Tincturae instar Chrestien, de remedii sui virtute persuasus, praescripsit et Unc.  $1\frac{1}{2}$  de die infricari iussit; en pulchrum eventum! Vires paulum restituebantur et post tres dies tanta morbi emendatio ut somnolentia disparuerit, et visus (per 9 dies extinctus), et loquela (per 7 dies nulla), redierint usu ulteriore; infans felix evasit et die xxx morbus sanatus fuit, nil nisi debilitatem relinquens (1). — Matrona quaedam

jam

(1) l. c. p. 268 sqq.



jam die x febre pituitoso biliari correpta erat, et optimis licet administratis remediis, summo versabatur in periculo, quod prae omnibus indicabat vires erigendas esse; itaque singulis quaternis horis pulvis ex dr. i corticis Peruv. interne porrigebatur, interposito usu vini Hispanici; quarta tamen dosis ejiciebatur vomitu, ad quem cum varia remedia simul sed frustra cum Cortice ingerebantur, praescripsit: R. pulv. chin. rubr. Unc. iv; infunde cum spir. vin. fervent  $\text{℥}$  ij. S. fricentur omni-hora totum abdom. et brachia interna; — Jam vespere vires restaurabantur, pulsus fortior, parum frigoris, facies melior, alvus laxa; frictione continuata, et purgantibus intus exhibitis mulier feliciter evasit (1).

Fevard haec ulterius probavit, tincturamque utilem vidit in febre remittente, tusi convulsiva, lente nervosa, aliis (2).

§. 13. *Pointe Sulphatem Chinii* quum in febribus intermittentibus et remittentibus ventriculum saepe incitare observasset, gingivis illud fricando, mane et vespere 4—8 gr., insinuare proposuit, haud absmili ratione ac *Clare mere. dulcem* applicavit, cujus ille methodi efficaciam 9 observationibus accuratis probat (3), assentientibus aliis

(1) l. c. p. 274. — (2) Chrestien, p. 280—282.

(3) *Archiv. Génér. de Méd.* XII. 1826. p. 133. „Observations sur les gastro-enterites” etc. *Froriep's Notizen*, no 329. XV. n°. XXI. Novbr. 1826. p. 336 et serius: *Journ.*

aliis (1); obstat tamen praeparati amarities, interdum gingivarum conditio.

§. 14. Uti interne sic et externe virtus Corticis augetur aliis additis, inprimis excitantibus; hinc Brera (2) multis in morbis laudat Ung. ex Cortice cum Valer., Arnic., Camph., Myrrha, Opio, Scilla. Hannes docuit cataplasma Corticis cum aqua et camphora lumbricos expulsiſſe (3), et in tusſi convulſiva Corticem, cum Castoreo et vino calido optime catapl. inſtar, adhibuit (4).

§. 15. Haller balneum decocti corticis *Salicis albae* valde laudat in infantibus debilibus, quibus ferius accedit eundi facultas, et ligamentorum debilitas (5); nec *Quercus* (6) *Rofarumve* (7) decoctum inutile. Schneider (8) in pollutione feminisque profluvio inſenſibili, in exhaustis venere vel onania, ſpongiam generoſo *Aceto* madidam, perinaeo per noctem admotam, optimum ad partium atoniam vocat remedium.

§. 16. Adſtringentia *mineralia* parum a Jatroalipſis adhibentur. *Alumen* tamen et *acetatem plum-*

*Univerſ. d. Scienc. Médic.* LVIII: Juin. 1830. p. 362. „Observations d'un nouveau mode d'adminiſtration du ſulph. de Chine" etc. par le Dr. J. P. Pointe a Lyon.

(1) *Archiv. Génér. de Méd.* cl c. p. 134. — (2) *Anaſtripſol.* I. §. 132. p. 193. — (3) Römer, l. c. p. 23.

(4) *Ibid.* p. 24. — (5) *Ibid.* p. 93. — (6) Vogt, I. p. 650. Schöpff, p. 779. — (7) Pennink, l. c. p. 36.

(8) *Neues Archiv von Horn*, II. 1805. p. 36.

*plumbi* extus praestare quod intus credunt (1). *Ferri* praeparata Brera (2) utilia putat saepius de die magna dosi cum saliva aut succo gastrico adhibita, in leucophlegmasia, et excretionibus nimis ex languore oriundis. Balnea cum ferri salibus Schreger (3) laudat in cachexia, hypochondriasi, epilepsia, hysteria, atrophia, leucorrhoea, feminis, sudoris, mensium nimio fluxu. Eckstein (4) choream, Tortuall (5) nocturnam infantum urinae incontinentiam balneis chalybeatis curarunt.

### III. EXCITANTIA.

#### §. 17. *Aethereo oleo vel aromate praedita.*

Species excitantes extus admotae, optimi usus Hufeland (6) vidit in febribus diuturnis, nervosis, verminosis, in convulsionibus spasmisque sedandis, inertia intestinorum tollenda, nervisque in debilibus et torpidis erigendis; pulvinar praescribere solet magnum ex Melissa, Chamomilla, Sambuco, Rutha et Mentha, adeo ut totum abdomen et dorsum amplecterentur.

Baglivi (7) jam monuit in febris stadio frigoris, si horrores aegri corpus percutiant remis-  
nem

(1) Schöpff, I. c. p. 781. Pennink, I. c.

(2) Brera, I. p. 248. — (3) *Balneo-technik*, II. p. 119. — (4) *Archiv von Horn*, III. 1803. p. 301 (241).

(5) Moll et v. Eldik, IX. 1830. p. 451. — (6) *Overs de Kinderpokken*, p. 332—333. — (7) *De fibra motrice*, I. c. 10. §. 8. *Opera Omnia* Leipz. 1827. I. p. 421.



nem fieri si ol. destill. caryophyllorum epigastrium illineatur.

Post febres gastricas, institutasve evacuationes saepe tanta remanet sensilitas, ut omnia respuat ventriculus, quando aromaticis externe, linim. volat., theriaca, pulv. cinnam., caryoph., moschatae, subveniendum; hinc Bertald a°. 1614 jam laudat (1) *Ung. pro stomacho roborando*: R. ol. nuc. Mosch., ol. Caryophyl. aa. dr. j, Gallar. Moschat. scrp. i. ambr. grif. gr. ij ol. rosar. dr. ij. M. F. U.; simile linimentum Hoffmann commendat (2).

Kaau Boerhaave (§. 429.) jam scripsit: „panis tostus generoso vino ebrius, aromatibus dives, epigastricae regioni externe appositus, adeo corroborat ventriculum, ut vel violentissimum vomitum fistat;” hinc Hoffmann (3) ad vomitum laudat Oleum Menth. Caryoph. Nucistae, Absynth, Macis, cum bals. Peruv. ad Ung. redacta, suumque balsamum vitae; hinc Klees (4) bals. Peruv. alcohole solutum; — nec recentiores (5) aromatica externa ad ventriculi auctam sensilitatem negli-

(1) Loco citato, p. 122. Idem p. 93, ad affectiones ventriculi laudat empl. cum oleo absynth., mentha. caryoph. cinnamomo et pipere. Vide etiam, p. 121, 122, 168, 249.

(2) Oper. omn. I. p. 318. — (3) Oper. omn. III. p. 145, alio loco (II. 279) in passione iliaca ad singultum et vomitum commendat epigastr. empl. e Theriaca et ol. nuc. Mosch. paricopia cum oleo Menth. et camphora. — (4) Hufel. *Journ.* XVI. IV. p. 80. — (5) Richter, *Spec. Ther.* I. p. 356.

gligunt. Richter (1) in compescendo vomitu, et mitiganda *cardialgia*, lintea aromaticis madida, empl. Theriaci, de Galb. croc. cum opio, olea aetherea laudat; oleum Moschatae abdomini affricatum vomitum tollit (2).

Plenck oleum laurinum extus commendat in *colica* (3), Sydenham (4) in *colica* pictorum abdomen balsamo Peruviano inunxit. Schneider (5) anisi et foeniculi olea in colicis laudat.

Hufeland vehementissimas *diarrhoeas* infantum saepe sustulit balsamo vitae Hoffmanni calefacto abdomini imposito (6); Fischer chronicam infantum diarrhoeam optime curavit, toto oblecto abdomine emplastro ex amaris extractis, oleo Moschatae et laudano ac camphora (7).

Starke pannis laneis, decocto aromatico vel spirituosis madidis, aegros *Typho* laborantes indui iussit, unde egregius saepe effectus, vesicantibus, cortice, opio, camphora, moscho et vino in

CAS-

(1) l. c. V. p. 62 et 86. Apud Arnould (l. c. p. 25) jam notatur linteamina decocto calido Menthae. absynthii, aliorumque aromaticorum, vomitum non tantum pertinacem tollere, sed etiam colicam, passionem iliacam, dysenteriam emendare. — (2) Soemm. de C. H. f. IV. l. c.

(3) Plenck, *Mat. Chir.* p. 213. Anethum quoque in facculis ad ventriculi dolorem laudat (Ibid. p. 196.) — (4) Berra, I. p. 182. — (5) *Over het gebruik der aetheriesche olien*: Møll et v. Eidiik, II. 1823. p. 75. III. p. 226. 270 II p. 128. — (6) *Over de Kinderpokjes*, p. 332. — (7) cf. Huf. *Journ.* XVI. 1803. I. p. 131.

casum adhibitis (1); similia Horn (2) in sopore laudat: R. flor. Chamom. rom., herb. Menth. crisp., Rutae, rad. Calam arom. aa. Unc. ij. camphor. dr. vj. M. F. Spec. cum spir. frum. calido capiti inponendae. Willich (3) quoque in febre nervosa continua multum ab externis vidit remediis. —

Oleum laurinum dorfi spinae illitum mire professe in paralyfi, horrore febrili, nervorum vitiis, Bertald jam notavit (4). Kortum (5) illud ad *paralyfin* valde laudavit, ejusque usu hemiparalyfin sanatam observavit. — Frequens usus Majoranae, aliorumque hujus generis, in sacculis et cucuphis ad capitis dolores et imbecillitatem systematis nervei. — Schneider Calami aromat. oleum cum Naptha aceti in chronica *arthritide* affricatum laudat (6). Conveniunt aromaticae frictiones in *rachi-*  
*ti-*

(1) Horn's *Archiv* II. 1801. I. p. 651. — (2) *Archiv* V. 1804. p. 108. — (3) Hufel. *Journ.* XXXI. 1810. I. p. 74—75. Ubi meteorismus, borborygmi et inquietudo evidenter adsunt frictionibus utebatur cum camphora, tinct. Thebaic., liq. anodyno, spir. sal amon. et ol. cajaput; ubi cutis mollis et sensilis non dat rubefac. et vesicant. sed ol. chamom., vel absynth. coct. adfricat, et abdomen pannis laneis mollibus tegit, decocto chinae vel vino calido madidis; ubi abdomen tensum cataplasma ex lacte cum semine lini, et flor. chamom. vulg. et dicta frictio. — Observationibus hujus methodi praestantiam probat. — (4) l. c. p. 79. Idem p. 36. Oleum de Piperibus juvare paralyfin, spasmum, tremorem, epelepsiam, aliasque neuroses. — (5) Huf. *Journ.* IV. 1798. p. 406.

(6) l. i. II. p. 165.



*tide* (1), easque Knebel (2) in *scrophulis* et recenti rachitide utiles expertus est.

Winiker (3) fomenta aromatica ad *metrorrhagias* ex uteri atonia inponi jusfit. — Bertald (4) jam laudat Oleum cydoniorum, adstringens, spinæ illitum ac thoraci ad *sudores inmodicos*.

§. 18. Rosen a Rosenstein balsamum nucis moschatae, mane et vespere spinæ dorfi illiniendum ad lienteriam laudavit (5), cujus in locum, qui opus ejus danicum germanice edidit (6) commendavit: R. Spir. Juniperi Unc ij, Ol. Caryophyll.; Balsam. nuc. Moschat. aa. dr. β; M. F. Linim.; quod postea *linimentum Chrestien spirituosum* vocavit, et magno cum fructu, in *diarrhoeis* inprimis compescendis, adhibuit. Infans 6 annorum diarrhoea mucosa, ad optima remedia pertinaci laborabat; cochlearculum unum lin. Spirituosi ter de die spinæ affricatum, unde post alteram diem diarrhoea mitigata, post quartam sublata (7). Bailly hoc linimento lienteriam fustulit in juvene 18 annorum per biennium ad omnem medelam rebellem (8). Nec aliis

iii-

(1) *Samml. auserl. Abhand.* XVI. p. 52. — (2) l. c. p. 83 laudat hic in affectionibus columnæ vertebr. infriktiones cum opio, spirituosis, aromaticis, balsamicis; dum opii, camphoræ, cupri ammoniaci, cantharidum administratio externa in rheumatismo et paralyfi esset perutilis.

(3) *Horns Archiv.* VI. 1804. p. 242. — (4) l. c. p. 39. — (5) *Kinder-Krankheiten.* XI. *Diarrh.* Chrestien. 1813. p. 66. — (6) Murray? Ersch, n<sup>o</sup>. 2902. — (7) Chrestien's 1813. p. 67. (8) *Ibid.* p. 68.

inutile in morbis (1). Tener et cachecticus infans, intra duas menses ejus usu a *Chorea* sanatus dum interna negaret (2). *Incontinentia urinae* infantum nocturna hoc remedio lumbis affricto tollitur (3). Nobilis matrona dum primigenium absque ulla molestia pepererat altera graviditate *abortum* est passa, eundemque tertiâ. Quarta itaque prole fecunda ex consilio Chrestien (4) circa tertiam mensem bis de die inunctiones cum linim. Spirit. in spinam et lumbos eo instituit effectu, ut rite laeta pepererit; aliis duobus probat observationibus linimenti virtutem in praecavendo abortu ex uteri debilitate metuendo (5). — Thibal *metrorrhagiam* gravidæ supervenientem hoc fustulit praefidio (6).

§. 19. Aliud, *aromaticum* potius, indicavit *linimentum* Cl. P. N a h u y s in nostra academia Chæmiæ quondam Profesfor, R. Olei Laurini Unc j. Ol. Macis expresf. dr. ij, Ol. Caryoph. gutt. XX, Balsam. Peruv., Spir. Sal. Ammon. aa. dr. ij. M. F. Linim.; idque contra febres intermittentes, frustra Cortice aliisque debellatas, laudavit, cujus linimenti virtutem quadruplici observatione probavit L. K u y p e r (7), mane et vespere dorfi spinæ panno la-

neo

(1) Ibid. p. 68—77. — (2) Ibid. p. 68. Idem effectus in quatuor junioris ætatis puellis, p. 69—71 — (3) Ibid. p. 71. — (4) Ibid. 71. — (5) Ibid. 72—74. — (6) Ibid. 74—76 — (7) Laur. Kuyper, J. de frictione spinæ dorfi ut expertissimo remedio in febribus intermittibus. Traj. ad

Rac-

neo bene sicco insinuandi, eo febris tempore quo horrores incipiunt.

Oleum Rutae ante intermitt. invasionem spinæ applicatum febrim ita praevenire putant. (1).

§. 20. *Spirituosa*. Cartheuser (2) jam monuit debiles infantes, si eorum corpus cum spongiis vino calido inpraegnatis fricatur, vires recuperare, et post levem ebrietatem somnum sequi placidum. Hufeland in *Typho* balnea cum vino diluto, addito sapone et aromaticis valde laudat (3), testans (4) ex adhibitis lotionibus vinosis spirituosiss, validiorem saepe excitationem se observasse, quam ex assumptione interna, immo ipsam deletam irritabilitatem ventriculi his fuisse restitutam, unde has lotiones in febribus nervosis multo encomio laudat. Voigtel quoque ex usu spirituosorum externo meliores saepe in *Typho* vidit effectus, quam ex omni medela interna (5). Frequens ergo in putridis et nervosis febribus talium lotionum usus (6)

maxi-

Rhenum, 1784. 4<sup>o</sup>. p. 34—33, duae harum observationum sunt de febre tertiana. — Patet talem medicationem convenire posse in febr. intermitt. a suppressa perspir. ortis, sine causa saburrali ex nervorum affectione, animi pathemate, metu aut post sublatam causam persstantibus. — (1) *Samml. auserl. Abh.* X. 1785. p. 142. — (2) *Mat. Medic. S. I. C. IV. §. 8.* — (3) *Waarsnem. over de Zenuwkoortsen*, l. c. p. 28 en 29. — (4) *System d. prakt. Heilk.* I. p. 171. — (5) l. c. p. 356.

(6) Schöpff l. c. p. 767. Schreger vini balnea laudat in *Typho*, atrophia infantum, asphyxia, hysteria, evacuationibus nimis. II. p. 136.



maxime cum aromaticis (p. 177—178) junctus. —

In *Cholera* infantum von Condie et Rust frictiones Spirituosas subaromaticas laudant (1), et eximium dicitur remedium in *menstruis nimis* lotio abdominis cum aqua Coloniensi (2).

*Excitantia irritantia.*

§. 21. *Arnica montana*. Vir 45 annorum sanguineus, semiparalyti laborabat artuum inferiorum; febris ei superveniens emeticis, amaris, cortice tollebatur; mansit autem semiparalytis, ut crurum motus et sensibilitas essent parum evidentes; abque auxilio surgere, pedibusve insistere non potuit, vexatus simul lumborum dolore. Hinc S a c h e t t i (3) lumbis bene frictis singula vespere insinuari curavit Unc. β pomati ex pulv. flor. Arnicae, fortioris decocti arnicae, fellis vituli aa. Unc. ij; cujus pomati iv Unciis adhibitis, aeger baculi ope cubiculum circumibat, et ulteriore usu morbus totus levatus. — Dosis pro quavis frictione Unc. ij. (4). — P l e n c k (5) cataplasma cum flor. arnicae pubis regioni admovendum suadet in Ischuria ex vesicae paralyti.

§. 22. E *Balsami peruviani* Unc. ij. cum alcoholis Unc. vj. frictiones, vel apud pauperes bals. copai-vae, laudant ad dolores arthriticos (6).

*Te-*

(1) *Samml. auserl. Abh.* XXXVIII. 1831. IV. p. 315.

(2) Rust, *Magazin*. X. 1821, p. 524. — (3) Brera, I. p. 125 et 176. II. §. 239. *Obs.* I. p. 115. — (4) *Ibid.* I. p. 177. — (5) l. c. *Mat. Chirurg.* — (6) *Hufeland Journ.* II. 1796 p. 463.

*Terebinthina* varia subit linimenta antirheumatica et antarthritica, ejusque balneum commendatur ad podagram (1). Frisch (2) ad arthritidem et Ischiam nervosam laudat: R: Ol. Terebinthin. ꝰ Unc. j., liq. Bellad. Ammon. dr. j., Hydrarg. mur. corros. Spir. vini soluti Scrp. j. M. F. L. — Inter anglos celebre (3) *liniment. sulphuricum* ad arthritidem et rheumatismum sequens, R: Ol. Olivar. Unc. ijβ, Ol. Terebinth. Unc. j. Acid. sulphur. gutt. XLV. M. s. l. a. F. L.

Cum *Phosphoro* frictiones, oleo vel Naptha-vitrioli subacto, Hufeland praestantes vidit pertinaci in rheumatismo et arthritide, doloribus osteocopis et paralyfi (4), easque ad regionem sacram et perinaeum utiles vidit in corrigenda genitalium atonia, cujusdam onania exhausti (5).

*Excitantia antispasmodica.*

§. 23. *Moschum* Brera, ad dosin Scr. j. cum dr. ij salivae, saepius de die adhibendum suadet in Epilepsia, trismo, tetano, febre nervosa, cardialgia, tusfi convulsiva, colica (6). Unguentum ex Camphora Opio et Moscho cum levamine ad asthma convulsivum admovit (7). Giulio (8) in cordis pal-

(1) Schreger. II. p. 137. — (2) J. H. Dierbach, *die neuesten Entdeckungen in der Materia Medica*. Heidelb. u. Leipz. 1828. I. p. 43. — (3) Dierbach. II. p. 490.

(4) Huf. *Journ.* XI. IV. p. 178. — (5) Ibid. XII. 1801. II. p. 74. — (6) Brera, I. p. 168. — (7) Ibid. II. §. 237. Obs. 2. p. 109. — (8) Ibid. II. §. 235. p. 104.

palpitatione hysterica Ung. ex opii gr. xxx cum xv gr. Moschi cum fructu dedit; partibusque ex rheumatismo dolentibus insinuari suadet Ung. ex pari Moschi et Opii cum saliva copia (1).

Hufeland (2) in morbis convulsivis laudat R: Moschi optim. pulv. dr. j. Olei livarum Unc. j. M. F. L.

§. 24. *Castoreum* axungia receptum laudatur temporibus admotum in gravi Cephalalgia hysterica (2). — Hysterica vomitu pertinacissimo laborabat; sumtis decocti Guajaci Unc. vj. cum Tinct. Castor. gr. xxx partita per diem dosi, sistebatur; post biduum autem rediit, omni medelae, laudano, liq. c. c. succinato, rebellis; pomato ex adipe cum Castorei dr. β. succo gastr. soluti, regioni ventriculi applicato, vomitus statim desit, nec rediit ulteriore sub usu (3).

§. 25. *Asa foetida* pomato applicata a Theden adversus podagram laudatur (4); pertinet Asa inter illa externa remedia quae convulsiones, epilepsiam hysteriam; cardialgiam corrigere valent (5). — Brera dosin statuit scr. j. bis de die (6).

§. 26. *Ammonia* pleraque facit linimenta ad rheumatismum et arthritidem laudata in olei conubio cum tinct. canthar. ol. cajap., aliisque cutim irritantibus ad paralyfin; cum camphora et alijs an-

(1) Ibid. II. Obs. 5. §. 230. p. 84. — (2) Journ. 1800. IV. p. 174. — (3) Brera, I. p. 161. — (4) Ibid. I. p. 180. (5) Brera, I. p. 180. — (6) I. c. I. p. 179.



tispasmodicis ad spasmos solvendos. — *Ol. C. C. spinæ* inunctum paroxismos intermittentium tolleret. —

*Ol. animale Dippelii* pingui exceptum ad paralyfin laudatur (1). — *Ol. Cajaputi Thunberg* (2) cum fructu oleo receptum in paralyfi rheumatismo et arthritide adhibuit.

*Aetheris acetici* frictiones *Sedillot* utilissimas vidit in sedandis doloribus rheumat. et arthriticis. (3), quod ulterius multo exemplo probavit *Martin* (4). — *Jonas Aeth. Sulphur.* cum fructu ad profopalgian applicavit (5).

§. 27. *Camphora* excellit inter Jatro - aliptarum remedia, ejusque multis in morbis ab illis celebrata est utilitas.

I. *In febribus malignis, nervoso-putridis, gangraena.* *Rademaker* (6) refert de 4 annorum infante febre nervoso-putrida correpta, ubi delirium, lingua arida sicca, odor faecum ingratissimus, earumque involuntaria excretio mortem annuntiabant. Linimento ex *Camphoræ Unc. iij.*, *gm. arab. dr. j.* *aq. font. Unc. ij.*, *Ol. Olivar. Unc. 1 β*, per totum corpus inuncto, sequenti die sub copioso sudore omnia symptomata erant levata, ut infans sensim

re-

(1) *Thouvenel* illud *spinæ insinuatæ* utile vidit in affectionibus nervorum et artuum doloribus (*Samml. auserl. Abh.*) XI. 1785. p. 142. — (2) *Samml. auserl. Abh.* X. 1785. p. 733 — 35. — (3) *Recueil periodique*, II. 1792. 288.

(4) *Ibid.* VIII. p. 61. — (5) *Neuss Archiv von Horn*, II. 1805 p. 267. — (6) *Huf. Journ.* II. 1796. p. 597.

revalesceret. — Bayler (1) ita febre maligna catarrah. nerv. correptam foeminam, linimenti ope camphorati Hoffmanni (Camph. cum vitellis ovorum) restituit. — Chrestien (2) puellam hemitritao affectam accedente cardialgia, animi deliquio, delirio, xvi. gr. camph. ter admotis, sub sudore copioso et frequenti urina sanavit.

Nobilis quidam vir in infimo crure dextro inflammatione parva laborabat; subito vero late haec extendebatur, gangraena haud mediocri, cum febre gravi, et delirio vehementi, et tendinum subfultu oborta. Cortice larga dosi cum camphora sumto, vel sic morbus exasperabatur; jam interne Corticem, externe Camphorae gr. xx quaternis horis internae cruris affecti parti (non vero ad locum affectum) insinuanda Chrestien praescripsit (3), unde duobus elapsis diebus gangraena fisteret et felix aeger evasit.

II. Rosfi pertinacem sustulit *lienteriam*, et comitantes colicos dolores linimento e Camphora et Opio (4). Hufeland ad *diarrhoeam* et *ventris tormina* laudat Unguent. Alth. cum Ol. Camph. et Laudan. liq. S. (5). Richter (6) ad *dysenteriam* comen-

(1) Huf. *Journ.* I. 1795. p. 436. — (2) Chrestien, 1813. p. 53. Idem in febre ardente cum complic. gastrico biliosa ex Camph. 8. gr. ter, adhibitis multum levaminis vidit (p. 55) et in alio casu (p. 57). — (3) Ibid. p. 51.

(4) Ibid. p. 51. — (5) Huf. *Journ.* I. 1795. p. 112.

(6) *Specielle Therapie*, II, 1813. p. 130.

dat abdomen his ungere: R. Ol. Oliv. Unc. vj. liq. amm. caust. Unc. j, tinc. Opii simpl. dr.  $\beta$  Camphor. dr. j, vel potius pannum camphora inbutum inponere. Schmidtman linim. volat. camphor. laudat (1) in colica et dysfenteria.

III. *In morbis rheumaticis, arthriticis, et paralyfi* camphoram Brera (2) utilisime sua methodo, dosi frictionis scr. j. ad dr.  $\beta$ , adhiberi expertus est, Opio plerisque in casibus addito. Tourdes atrocés rheumaticos dolores linimento ex Opii 16 gr., 10 gr. camph., 5 gr. pulv. canth. superavit (3). Brera (4) virum per tres annos Ischiade excruciatum, post alia frustra porrecta, sanavit Ung. ex Opii et Camph. aa. Unc. iij. saliva solutis, axungia mixtis, cujus tertia pars tripartita dosi de die lumbis et cruribus inungeretur. — Rosfi (5) paralyfin crurum, cum accedente paralyfi sphincterum vesicae et alvo suppressa, fustulit dorso et cruribus Ung. ex Opii et Camphorae aa. Unc. j. admoto. Zimmermann (6) memorabilem paralyseos camphorae ope sanatae refert historiam. Lampadius (7) in rheumaticis et paralyticis affectionibus laudat: R. Camph. dr. ij. solve in Alcoh.

Sulph.

(1) Summa Observationum practicarum, IV. p. 415. 480. 483. I. p. 204. III. p. 393. in Enteritide (II. p. 12. 120 et 155). — (2) Brera, I. §. 123. p. 186. II. §. 222—263.

(3) Ibid. §. 230. Obs. 8. II. p. 90. — (4) Ibid. §. 232. Obs. 3. II. p. 95. — (5) §. 239. Obs. 2. II. 115.

(6) *Archiv von Horn*, IX. 1810. p. 115—117.

(7) Dierbach, II. p. 613.



Sulph. Unc.  $\beta$ . adde spir. vin. rectific. Unc. j. F. L. — Chrestien (1) Camphoram saliva solutam ex propria experientia in arthritide et rheumatismo commendat, uti et Tortual Camphoram Æth. Sulph. solutam (2).

IV. *In morbis Spasmodicis.* — Asthma convulsivum gravissimum puellae 4 ann. Brera fustulit pomato ex Opii gr. xij. Camph. scr. j. saliva gr. xij. solutis per totum corpus inuncto (3). Chrestien fingulum, tertia febris bilioso-catarrhalis die vehemens superveniens, Camphr. gr. 16 femoribus saliva insinuatim emendavit (4). — Antispasmodica optima et derivantia cum in puero, jam per 8 dies gravibus convulsionibus ex dentitione et febre continua vexato, nihil praestarent, Hufeland (5) summo cum fructu utriusque pedis plantae emplastrum admovit R. Empl. de Galb. croc. Unc. j. Camph., Opii, aa. scrp.  $\beta$ . — Despiere post alia frustra adhibita Choream sanavit semibalneis ex decocto Chamomillae et Melissae additis Camphorae dr. ij—iv. vitello ovorum solutis (6). — Lind (7) in Tetano Camphoram cum opio non sine fructu ad pedis plantas admovit.

V.

(1) Chrestien, 1813. p. 62 et 63. — (2) Huf. *Journ.* XXXVI. 1813 V. p. 107—100. — (3) Brera, §. 237. *Obf.* 2. II. 109. — (4) Chrestien, 1813. p. 61. Idem in epileptica delirium phreniticum superavit post Camphorae dr. ij. adhibitas, alterna hora 20 gr. cum saliva illitis (p. 60). — (5) *Over de Kinderpokjes*, I. c. p. 331. — (6) *Samml. ausf. Abh.* XV. 1792. p. 462—465. (7) Brera, I. p. 3.

V. *Genitalium affectiones.* Hoffmann in pollutione nocturna expertae virtutis laudat empl. cum Camph. dr.  $\beta$ . regioni lumbari vel potius spinae dorsali circa lumbos applicatum (1). Chrestien quemdam a vehementibus et dolorificis erectionibus noctu pertinaciter vexatum liberavit femoribus 12 gr. camphorae cum saliva inunctis (2); in alio priapismum et pollutiones duobus frictionibus cum 8 gr. Camph. sanavit. (3).

J. Lathan primus Camphoram cum oleo ad femora *in urinae retentione* admovit (4). Hergens dein camphoram cum oleo petrae utilisissimam notavit in tollenda *Ischuria* (5); haud uno hanc virtutem probavit (6) exemplo Chrestien, e. g. Ischuriam renalem ad varia interna et externa pertinacem sanavit frictione cum 16 gr. camphorae et saliva, ternis horis instituta; post alteram frictionem urina copiosior, post tertiam frequens (7). — Rosfi in aegro ubi cardialgia medicamentaingere inpedibat, Ischuriam emendavit inunctis Camphor. Unc.  $\beta$ ., Opii gr. C., succo gastr. et saliva solutis (8).

VI. *Camphora et extus aliorum remediorum corrigens.* Quem Groenvelt (9) docuit olim camphorae

(1) Op. omnia, III. p. 359. — (2) Chrestien, 1813. p. 44. (3) Ibid. p. 46. — (4) Ibid. p. 39. — (5) Huf. Journ. VII. 1799. III. p. 147. — (6) Chrestien, 1813. p. 46, 47. — (7) Chrestien, 1813. p. 48. — (8) Berra, §. 221. II. p. 61. — (9) Groenvelt, de tuto Cantha-

rae ad cantharidum in syst. uropoieticum effectum intus datae virtutem, de externo quoque usu valet. Hinc Plenk (1) emplastro canth. camph. pulv. addere, aut jam effectibus abortis nocivis Ung. album camphorat. admovere. Chrestien (2) Ischiade laborans pulv. canthar. sibi cum saliva cruri infricandum curavit; effectus autem in vias urinarias molestissimos fustulit femoribus internis cum camphorae granis xij inunctis. Hinc cum ob eundem morbum iterum canth. adhiberet, eodem momento simul camphoram cruri inunxit, unde nullam expertus est in viis urinariis molestiam.

Desputureaux (3) in exercenda hydrargyrosi Ung. neapolitano camphoram addere docuit, ut salivatio evitaretur, cujus additionem valde laudant Vogel, Columbier, alii (4).

*Excitantia caustica.*

§. 28. Tourdes (5) ex cantharidibus cum succo gas-tharidum in medicina usu interno, Londini 1698. 8°. p. 32. (1) *Mat. Chir.* p. 135. — (2) Chrestien, 1813. p. 140 et 141. — (3) F. C. Trommsdorff, *Versuch eines praktischen Handbuch über die Quecksilber — präparaten und deren Anwendung in Krankheiten*, Jena 1806. 8°. p. 60. — (4) *Huf. Journ.* XXXII. 1811. IV. p. 39. Desputureaux hanc dedit (Hufel. *Biblioth.* XLIX. 1823. p. 360) formulam: R. Merc. vivi dep. Unc. iv Mell. puriss. Unc. β., terant. ad extinct. Merc.; adde Camph. ras. Unc. β., Butyri Cacao, vel axungiae Suill. Unc. viij. Terantur per 70 horas etc. etc.

(5) *Lettre* p. 46. Brera, I. p. 149. specialem observationem a Tourdes relatam vide Brera, §. 230. observ. 7.



gastrico remixtis, addito opio et gummi guajaci, multum saepe levaminis vidit in affectionibus rheumaticis. — Brera (1) Cantharides cum Mercurio perinaeo affrictis in duobus casibus utiles vidit in paralyfi vesicae. — Kuhlreis (2) epigastricae regionis laudat inunctionem cum Extr. aloës, felle taur., tinct. canth., et tinct. opii in tusfi convulsiva.

#### IV. SEDANTIA.

§. 29. *Opium*. Quod Hufeland inter heroës duxit remedium, aequè coryphaeum celebratur a Jatro-aliptis. — Itali illo utebantur succo gastrico vel saliva soluto cum axungia ad unguentum inspissato, alii tincturâ emplastrove; Chrestien crudum solvit Opium Spiritu frumenti, ut Unc. j. vehiculi contineret Opii gr. xij, qualem colatam solutionem *tincturam antispasmodicam* vocat, cujus vires aliquando auget addita Camphora. Dosis Opii varia est, vulgo gr. vj. ubi intus gr. β. adhibetur, sed etiam 12,

18

II. p. 87—90. Idem anginam (asthenicam?) curavit pomato ex opio cum pulv. canth. et saliva. Ibid. §. 227. II. p. 73—74.

(1) Brera, I. p. 159; suadet B. (157) 4—6℥gr. Canth. cum dr. j. humorum animalium ter de die extus admovere, ubi internus sit indicatus usus, sed aegri aut ventriculi conditio id negant; igitur *scopo ut canthar. absorbeantur*; ceterum Zacutus Lusitanus utile vidit Linim. cum canthar. in epilepsia infantum, ex retentione urinae, quod sane notatu dignum. — (2) Horns *Archiv*, 1817. II. p. 331.

18, 24, 100 gr. pro frictione aliquando sunt adhibita (1).

I. *Opium vis excitans.*

Ward in puero 14 annorum nono die, quo Typho decumberet post *Opium* et *Mofchi* internum frustaneum usum, cum ventriculus haec amplius ferre non potuerit, morti proximo, ex *Opium* gr. vj, cum *Unc. j.* adipis bipartita dosi femoribus et pedum plantis insinuatis felicissimum vidit effectum (2). — *Knebel* saepius ex *Opio* cum saliva cuti insinuato vitam ex typho decumbentium vidit servatam, ubi propter animi deliquium impeditus haud raro usus internus (3). *Van Geuns* (4) in matrona tenera et irritabili ubi febris continua remittens in dies crescebat, et nono quidem gravia nervosa symptomata, trismus et faucium intumescencia oriebantur, praescripsit linimentum: *Laud. puri* scr. ij., *camph.* dr. j., *ol. olivar.* dr. ij., *Ung. Alth.* *Unc. j.*, simul cum clysmatibus quae *Laud. liq. S. dr. 1β.* continebant; ejusdem diei vespere partes constrictae inprimis circa os et fauces relaxari coe-

pe-

(1) *Brera*, I. p. 222. — (2) *Samm. auserl. Abh.* XIX. 1810. p. 276. aliud (ibidem, p. 293 et 296) narrat exemplum de utili usu in Typho ubi delirium irritabile et excretiones involuntariae. *Percival* in aegro febre laborante contra subito obortum vehemens delirium, cum aegri conditio internam impediret medicationem, linimentum ex *laud. liq. dr. ij.* cum oleo applicavit, unde intra 6 horas placida quies. (Ibid. p. 283).  
(3) l. c. p. 78. — (4) *Pennink*, p. 34.

perunt, blanda perspiratio, pulsus minus contractus et regularis, mens rediit et post linimenti consumptionem, urina sequente critica et sedimentosa, sanata est.

- II. *Opii vis anodyna.*

Tincturae suae antispasmodicae camphoratae vim anodynam Chrestien 13 probat observationibus (1), utpote rheumaticos dolores spectantibus. Juvenis 23 annorum (2) atroci dolore rheumatico genu sinistri laborabat, motu simul impedito; purgantibus viae gastricae purgabantur, dolore superstitite. Unciâ tincturae (ex spir. frum. Unc. vj. Opii crudi gr. x. camphor. dr.  $\beta$ .) ter de die abdomini et femoribus affrictâ, dolor remittebat, somnus supervenit, largusque sudor; iterata frictione omnis dolor evanuit. — Robustus vir (3) saepius lumbagine vexabatur, cui jam stranguria vomitus aliaque accederunt; variis anodynis et antispasmodicis frustra adhibitis, solutio Opii gr. x. cum Camphorae gr. xxiv. in Spirit. Unc. vj., cujus Unc. j. omni hora abdomini et femoribus applicabatur, adeo erat proficua ut quartam post frictionem omnis dolor et urinae retentio essent sublatae. — Ward (4) egregium narrat exemplum rheumatismi chronici ad omnia pertinacis solo Opii usu externo sanati. — Thibaut (5), Knebel (6), Giulio et Ros-

fi

(1) Chrestien, 1813, p. 146—171. — (2) Ibid. p. 149.

(3) Ibid. p. 156. — (4) l. c. p. 286. — (5) Chrestien, p. 162. — (6) Se ipsum a vehementi podagrico dolore hoc



fi (1), Chiarenti (2) Brera (3) hoc solo remedio sine camphora atrocissimos sedarunt rheumaticos dolores, arthricos, ischiadicos.

Fages in emendandis venerei doloribus nocturnis, opio frustra ingesto, utilem vidit tinct. antispasm. camphoratam (4). Chiarenti foeminam summo dolore excruciatam, opii assumptionem negantem, curavit opii gr. iij. dorso pedis cum succo gastr. insinuat; ex pari dosi in alio aegro osteocopus brachii mitigatos vidit dolores (5). Sichi vocabatur ad infantem 8 annorum dira odontalgia vexatum; pomato ex opii gr. β. succo gastr. soluto, genae inuncto, dolor mitigatus est somnusque, ex dolore diu suppressus, rediit (6). Chiarenti in puella dolorem ad supercilia ita sustulit (7). Knebel (8) opium odontalgiam placare cum faliva circa auriculum inunctum notat. Riboni (9) he-

praesidio liberavit l. c. p. 79—80; in colicis doloribus praestantes inde vidit effectus (l. c. p. 81). Anselmi quoque (Brera, II. 73) hoc praesidio podagram sustulit. — (1) *Journ. de Physique*, l. c. p. 212 laudat pomat. ex opii gr. xxx. moschi gr. xv. cum s. gastr. — (2) Chiarenti tres dedit observationes de praestanti pomati opiati usu ad compescendos dolores rheumaticos (Brera, §. 230. Obs. 1, 2, 3. II. p. 78—84.); cum 4 opii granis Jambaginem sustulit. (Ibid. §. 231. II. p. 91.); duasque tradit observationes Ischiadis tali modo sanatae. (§. 232). — (3) Aeger interna fumerenegabat, Ung. ex opii gr. vj. Aconiti gr. viii. rheumat. dolores mitigabat, §. 230, Obs. 4. p. 84. — (4) Chrestien, p. 171. (5) Brera, I. p. 8 et 10. — (6) Brera, §. 242. II. p. 121. (7) Ibid. §. 243. p. 122. — (8) l. c. p. 84. — (9) Brera, §. 213. II. p. 34.

hemicraniam ad omnia pertinacem et periodicum sanavit pomato, e saliva cum opii scrp. j, addito laurino oleo, post quartam bis inunctam partem.

III. *Opii vis antispasmodica.*

Opii, interdum cum additione camphorae, virtus in compescendis *Colicis* Chrestien septuplici probat observatione (1); foemina 44 ann. ex gastrica labe colica spasmodico-flatulenta laborans, incasum mixturam cum liq. anod. min. Hoffm. et laud. liq. S. aa. gt. xxvi, dein 4 gr. Extr. opii gumm., tandemque mixturam oleosam cum 40 gutt. laud. liq. S., et emplast. anod. in regione ventriculi, clysmataque sumferat; igitur tinct. antisp. Unc. j. abdomini et femoribus insinuari Chrestien curavit, qua frictione post horam repetita dolores valde mitigabantur, somnusque post tertiam noctu supervenit, post iteratas sanitas (2). — Matrona temperamentum cholericum sanguinei, cum nerveo valde irritabili systemate, colica biliari saepe vexabatur, cui jam inde a 12 diebus vomitus accedit, pertinax omnem ciborum assumptionem impediens. Chrestien causam quaerens in nervorum summa irritabilitate dextro femori tinct. antisp. Unc. β. iterata vice affricata, aegram restituit (3).

Giul.

(1) Chrestien, 1813. p. 118—128. — (2) Chrestien, p. 118. — (3) Ibid. p. 123; — alia matrona colica spasmodico-nervosa vexata, opii Extr. gummos et laud. l. S. frustra adhibuerat; duae instituebantur frictiones cum Opii gr. j. Camp.

- Giulio colicam spasmodicam ad varia pertinaceni pomato levavit 24 gr. opii continente, cujus iterata frictio vel minimum sustulit dolorem (1); ita Saccetti summam emendavit post febrem tertianam, Cortice fugatam, ventriculi sensilitatem, doloremque atrocem, pomato ex opii Unc. j. cum bilis vituli Unc. ij. axungiae Unc. iv. cujus  $\frac{2}{3}$  pars finla vespere epigastrio et spinae jungeretur (2).

- Brera *nimiam ventriculi sensilitatem* in puella Chlorotica quae decoctum Corticis cum laudano evomebat, pomato opiato sustulit (3). Benvenuti dolores in regione ventriculi et vomitum fistitit in juvene, ubi malum ad internum narcoticorum usum exasperabatur, opii gr. vj. saliva solutis, cum axungia epigastrio illitis (4), similique pomato Sichi *Cardialgiam* sanatam vidit (5).

- Curti (6) in puella 6 annorum gravi *diarrhoea* per 3 hebdomades vexata, dum nihil sumere vellet, optimum vidit effectum ex Electuar. diascord. dr. j  $\beta$  pulv. Ipecach. scrp.  $\beta$  cum saliva et axungia supra

gr. ij. in spir. frum. Unc.  $\beta$ . solutis, undo brevi rediit sanitas.

- Cf. p. 124. — (1) Brera, §. 238. Obs. I. II. p. 112.

(2) Brera, I. p. 125. — (3) Ibid. §. 205. II. p. 19.

(4) Brera, Programma del modo (*Samml. auserl. Abh.* XVII. 1798. p. 466 et Brera, §. 206. Obs. I. II. p. 20. Idem (ibi Obs. 2. p. 22) et Regerino (Obs. 3. p. 23.) ulteriore observatione probant opii externum ad coercendum vomitum usum. — (5) Ibid. §. 207. p. 26. — (6) Ibid. §. 208.

P. 27.



abdomen affrictis. — Nobilis puella (1) ex animi commotione gravi correpta est melancholia; unde virium prostratio febrisque nocturna, quam tamen suavi mortis, moeroris termini, spe dissimulabat; summe tandem exhausta e lecto surgere non potuit, cum febris continua remittens vomitusque continuus adessent. Brera tenue decoct. Cort. cum aeth. vitrioli et diaetam eupeptam praescripsit; febris diminuebatur, vomitus autem, cui colica accedit, persistit tantaque abdominis similitas ut vel indusia essent molesta; in hac tristi causa, cum et medellam negaret internam, Brera pomatum praescripsit ex opii dr. j. cum succo gastr. vitello ovorum et axungia, cujus  $\frac{1}{10}$  pars mane et vespere variis locis inungebatur. Sexta die consumpto pomato, febris non redibat, vomitus doloresque ventris mitigabantur; sudores nocturni inminuebantur, omniaque symptomata levabantur; delicatae sanitati cum moerem non gereret puella, morbus rediit cum gravibus convulsionibus, iisdem autem frictionibus subblatus est.

*Hysterica*, convulsionibus vexata, ex interno opii usu capitis molestiam ferens, absque ulla molestia pomato opiato sanata est (2). Giulio (3) in doloribus ventriculi, ex causa hysterica, tale pomatum

scro-

(1) Ibid §. 225. Obs. 3. II. p. 67-71. — (2) Chiarenti, apud Brera §. 219. Obs. 1. II. p. 59. — (3) Ibid. Obs. 2. II. p. 60.

scrobiculo cordis et epigastrio appositum, fumum ferre vidit levamen.

In tollenda *mensium suppressione* Chrestien tincturam suam, interdum camphoratam, 10 observationibus laudat (1). Foemina 20 annorum ex commotione mensium suppressionem et convulsiones haud mediocres est passa; his idonea medela coercitis, illa pertinax mansit; mane igitur et vespere Unc. tinct., gr. 8. Opii continentis, femoribus affricata, post biduum copiosa erat menstruatio. (2). — Matronae sensibilissimae, ex animi commotione menstrua sua non purganti, debito tempore mensium loco febr. interm. quotidiana supervenit, quae post 10 dies remittit, at debita iterum menstruationis periodo tertianum iniiit typum; post alterum paroxysmum Chrestien (3) omni quaterna hora Tinct. antisp. Unc. j. adfricavit; sequens paroxysmus longe minor; protracta frictione nulla rediit febris, et menstruatio sine ulla molestia 12 dies ante solitum periodi tempus incepit.

Chiarenti *stranguriam* pomato opiato fustulit (4). Ischuriae causa haud raro spasmodica; quinque ita leguntur observationes, ubi ex usu Tinct. antispasm. urinae fluxus fuit restitutus (5).

Egregium Rosfi et Giulio narrant exemplum de usu opii externo in *deglutitione spasmis molesta* (6). Matronae 60 annorum, cum tusi pertina-

ci

(1) Chrestien, 1813. p. 93 — 110. — (2) l. c. p. 94.

(3) l. c. p. 110. — (4) Brera, §. 220. II. p. 61.

(5) Chrestien, p. 137 — 143. — (6) *Journal de Physique*,

ci languorem virium pasfae, organa deglutitionis adeo fiebant irritabilia, ut asumptio ciborum, contactus, vel et deglutitionis idea vehementes induceret spasmos, qui oesophago et ventriculo communicabantur; optima remedia ad vomitum erant inutilia; hinc opium succo gastr. solutum cum pomato vulgari inungebatur, unde post nycthemerum deglutitio iterum potuit institui, et postea felix aegra evasit. — Manna (1) una frictione in regione epigastrica cum Opii gr. xij affectionem convulsivam vehementi *singultu* (Singhiozzo) comitatum compescivit; iterata frictione totam molestiam sustulit. Gapper (2) singultum ad omnia antispasmodica pertinacem, fugavit tincturae thebaic. dr. ij. cum vitello ovi femoribus admotis.

*Tussem convulsivam*, ad largum Opii internum usum pertinacem, Brera sustulit frictionibus ex opii scrp. j. cum saliva, cujus  $\frac{1}{4}$  pars bis quaternis horis adfricabatur; post primam frictionem tussis diminutio somnum gratum capere concedebat, altera omnem scrobiculi cordis dolorem et tussim sedavit (3). — Similem tradit observationem Anselmi (4), qui etiam alia in causa (5) *Asthma convulsivum* pomato Opii scrp. j. continente ad regionem laryngis collum pectusque allatum multum emendavit. — G o e -  
lis

que, I. c. p. 214. Brera, II. p. 100. — (1) Brera, §. 236. II. p. 106. — (2) Ibid. p. 107. — (3) Brera, §. 233. Obs. I. II. p. 98 — (4) Ibid. Obs. 2. p. 99. — (5) Ibid. §. 237. Obs. I. II. p. 107.



lis (1) in nosocomio infantum Viennensi, optimo in *tussi convulsiva* fructu porrigit regionis epigastricae linimentum, R: spir. Arom. Unc.  $\beta$ . Laud. liq. Syd. dr.  $\beta$ . M. F. L.; vel emplastrum scrobiculi cordis R: Electuar. Anod., pulv. rad. Belladon., laud. liq. Syd. aa. scrp. j., Gmm. Arab dr. iij. M. F. *Empl.*

Hufeland in genere in *praxi infantum* externum opii usum valdopere laudat (2) et quidem Laudanum liquid. cum Ung. Alth. vel camphorato pectori, abdomini, spinae allatum, vel emplastrum cum opio plantis pedum admovet, quale praesidium lene simulque benignissimum remedium in convulsionibus infantum admodum laudavit, et supra exemplo vidimus (§. 27. p. 188).

Tourdes in milite phthifico *tussim*, adeo vehementem ut asumpta statim evomeret, compescuit pomato opiato, unde vomitus et tussis fistebantur, respiratio liberior, expectoratio facilis (3). Knebel etiam (4) opii usum externum laudat in Phthisi ad tussim leniendam, cujus bonum effectum in se ipso expertus est Chiarenti (5).

Chrestien tinctura antispasmodica Camphorata *delirium* sustulit (6), et *convulsiones* cum animi deliquio virgini 22 annorum saepius sepevenientes,

pro-

(1) Moll et v. Eldik, IV. 1825. p. 357. — (2) *Over de Kinderpokjes*, l. c. p. 330—331 — (3) Brera, §. 229. II. p. 77. — (4) l. c. p. 80. (5) V. S. p. 155—156. — (6) Chrestien, p. 128. ex dysmenorrh. restituto ita mens. fluxuo.

protracta (hujus administratione coactas narrat (1).  
*Epilepsia* in viro 45 annorum externo usu tincturae, interno pulv. folior. aurantior. sanata (2).  
 Lullier *choream* curavit laudano externe brachiis, collo, pectori femoribusque affricto (3).  
*Tetanus* cuidam dirisimus cum Trismo supervenit ex laeso nervo pollucis; pomatum opiatum femoribus infinnatum; ipso momento malum fugavit (4).

Nec in *febris intermittenibus* inutilem suam vidit tinct. antispasm. Chrestien, quippe 18 observationes tradat de quotidianis, tertianis, tertian. duplicatis, quartanis tinctura sola vel Camphorata aut Chinae tinct. nupta devictis (5); vir 30 annorum febre interm. tertiana duplicata, quae malignam sequebatur remittentem, correptus, largo Corticis usu nihil levatus, post tres menses, copiosis sudoribus exhaustus, Jatro-aliptae curam petiit; febris cum leni calore incipiebat, modico secuto calore copiosissimi sudores paroxysmum terminabant; tempore apyretico tres frictiones cum tinct. antisp. Unc. j. Opii gr. viij. continentis, pro dosi instituebantur. Sequens paroxysmus longe mitior, sudores parciore; postquam Unc. vij. esent adhibi-

(1) Ibid. p. 128—130. — (2) Ibid. p. 130. — (3) *Journ. de Médic. Chirurgie*, XVI. Decbr. 1808. p. 451—453. *Histoire d'une danse de saint Guy guérie par un traitement externe.* — (4) Garneri, apud Brera §. 240. II. p. 118.

(5) Chrestien, p. 171—195.

bitae nec febris nec sudores redierunt (1). — Juvenis 16 annorum, inde a 20 mensibus febre intermittente laboraverat, tertiani typi et quartani, nunc iterum tertiani. Chrestien inter ultimum paroxysmum, qui per 12 horas duraverat, et instantem, sex frictiones cum tinct. antispasmodica camphorata, et tinct. Corticis aa. Unc. j. fieri curavit; en! paroxysmus non accedit, nec unquam rediit decem adhuc unciis adhibitis (2).

IV. *Opii vis hypnotica.*

R. de la Prade tres narrat casus de Opii vi hypnotica externe si applicaveris (3). Matrona febre putrida, cephalalgia, nausea et agrypnia cum dextri humeri dolore correpta, internum Opii usum negavit, quia matrem hoc veneno necatam putaret; itaque de la Prade Laud. liq. gr. LX. cum oleo amygdalarum et spermate ceti humero inunxit, eo ut agrypnia tolleretur effectu, quem eundem vidit in foemina cephaloeâ gravi somno privata, et in viro melancholico. Berra (4) agrypniam fustulit Opii gr.

(1) Ibid. p. 174. — (2) Ibid p. 192. Alius ex 18 memorabilis est casus: foemina 48 annorum, jam per 18 menses quartana laboraverat cum epœcha critica oborta. Optima febrifuga fuerant inutilia; propter indicia gastrica datus Tart. Em. vomitum ciebat materiae biliosae. Appetitus tamen non rediit, et febris aequè vehemens ac antea accedit; durante Apyrexia 6 Unc. tinct. antisp. cuti affricabantur. Sequens paroxysmus mitior et brevior, nec rediit febris iteratis frictionibus. (Ibid. pag. 188).

(3) *Samml. auf. Abh.* I. 1774. Stk. IV. p. 45. — (4) *Berra*, I. p. 35.



gr. vj. cum salivae dr. β. pectori inunctis. Hufeland (1) in tollenda agrypnia aegrotantium nervorum, laudat effectus emplastri temporibus applicandi: R. Empl. de Hyoscyam. Unc. β. Opii puri serp. j. M. F. Empl.

§. 30. *Morphii acetatem* Margot (2) adhibebat in foemina, quae per 2 menses gastralgia laboraverat, ut omnia vomitu rejiceret. Empl. de Theriaca cum acetatis Morphii pulveris gr. vj. epigastrio impositum, cum sinapismis ad pedes, dorsique ac crurum frictione cum aq. coloniensi, vomitum coercuit, remediique usu per 20 dies protracto aegra convaleuit. — Similes duos praeter hunc narrat casus.

§. 31. *Atropa Belladonna* pertinet inter efficacissima sedantia, eamque externe admotam certius atque efficacius agere putant (3). Ad nostrum pertinet aevum saluberrimum indicatum fuisse usum Extracti Belladonnae, unguenti forma adhibiti, ad reducendas incarceratas hernias. Magliari (4) a<sup>o</sup>. 1827 in causa herniae incarceratae ubi gravissima symptomata jam 26 horas duraverant, post frustra adhibi-

bi-

(1) Huf. *Journ.* LXIX. 1829. Stk. II. p. 24. (2) *Archiv. génér. de Médéc.* XIII. 1827. Mars, p. 404. — (3) Chevalier, *The Lond. med. and Phys. Journal.* Novbr. 1826. p. 413. *Archiv. génér. de Méd.* XIII. 1827. Jan. p. 92. „ *Sur l'emploi de l'extrait de Belladonne a l'extérieur.* — Utilem talem vidit applicationem in affectionibus inflammatoriis spasmodicis organorum thoracis, in odontalgia, profopalgia — (4) *Révue Méd.* 1828. Sept. p. 456. Moll et v. Eldik, VIII. 1829. p. 96.

bitas hirudines, clysmata, oleum ricini aliaque, praescripsit: axung. Unc.  $\beta$ , Extr. Belladonn. gr. x.; ex prima frictione a cognatis aegri facta nullum levamen; cum autem ipse dimidiam partem inunxisset brevi incarcerationio sublata. Hinterlag (1) in hernia umbilicali per 48 horas ad omnia pertinaci summo cum fructu praescripsit: R. Ung. Neapol., Ung. Alth. aa Unc.  $\beta$ . Extr. Belladonn. gr. xij. M. S. ad pifis magnitud. infricand. — Pages (2), Meola (3) aliique (4) similem notarunt virtutem, nuperrime Molda eo (5) celerrimos et stupendos sane inde notavit effectus, eosdemque Fug et Dupouget (6) quatuor firmavit observationibus, ubi Extr. Bell. dr. ij. humide supra linteum loco affecto inpositis, post aliorum frustraneum usum, 78 horis elapsis sponte vel facillime manu reducebatur intestinur.

Spastica sphincteris ani constrictio ad omnia remedia pertinax simili modo tolli posse observatio docuit; De la porte (7) hanc in finem linteum carptum contortum cum Extr. Bellad. (Boyeri = Extr. iuba stant 1829, JOURNAL DE MÉDECINE DE PARIS 1829 Bell.

(1) Rust, *Magazin*, XXVII. Stk. I. p. 191. Moll et v. Eldik VIII. 1829 p. 183. — (2) *Revue Méd.* 1820. Juill. p. 86. Moll et v. Eldik, IX. 1830. Stk. II. p. 345—348. — Laudat talem agendi modum imprimis in aegris nervosis, mobilibus ubi non adeo facilis inflamm. — (3) *Revue Méd.* 1830. Mars. p. 486. — (4) Moll et v. Eldik, X. 1831, p. 92.

(5) Froriep's *Notizen*, n<sup>o</sup>. 655. XX. 1831. n<sup>o</sup>. 17. p. 272.

(6) *Revue Méd.* 1831. Novbr. p. 221.

(7) *Journal général de Méd. de Chirurg. et de Pharm.* etc. 1830. — Von Gräfes und Walther's *Journ. der Chi-*

*rurg.*

Bell. dr. j. ad Cerati Unc.  $\beta$ .) in anum innisit, quotidie magis crasum, unde tandem debita apertura esset aperta. Louvet Lamarre (1) praeter clysmata e Belladonna eodem modo praescribit: R. Extr. Bellad. dr. ij. Cerat. Unc. ij. Aq. destil. q. s. ut f. ung.

Dubla Neapoli (2) Ung. Belladonae (gr. xv. Extr. Bell. cum axung. Unc.  $\beta$ .) cum felicissimo eventu regioni renali applicavit, ob renum dolores calculosos, colicamque nephriticam, balneo iteratam inter frictionem posito, adeo ut post tertiam frictionem omnia cesarint symptomata, et postero die tres calculi renales excernerentur.

Alii tincturam foliorum Bellad. extus utilem viderunt in profopalgia (3), cujus atrocem casum Claret (4) brevi restituit extracto Bell. extus admoto, itemque Henry (5) frictionibus cum Extr. gr. x. aqua solutis. — Unguentum mercur. cum Extr. Hyosc. in Iritide Syphilita a summo Walthero temporibus insinuari novi.

Leclerq Neuralgiam frontalem post aliorum usum

*rurg. und Augenheilk.* XV. I. p. 165. Moll et v. Eldik, XI. 1832. p. 191. VII. 1828. p. 306. Ubi patet eum ante Lamarre (1826.) hujus consilio id fecisse. — (1) *Nouvelle Bibliothèque médicale*, 1827. Juin. Moll et v. Eldik, VII. 1828. p. 305. XI. 1832. p. 192. — (2) *Froriep's Notizen*, n. 687. B. XXXII. n<sup>o</sup>. 5. — (3) *Journ. univ. d. scienc. méd.* VI. p. 264. — (4) *Dierbach*, II. p. 399. — (5) *Med. Chir. Zeits.* 1826. II. p. 255. *Archiv. gén. de Méd.* X. Jan. 1826. p. 115.



usum frustraneum sanavit, solutione Extr. Belladonnae (1) temporibus allata. Querce (2) optimo fructu idem Extr. extus ad Ischuriam admovit.

§. 32. *Nicotiana Tabacum.* Ardenfon fomentationes, cataplasmata, et balnea decocti Tabaci optimi vidit usus in Tetano et Trismo (3), et laudat ut specificum et optimum remedium (4). J. O. Beirne tradit observationes dysenteriae fomentis ex Tabaco abdomini inpositis sanatae (5). Dublini tabacum adhibent ad colicam pictonum, in quo morbo Graves (6) lintea decocto Tab. madida abdomini inponi jusfit, ut si nimius sit effectus medicamentum facilius auferri posset.

§. 33. *Varia.* — Cataplasmatum ex herbis narcoticis variis *Belladonnae*, *Cicutae* imprimis et *Hyoscyami* usus, ad locales morbos spasmo natos, hernias itaque incarceratas, stranguriam, aequae vulgaris ac utilis. — *Hyoscyami nigri* empl. cum opio plantis admotum laudatur ad convulsiones infantum (7). Richter ad rheumatismum (8) laudavit :

(1) *Archiv. gén. de Méd.* XVII. 1828. p. 113.

(2) Rust, *Magazin*, XIX. II. pag. 350—359. — (3) *Von der Anwendung des Tabaks beim Starkkrampff.* Gerson und Julius *Magazin* Septb. et Octobr. 1825. p. 283. *Med. Chir. Zeit.* 1825. I. p. 47. 1827. II. p. 213. *Samml. auserl. Abh.* XXXII. 1824. p. 462. et ulterioribus exemplis XXXIV. 1827. p. 141—153. — (4) *Samml. auserl. Abh.* XXXIV. p. 153.

(5) *Med. Chir. Zeit.* 1826. I. p. 73. — (6) *Archiv. génér.* XVII. 1828. p. 119. — (7) V. S. §. 25. — (8) *Specielle Therapie*, II. p. 60.

vit: R. Extr. Hyoscyam dr. iij, Extr. Con. macul. dr. vj. liq. ammon. caust. q. s. ad consist. — Ung. — *Conium maculatum* etiam convenit. Justamond enīa jam balnea Cicutae (1) contra pectoris dolores cum fructu dedit. — *Daturae Stramonii* tincturam Kirckhoff adhibuit (2) ad pertinacem pro-fopalgian sanandam. Van Naffel (3) contra rheumatismum chronicum suadet linimentum: R. Extr. Stramon. dr. β, Ol. olivar. Unc. iv. M. f. L. mane et vesp. usitand. Zollikoffer (4) ad eundem morbum Unguentum: R. Fol. Dat. Stram. Unc. j. axungiae Unc. iv, Cerae albae Unc. j. M. F. U. lenta ebull. in vase figulino.

*Digitalem purpuream* Shath (5) in febris puerperali sequenti formula porrigit: R. pulv. Dig. purp. dr. j. Tinct. Digit. dr. ij. Ol. olivar. Unc. β. adip. suill. dr. vj. M. F. L. supra totum abdom.

*Aconitum Napellum* Brera laudat (6) cum opio saliva et adipe in sanando arthritico dolore. In juvene valde debili arthritidem generalem, ubi Aconitum aliaque forti dosi frustra intus essent porrecta, hoc praesidio levavit.

Caspari in tussi convulsiva (7) praescribit: R. Kali hydrocyanici scrp. j. Laud. liq. Syd. scrp. ij. axun-

(1) *Samml. auserl. Abh.* XII. 1787. p. 518. — (2) Dierbach, II. p. 760. — (3) *Ibid.* p. 761. (4) *Ibid.* II. p. 374. (5) *Med. Chir. Zeit.* 1817. III. p. 295. — (6) Brera. I. p. 172. — (7) Dierbach, II. p. 768.

axung. porc.) dr. iij. M. F. L. bis d. d. epigāstr. infric. — Ultimo hoc tempore docuerunt (1) profopalgiam, hemicraniam, et pertinaces Cephaloas curare epithemate (vel linteis) ad locum dolorificum appositis, cum solutione *Prusfiatis Potasfae* in aqua destillata madidis.)

*Sulphatem Cupri Ammoniacalem*, ad gr. vj. vel x pro frictione, in affectionibus spasmodicis ventriculi et subjectis nervosis laudat Brera (2). — Infantes ex ejusdem experientia (3) convulsionibus vel tussi convulsiva laborantes, sanantur adhibito pomato ex *Oxydo Zinci* cum humoribus animalibus, addito Opio. — Bedingfield (4) narrat de profopalgia ad omnem medelam pertinaci, a juniore chirurgo, applicato empl. cum *Cerussa* scrp. ij., sanato. — *Crocus* externe etiam sedantes monstrare vires videtur (5). — Di. Ranque tandem Cholerae asiaticae curandi methodus (6) vix verbo digna.

(1) Recamier et Trousseau inde in Nosocomio *Hôtel Dieu* optimos viderunt effectus; Froriep's *Notizen*, n°. 685. XXXII. n°. 3. Oct. 1831. p. 48. — (2) Brera, I. p. 249.

(3) Ibid. I. p. 260. Schöpfung, p. 786. — (4) *Med. Chir. Zeit.* 1818. I. p. 376. — (5) Abdomini gravidae insinatum, liquorem foetus amnion profunde tingit. Soemm. I. c.

(6) Froriep's *Notizen* n°. 658. XXX Juny 1831. n°. 20. p. 319. Cholerae emplastro narcotico stimulante curat., limentoque ex aq. laurocerasi aeth. sulph. et Extr. Bell.; sufficiat ex illo quod in gravi morbo correptos hac ratione sanatos, unum amissum tradat, genuinam morbi indolem dignoscere asiaticam.



## V. R E S O L V E N T I A.

§. 34. Cataplasma resolvens ex foliis *Hyoscyami* cum mica panis laudatur in arthritide et rheumatismo, eique validam vim anodynam et resolventem adscripsit *Plencck* (1). Cataplasma e flor. chamom., melissa, sambuco, cum lini semine lacte incoctis abdomini nunquam non inponendum putat *Hufeland*, in omni febre ubi abdomen sit affectum, ad spasmos solvendo, totumque systema laxandum (2). Oleum vel Extr. *Artemisiae* vulgaris cum saliva et axungia, dr. iij—iv. pro dosi, in Ictero ab infarctu hepatis, in obstructione glandul. meseraicarum, et in hydrope anasarca incipiente *Brera* laudat ad usum externum (3). *Richter* (4) in pleuritide, hepatitide adverius dolores, uti etiam in enteritide laudat, R: Ras. pan. alb. duriusc. Unc. iij, herb. Conii mac. concis. Unc. ij. herb. Hyoscyam. Unc. j. coq. in aq. s. q. ad consist. Catapl. ten.; adde: ol. Hyoscyam. Unc. ij. S. catapl.

§. 35. *Hydrargyrum*.

Maxime celebrata est illa Hydrargyri applicatio ubi metallum pingui subactum cuti insinuatur, Unguenti Mercurialis, Neapolitani, sub forma. de *Vigo* emplastri formam laudavit, Unguento supra linteum extenso, quo totum praeter pectus et abdomen corpus involveretur (5); ineptum

ob

(1) *Mat. Chir.*, p. 344. — (2) *Over de Kinderpokjes*, l. c. p. 332. (3) *Brera*, l. p. 181. — (4) *Specielle Therap.* l. p. 399. 337. 621. — (5) *V. S.* p. 29.

ob lentam efficaciam et localem effectum habetur (1).

Vidimus (C. I. §. 10.) a primo Luis venereae ortu *inunctionem* illi fuisse oppositam; distinguitur inter *hydrargyrosin majorem* et *minorem*; in hac quaedam modo corporis partes inungebantur, in illa totum quantum corpus, post balnea tepida, Ung. mercur. illinitur, diaetaque stricta imponitur; frequens antea ejus usus ex opinione: salivationem optimam luis esse medelam, unde eo applicabatur scopo, ut haec celerrime oriretur, drachmis x. ad Unc. v. vel viij quotidie inunctis; misa vero fuit hydrargyrosis cum luem non sanaret, et graviora saepe relinqueret mala.

Louvrier autem (2) et postea Rust (3) eandem mutatam rursus in scenam duxerunt; balneis ille pluribus et purgantibus aegrum ad curam praeparat, et jam methodicis frictionibus, diaeta stricta, vitaque moderata curam absolvit; Rust cum tali medicatione curam Osbeckii aliorumque Suecicorum conjunxit, qua summa abstinentia, inedia praescribitur; aeger prius ad certum debilitatis

(1) Vogt, II. p. 401. — (2) *Nosogr. Therapeut. Darstellung syphilitischer Krankheitsformen, nebst einer zweckmassigen und sichern Methode veraltete Lustsuche-Uebel zu heilen.* Wien. 1809. — (3) Rust, *ueber die Heilkraft der methodischen Quecksilber Einreibungen in syphil. und nicht syphil. Krankheiten;* (Magazin, I. 1816. p. 354). Hufeland's, *Journ.* XLVII. 1819. III. 3—22. *Ueber die sublimat und inunction's Cur; von Doctor Simon, 1826. 8<sup>o</sup>.*

tis gradum ducitur, omni, quantum possit, nutrimento negato, balneis, purgantibus; jam incipit hydrargyrosis, 12 inunctiones vario semper loco instituendae, cum Ung. Hydr. ciner. dr. j vel ij, altera quavis die, ut per 25 dies cura sit absoluta, per quod tempus parum nutrimenti accipit aeger, e cubiculo arcte clauso exire illi non licet, nec fenestras aperire, ne vel levis perfrigeratio accedat. — Saepe 5 vel 6 inunctiones sufficerent ad luem aliave mala sananda.

Pichorel (1) nostro tempore manus aegri, mane et vespere, bene lotas inungendas suadet cum dr.  $\beta$ . Unguenti: R. Ung. Hydrarg. partes tres, Sulph. calc. Ammon. pulv. partem j. M.; manus dein chiroteca obducendae; salivatio ita praeventeretur.

Scattigna (2) Hydrargyrum cum sebo (Unc. j cum sebi Unc.  $1\beta$  — ij aestate, Unc. j. hieme) inter axillas, et femora inter et scrotum ponendum suadet, quam alii valde laudant (3) methodum, immo legitur (4) de puella hac methodo a lue sanata, ubi Merc. sub. corros. extus et intus aliaque frustra essent adhibita. — Ceterum et nuper

(1) *Journ. univers. d. Scienc. méd.* XII. p. 121.

(2) *Nuovo metodo di amministrare l'unguento mercuriale ne' mali filifici del Dott. v. Scattigna*, II. Neapol 1819. *Med. Chir. Zeit.* 1820. IV. p. 51. 1823. IV. p. 337. — (3) *Samml. auserl. Abh.* XXXI. 1823. p. 528. — (4) *Rust, Magazin*, XVIII. 1825. p. 353.



per von Vering Ung. Hydr. ad luem apte externe adhibere docuit (1).

Unguenti igitur mercurialis, in curandis morbis internis, applicatio maximae est utilitatis:

In *Luis venereae* curatione ejus virtus jam a longo constat aevo. Girtanner (2) tamen hydrargyrofin rejecit, cum dubium sit quantum corpus intret. Martens autem, Swediauer (3) aliique optimum habent remedium, quod caeterum satis ex antiquo usu probabile, cum fere omnia externa praeparata et methodos instituendae inunctionis luis causa indicaverint medici.

In *Peste* praecavenda salutifera hydrargyrosis; legitur (4) de navis praefecto, qui ex alia navi, quam medio in mare conscenderat, pestem suis attulit. Cephaloniae advectus ipse et 12 nautae inunctionem passi, ii feliciter evaserunt, ubi evidens hydrargyri effectus, minime praefectus unusque nauta, ubi nullus conspicuus metalli fuerat effectus. — Sic etiam laudatur in *febre flava* (5).

Ad *Hydrophobiam* post canis morsum rabidi praeventendam perutilis Hydrargyrosis. Meafe (6) sua-

fit

(1) *Ueber die Heilart der Lustseuche durch Quecksilber Einreibungen* von Jos. Ritter von Vering, Wien. 1821. 8°.

(2) Trommsdorff, l. c. p. 59. — (3) *Med. Chir. Zeit.* 1798. III. p. 263. — (4) *Arch. gén. de Méd.* XVI. 1828. p. 625; alia exempla in *Froriep's Notizen* 414. XIX. 1828. 18. p. 287. — (5) *Samml. auserl. Abh.* XIX. p. 61.

6) Trommsdorff, l. c. p. 59.

fit dr. ij. ad Unc. β. de die ad collum et cervicem inungere. Hufeland (1) refert de duobus infantibus morfu canis rabidi affectis; unus per 40 dies hydrargyrosin passus, nullam habuit molestiam, alter minime inunctus hydrophobia et morte corripiebatur. Juvenis quidam die 20 post morsum inunctioni sese submittere feliciter evasit.

De la Roche *Tetanus* (2) sanavit quem nec opium nec balnea levaverant, quotidiana frictione cum dr. j. ex pari parte Hydr. et axungiae. Weber (3) in *trismo* cum tetano laterali infantum laudavit, R: Ung. Neapol. Unc. β. Tinct. Opii Echard. dr. ij. M. S. omni  $1\frac{1}{2}$  hor. inungatur ad magnitud. nucis avellanae. Richter (4) frictiones Hydr. laudat in tetano, trismo, epilepsia, spasmis, Weisse (5) in profopalgia.

Hering empl. merc. in *rheumatismo* utile vidit (6) ubi omnia fuissent frustra, eandemque laudem alii (7) in rheumatismo acuto et chronico, ac arthritide tribuunt. Niccoli ad rheumatismum, dolores osteocopos, arthriticos commendat (8) R: Merc. vivi Unc. j. adipis Unc. ij. phosph. Calc.

an-

(1) Moll et v. Eldik, X. 1831. p. 190. — (2) *Samml. auserl. Abh.* II. 1775. Stk. III. p. 135. — (3) *Archiv von Horn.* 1811, II. p. 108. — (4) *Specielle Therapie*, VII. p. 278 698. VIII. 443, 447 et 438. — (5) *Med. Chir. Zeit.* 1801. IV. p. 387. — (6) *Archiv von Horn*, 1811. I. p. 129.

(7) *Med. Chir. Zeit. Ergänzungsband*, XVI 183. p. 42. Trommsdorff. l. c. — (8) *Froriep's Notizen* 114. VI. 1823. n<sup>o</sup>. 4. p. 64.

antimon. ser. V; M. F. U. — Utilis tandem hydrargyrosis in paralyfi crurum fuit observata (1).

Hydrargyri inunctiones Knebel valde laudat in *hydrope* inprimis *asciti* (2), uti alii ante eum fecerunt (3), et nuperrime in hydrope infantum celebrarunt (4), inprimis in Hydrocephalo interno (5), ubi praesertim Goelis (6) Ung. Neap. cum fructu adhibuit, uti etiam in asciti. Fischer in hydrope universali Ung. Neap. costis et regioni renali illitum utile experientia probat (7). Hufeland (8) Ung. mercur. cum additione scillae in hydrope laudat.

Tandem in curandis *viscerum inflammationibus*, pulmonis, laryngis, bronchorium, pleurae, hepatis, lienis, renum, intestinorum, vesicae et uteri, localem Unguenti mercurialis inunctionem summopere laudant (9) Richter, Schmidtman, Hecker,

(1) Huf. Journ. I. 1795. p. 281. — (2) Knebel, l.c. p. 69, 70. — (3) Samml. auserl. Abh. XVI. p. 128. 609. Trommsdorff, p. 59. — (4) Ibid. XXXIX. 1831. VI. p. 285, 286. — (5) Huf. Journ. LXVIII. 1829. IV. p. 67.

(6) Moll et v. Eldik, IV. 1825. p. 369. — (7) Huf. Journ. XXV. 1807. II. p. 92. 115. — (8) Vide infra. — (9) Richter in Diabete, (IV. 474.) Metritide (I. 688.), Nephritide (I. 621.) Splenitide (I. 550. 578.) pleuritide, et inprimis Hepatitide (I. 539.) ubi optimum putat remedium Ung. Hydrarg., in qua laude cum eo convenit Schmidtman (Summa observat II. 210. 219. 229. 239. et alii Huf. Journ. I. 1795. p. 281). — Hecker, (*Kunst die Krankheiten der Menschen zu heilen*, I. p. 309) laudat in Hepati-



ker, Bafedow aliique. — Anginam membrana-  
 ceam Ung. merc. tractandam multi docuerunt (1). —  
 Lentin (2) in angina venerea laryngis laudat  
 inunctionem cum Ung. neapol. dr. j. Ung. alb.  
 camph. dr. iij. — Velpeau (3) Unguenta Hydr.  
 in peritonitide puerperarum valde laudat, asfentien-  
 tibus aliis (4). — Steffen (5) friciones cum pari  
 quantitate Ung. merc. et Ung. Alth. princeps vocat  
 remedium in phlegmasia alba dolente. — Ammon  
 Amaurosin sanavit frictionibus mercurialibus in fe-  
 more et regioni inguinali institutis (6).

§. 36. *Mercurius sublimatus corrosivus.*

Cirillo (7) mercur. subl. corr. dr. j. cum  
 axungiae Unc. j. subigit, et hujus Unguenti dr. β—ij.

om-  
 tide Ung. sequens: R. Ung. Neap. Unc. i β. Bals. vit. Hoffman-  
 dr. ij. M F. U. S: quotidie infric. ad magnit nuc. avellaneae. —  
 Bafedow (Huf. *Journ.* LXVII. 1828. vi. 82—103) Ung.  
 Mercur. convenire putat in angina membranacea, laryngis in-  
 flamm., Bronchitide, Hepatitide, Pneumonia. — (1) Huf.  
*Journ.* XXXII. 1811. I. p. 78. 93. 95. XXXVI. 1813. iv. p. 79.  
 (2) Trommsdorff, l. c. p. 136. — (3) *Journ. Univ. des*  
*scienc. Méd.* XXXV. 1827. p. 225. *Archiv. génér. de Méd.*  
 XIX. 1829 p. 535. A. Velpeau: *de l'emploi des Mercuriaux*  
*dans le traitement de la péritonite.* — (4) *Archiv. génér.*  
*de Méd.* XXI. 1829. p. 277. — (5) Huf. *Journ* L. 1820.  
 VI. p. 106. — (6) *Journ. Univ. des scienc. Méd* LVIII.  
 Febr. 1830. p. 204. — (7) *Osservazioni pratiche intorno*  
*alla lue venerea, del dottore Dom. Cirillo* Neap. 1783. 8°. p.  
 145. — Duchanoy (*Samml. auserl. Abh.* VIII. 1783. p.  
 526. germanica induit veste, et ad duriores potius quam molliores  
 partes fricandum docuit.

omni vespere plantis pedum infricari, dein caligam noctu laneam geri curavit, ad sanandam luem, scrophulos, Ischiam. — Asfalini methodum saepe utilem vidit (1), et Frank (2) alique (3) eandem laudarunt; non ita Weikart (4). Barthez (5) optimo fructu ad Ischiam adhibuit, in quo inveterato et alii commendant (6). Hufeland, qui salem ammon. pari dosi addit ad citiorem absorptionem, hac utitur (7) methodo, quando Mercurius subl. corrosiv. interne nullos edat effectus, emolumenta que inde numerat (8), quod ita efficacissimum Mercurii praeparatum sine ullo pro toto corpore periculo ingeratur, evitata squalida salivatione, organorumque nobilium labe, adeo ut in omni aegro, immo haemoptysi vel Phthisi praedisposito, adhiberi possit. — Brea (9) pomato cum Merc. sublimato luem curavit, granis ij—iv. cum saliva quotidie adhibitis, adeo ut post 10 dies dolores essent mitigati oborta salivatione. — Mensfert (10) refert sanationem amaurosis, applicatis 3 gr. Merc. subl. corr. cum dr. j. axungiae porci, similisque naturae collyrium laudavit.

Bau-

- (1) l. c. p. 197. — (2) Trommsdorff, l. c. p. 117.  
 (3) Huf. Journ. XVII. Stk. 3. p. 103. — (4) Med. Chir. Zeit. 1791. II. p. 37. — (5) Huf. Biblioth. X. 1803. p. 3.  
 (6) Med. Chir. Zeit. 1804. IV. p. 87. — (7) Hufel. Kleine Medicin. Schrift. III. 1825. p. 28. — (8) Huf. Journ. LXVIII. 1819. III. p. 8—17, 18. — (9) Anatrips. I. p. 254. II. 29—30. — (10) Geneskundig Magazijn, V. Stk. 2. p. 12. (?)

Baumé (1) venereis pediluvia paravit cum M. s. c., ad unum aquae modum (*pinte*) gr. iij—viij additis; aeger per bihorium pedes immerfos tenere debuit, nec unquam organorum digestricium, pectorisve, affectio aut salivatio observabatur. Nicolai (2) balnea e Merc. s. c., in sananda lue aliisque morbis, remedium habet omni periculo expers, in omni casu adhibendum ubi interna medicatio impedita. Von Wedekind (3) balnea universalialia et partialialia non tantum venereis commendat, sed etiam rheumatismo, arthritide chronico aliisque correptis; ad universalialia balnea dr. ij. ad Unc. j. cum aequali copia salis ammon., interdum addito Sp. Lavendulae, adhibet; aegri quartam horae partem, aut integram balneum sustinere debent. — Verducci (4), Tambone (5) pediluvia prae balneis utilia commendant, ad aquae destil. ℥ j. Merc. sublim. c. gr. XLVIII Alcoholis Uncia i solutis, additis. — Caffé pertinacissimam luem balneis universalialibus cum M. s. c. dr. j. curavit (6).

§. 37. *Alia Hydrargyri praeparata* vario licet nomine Unguenti forma celebrentur, ad topicum vul-

(1) *Chymie experim. et raisonn.* II. 1773. p. 418.

(2) *Recepten u. Kurarten*, IV. p. 257. — (3) *Hufel. Journ.* LV. 1822. II. 3—34. III. 36—67. LVIII. I. 33. LXIV. 1827. p. 46—49. — (4) *Archiv. génér. de Méd.* XVII. 1828. p. 281. Moll et v. Eldik, IX. 1830, p. 192. — (5) *Fro-riep's Notizen*, n<sup>o</sup>. 394. XXVII. 1830. n<sup>o</sup>. 22. p. 351. Moll et v. Eldik, X. 1831. p. 91. — (6) *Med. Chir. Zeit.* 1816. II. p. 50.



vulgo usum externum, ulcera, exanthemata chronica, oculorum morbos inferviunt; interdum ad effectus universales internos.

Clare, Hunter, Cruikshank *Mercurium dulcem* ad gr. i—ij saepius internis genis, gingivis, similibusque locis insinuandum docuerunt (1), qualis celebris quondam fuit luis curatio, his autem diebus rara (2). — Oberteufer (3) Ung. ex axungia cum merc. dulc., et merc. solub. Hahnem. secundum methodum Cirillo pedum plantis admovit. — Referatur (4) de juvene a rheumatismo sanato, frictionibus cum merc. dulc. saliva soluto. — Brera (5) merc. dulc., dr. j. pro dosi adhibitam, copiosas producere sedes, aegrum debilitantes, vidit.

*Mercurium praecipitatum rubrum* unguenti forma *Anfiaux* (6) contra luem adhibitum, multo efficacem probat exemplo. *Fahrenhorst* (7) aliique (8) egregium inde commodum in sananda lue laudarunt.

*Mercur. solub.* Hahn. a scr. j. ad dr. j. cum Unc. j. axungiae in curanda lue laudatur (9); Brera duplici observatione usum probat (10).

Ip-

(1) V. S. c. I. p. 53. — (2) V. ogt, II. p. 397.

(3) Huf. Journ. IX. 1800. III. p. 125. — (4) Ibid. XI. 1800. IV. p. 189. — (5) Brera, I. p. 255.

(6) Samml. auserl. Abh. XXIX. p. 646—660. — (7) Rust, Magazin, Bd. XXI. Heft. II. p. 266. — (8) Huf. Journ. LXII. 1826. I. 125. — (9) Trommsdorff, l. c. p. 70.

(10) Brera, I. p. 256. dosis 6—8 gr. cum saliva pro frictio-

Ipsū mercurium vivum, succo gastrico vel saliva extinctum, cum axungia ad pomatum redactum, longe facilius absorberi et promptius agere Berera, putat (1), qui a dr.  $\beta$ . hujus Unguenti evidentiores vidit effectus, quam e duplici, vel triplici dosi Ung. vulgaris. Hinc illud laudat in syphilide, arthritide, rheumatismo, hydrope, hydrophobia, tetano (2).

§. 38. *Auri præparata.*

Chrestien (3) venereos, scrophulosos, aliosque syst. lymphatici morbos diu sed feliciter arcano quodam curavit, quod tandem patefecit *aurum* fuisse, hydrargyri ope subtiliter divisum, vel ejus oxydum alcali vel stanno præcipitatum, vel muriatem; primus igitur quod Lalouette alique, immo Arabes jam adhibuerant, aurum extus gingivis, genis internis ipsique linguae insinuandum docuit, qualis medicatio intra 2 menses absoluta, nec diverso anni tempore temperamentove impediretur, strictumve regimen peteret. Salivatio, si quae oriatur, mitior.

*Auri* subtiliter *divisi* gr. i—ij. quotidie linguae insinuari maximo cum fructu in syphilide 9 probat casibus (4), inter quos uno in syphilide inveterata

pes-

ne. Idem *Prusiatem et Phosphatem* Hydrargyri pomati instar in lue adhibet (I. 257—258). — (1) Ibid. I. p. 73 sqq. II. §. 221. p. 36. — (2) Ibid. I. p. 252—253. — (3) *Appendix Operis Jatræptici* editionis alterae, Paris 1812. — Gott. 1813. p. 345—464. — (4) Chrestien 1813. p. 369—382.

pesfima (1); etiam in ophthalmia habituali (2), glandularumque intumescencia (3); *Oxydum alcali praecipitatum* in syphilide (4) ubi omnia esent frustra, atque in aliis morbis (5), inprimis Scirrho uteri (6); *Stanno praecipitatum* in lue (7). — *Muriatis auri* (uti vocat) granum 1 miscit cum 2 granis pulveris ex amylo, pulvere carbonis et fuco pictorum (laque des peintres); jam dividit prima vice in partes 15, postea in 14. 13. 12 partes; semel modo  $\frac{1}{10}$  pro dosi dedit (8); tales doses dat de die 1—4.; evidentem in sananda lue efficaciam 15 tradit observationibus (9), nec non in disolvendis strumis glandularumque intumescentiis (10); triplici in casu phthisin scrophulosam hoc praesidio emendatam credit (11). — Solebat gingivis et linguae insinuare, in uno autem casu (12) miscuit Mur. auri Unc.  $\beta$ . cum axung. porci Unc. iv. cujus unguenti dr.  $\beta$ . plantae pedis cujusdam ulceribus venereis correpti, insinuari quater de die, bono cum eventu curavit. — Serius (13) simplicem auri limaturam, mane a gr. iij—iv., linguae fricando insinuare docuit.

1 Niel auri praeparata hac methodo applicata, uti-

(1) p. 370. — (2) p. 332 — (3) p. 383. Obs. 2 et 3.

(4) p. 387. — (5) p. 393, 394. — (6) p. 396—411.

(7) p. 395. — (8) p. 413. — (9) p. 412—441.

(10) p. 442. — (11) p. 453. — (12) p. 441.

(13) Hufel. Journ. LVI. 1823. VI. p. 112—115.



utilia vidit in morbis scrophulosis (1), Sarm et (2) in venereis; in regionibus autem septentrionalibus minus bene succesit (3). Wend (4), multique alii (5) nullum inde viderunt effectum. — Qui plura cupit adeat Dierbach (6), et ultimum quod dedit Chrestien opusculum (7).

Cullerier *Muriatē Platinae*, eadem ratione dosi  $\frac{1}{12}$ ,  $\frac{1}{3}$ ,  $\frac{1}{4}$  gr. gingivis inunxit (8) ad luem.

§. 39. *Jodii* praeparatorum externum usum ad strumas, viscerumque lienis inprimis et hepatis indurationes resolvendas, mittimus, quippe localem et ubi internum quoque jungere solent usum. — In hydrope externus laudatur usus; Delfiz (9) post frustraneam vini scillitici et digitalis adhibitionem in puella 16 annorum, ascitem fustulit Unguento Hydriodatis Potasae, quali etiam asciticam 36 annorum restituit.

§. 40. Huc tandem *pediluvia cum acido Muria-*  
*ti-*

(1) *Récherches et observations sur les effets des préparations d'or du docteur Chrestien*, Par. 1822. 8o.

(2) Huf. *Journ.* LVI. p. 114. — (3) Dierbach, II. p. 627. — (4) *Med. Chir. Zeit.* 1823. I. 264. — (5) Huf. *Biblioth.* LI. 1824. p. 240. — Duportal et Pelletier inprobant quia auri praeparata facile materiis organicis decomponuntur. (Montfalcon, l. c. p. 322.). — (6) l. c. II. p. 620—634. — (7) Chrestien, *Lettre a Magendie, sur les préparations d'or et les différentes manières de les administrer*. Par. 1828. 8o. — (8) Dierbach, II. p. 620.

(9) *Quelques considérations sur les propriétés médicales de la pommade avec l'hydriodate de potasse*. Magendie, *Journal*, V. 1825. p. 393.

*tico* vel *Aqua regia* referrimus. K o p p (1) balnea cum acid. muriatico in arthritide laudavit. S c o t t (2) tantum balneis aquae regiae addendum docet, quanto debilis aceti instar acescant, quale pediluvium optime in hydrargyri locum substitui, nam omnes eosdem bonos praestare effectus docuit; imprimis commendat in morbis system. biliosi, cum aegri post dimidia vel integrae horae pediluvium, nigerrimas semper et biliosas ponant faeces. G u t t h r i e (3) ex pediluvii cum regia aqua sequi vidit auctam hepatis secretionem, alvi positionem intestinorumque actionem, salivationem, gingivarum tumescitiam; laudat in hepatitide, affectionibus syst. biliosi, obstructionibus, doloribus osteocopis, morbis venereis. S p a d a f o r a (4) obstructionem hepatis et lienis tali praesidio sublatam vidit. L a v a g n a (5) autem debili in foemina, hepatitide correpta, ex tali pediluvio cum aqua regia dyspnoeam, palpitationem cordis, deliquium et prodigiosum salivae acidae fluxum notavit. — J o h n s o n (6), T a n t i n i (7), alique meliores videntur

(1) ℞ j ℔—ij. acid. Muriat. cum infuso rhododendri, chrysanthemi, digitalis, hyoseyami, cicutae, fabinae, (Dierbach, II. p. 606). — (2) *Med. Chir. Zeit.* 1819. II. p. 261. III. p. 254. — (3) *Ibid.* 1819. II. 216. — (4) *Froriep's Neuzen* n<sup>o</sup>. 636. XXIX. 1830. n<sup>o</sup>. 20. p. 320. — (5) Dierbach, II. p. 603. — (6) Dierbach, II. p. 607, ad aq. Unc. viij acid. nitr. et ac. muriat. aa. Unc. iv. addit, cujus mixturae Unc. ℔. ad aq. partes quatuor tepidae, balneum faciunt.

(7) Dierbach, II. p. 609. In hepatitide chronica opti-

runt effectus. — Bell aquae regiae balnea utilissima haud uno in syphilide probat exemplo (1). Wallace (2) in morbis hepatis et biliosis, ubi vis ubi Hydrargyrum indicatum, eadem laudat; cum vero Chlorium hic agens verosimile sit principium, in morbis hepatis, eodem eventu, chlorium externe forma gaz vel liquida in cucurbitis apposuit.

## II. Medicamenta actionis specialis.

### I. E M E T I C A.

§. 41. Si tempus urgeat, calculari posse oportet, definitos effectus ex determinata dosi certum intra tempus. Emetica igitur externe adducere inconsumtum esfet, eo magis quum plures diaphoresin inde ac diuresin potius quam Emefin notarunt, et hinc scopo quidem alterandi, non vero evacuandi commendant. Si quae necessaria sit Emeticorum externa adhibitio, e. gr. quando corpus quoddam peregrinum faucibus inhaereat, methodum Endermaticam praeferrem. — Extus admotum Tartarum Emeticum vomitum produxisse et a Brera aliisque evacuandi causa cum fructu usurpatum, supra

C.

mo eventu 4 Unc. mixtur. (ex aq. font. Unc. vj. ac. nitr. Unc. ij. muriat. Unc. ij.) addidit balneo. — (1) *Med. Chir. Zeit.* 1819) II. p. 260. — (2) *Researches respecting the medical powers of Chlorines particularly in diseases of the Liver, etc.* Lond. 1822. 8<sup>o</sup>. p. 148. Vide insuper: *Huf. Biblioth.* L. 1823. p. 576. et *Sammel. auser. Abh.* XXX. 1822. VI. p. 543. 674. XXXI. p. 1-9.



(II. §. 40.) lege. — Brera (1) in femina, febre et colluvie faburrali primarum viarum vexata, ad interna brachia frictionem institui curavit cum Tart. Em. gr. vj. in salivae scrup. j. cum axungia. Post tres frictiones sudorem copiosum et alvi frequentiam vidit. — In infante 6 annorum febre nervosa cum symptomatibus gastricis correpto, inuncto pomato cum gr. vj. Tart. Em. nullum inde vidit effectum; ex 8 gr. sudor proliciebatur; cum vero scrup. β. pro dosi adhiberet post tertiam frictionem accedit nausea; quarta frictione instituta, vomitus copiosus materiae biliosae et faburralis sequebatur febrisque fuit devicta. — Hartmann Cataplasma e Tabaco, ad Emesin producendam, cum fructu abdomini applicasse supra vidimus, p. 128.

## II. P U R G A N T I A.

§. 42. Externa purgantium administratio omnino internae postponenda, in maniacis autem, infantibus aliisque interdum necessaria, et a veterissimo tempore jam observata et adhibita (2). Confer experimenta allata Cap. II. §. 33.

Frictiones cum oleo *Castorei* sedes sequuntur (3).

„ *Co-*

(1) Brera, I. §. 169. p. 245. — (2) Vide supra, p. 34, ubi indicatur Pechlin (1672) et Scröter (1757), nam quod typothecae errore bis legitur nomen Soröterde mutandum Scröter. — Collige omnino quoad historiam inter veteres: G. Franck de Franckenu XX *Satyræ medicæ* Lips. 1722. 8°. *Satyr.* III. §. 1. p. 51. sq. — Graecis *ἔπομφάλια* audiunt quia umbilico illita alvum purgant. — (3) Westrumb, l. c. p. 466.

„*Colocynthis*, agaricus et multa alia umbilico ventri- que applicata, alvum commovent” (1) Rhazes *Colocynthidem* cuti inunctum vidit purgantem (2); *fel taurinum* drasticum ita et anthelminticum (3). — Albert (4) in debili quadam puerpera constipationem, sustulerat, pomato ex Rhei dr. j. Jalappae gr. xij cum saliva et axungia abdomini illitis; rediit tamen constipatio; misit Jalappa, rheum dupla dosi cum saliva et axungia frustra applicavit. Sequenti die Ung. e Scammonii et Colocynthidis aa gr. xij, Merc. dulc. gr. vj praescripsit. En! neonatus, etiam constipatus, valide purgatur, manente matris constipatione. — Apud tres viscerum obstructione laborantes infantes alvum reddidit liquidam, frictione cum Rheo et Scammonio sulco gastrico solutis (5).

Joerdens (6) ex infuso concentrato fol. *Sennae* abdomini aliquoties de die allato, puerum obstipatum purgatum vidit.

Schneider (7) apud infantes, medelam negantes, valdopere laudat R: Ol. *Croton. Tiglii* gutt. vj. Ol. nuc. Jugl. Unc. j. Mars. ter. d. d. inung. abd.; facili tamen inde ventris tormina et diarrhoeam,

im-

(1) G. C. Kirchmayerus *Disf. Epistolar. de passionum animi et corporis morborum* traduce Witteb. 1684. 4o p. 26.

(2) Sprengel, II. p. 401. — (3) Chöppff. I. c. p. 772 et 780. — (4) *Memoir. p. 18. Samml. auserl. Abh.* p. 442.

(5) *Memoir. p. 185. Samml. auserl. Abh.* 446. — (6) *Huf. Journ. XXVII. 1803. II. p. 89.* — (7) G. A. Richter, *die neuesten Entdeckungen in der practischen Heilk.* Berlin 1828. I. p. 248.

immo et vermes viderunt expulsos; provecioribus majori dosi illinitur, in pertinaci obstructione, non mechanica. Tavernier (1) autem ex olei Crotonis in cutim unctione, non ita purgatam alvum, quam quidem cutis irritationem, et exanthema peculiare notat, unde recentiores illud in locum Ung. Aurenr. vel Empl. picis adhibent.

§. 43. Chrestien 10 narrat casus, ubi externa applicatione *Colocynthidis*, *Maniacos* fanasse videtur (2). Maniaca obstipationis tollendae causa Tinct. Colocynth. gr. LX uno et altero die applicabantur, absque ullo fructu. Jam Ung. ex axungia cum pulv. Colocynth, abdomini illiniebatur, quo faepius repetito aegrae mens rediit. Nec per copiosiores sedes remedium utile notat, sed urinam in plurimo casu valde auctam. Virtutem confirmant Thibaut, Archbold-Aspal, alii (3). Textor quidam (4) ex vehementi ira mania corripiebatur; furiosus erat et Tart. Emet. gr. ij  $\beta$  aqua soluta uno sumsit haustu; hinc cum *άνω και κάτω* purgaretur, venenum metuens, nihil amplius sumere voluit; Ung. ex pulv. Colocynth. gr. vj. Camphor, gr. x. Chrestien illi abdomini applicavit; iterata post 4 horas frictione, oriebantur dolores colici, et copiosa materiae serosae cum viscosa viridi re-

(1) Moll et v. Eldik, V. 1826. p. 475. — (2) Chrestien, L. c. p. 195 sqq. — (3) Ibid. p. 199—204.

(4) Ibid. p. 206.



mixtae evacuatio, jam mitior erat magisque placidus aeger, et iteratis frictionibus cum pulv. Colocynth. et Camphor. aa scrp. j. pro dosi, frequens provocata evacuatio fluidae materiae, ut aeger tandem convaluerit.

### III. ANTHELMINTICA.

§. 44. Oleum *absynthii* et semen *fabadillae* abdomini attrita habentur (1) anthelmintica; referunt quoque (2) inter externa anthelmintica: oleum cajaputi abdomini illitum interpositis balneis calidis in colica verminosa, Petroleum cum allio ac felle taurino, asam foetidam cum ungu. diapalm, aliaque — Ol. Dippelii in infante vermibus vexato fortiori dosi abdomini affricatum, multum doloris levamen attulit, et lumbricos expulsit. (3). — Schneider (4) 2 gutt. ol. Crot. Tiglii cum Unc. j. ol. nuc. Jugl. ad vermes infantum, thagno cum fructu ad umbilicum inunxit, eundemque vidimus a dosi 6 gutt., alvum movendi causa adhibita, vermes saepe notasse expulso. — Collige C. II. §. 34.

§. 45. Hufeland in infantibus contra medicinam pertinacibus, herbis Tanaceti, Absynthii, Mentii. crispae

(1) Soemm. de C. H. f. V. p. 413. Bertald l. c. p. 28. jam notat. „oleum ex seminibus citri potum et inunctum vermes necare.“ — (2) Moll et v. Eldik, I. 1822. p. 191—192. — (3) Brera, I. p. 138. — (4) Moll et v. Eldik, III. 1824. p. 270.

paë, fl. Chamom. lacte incoctis, abdomini inpositis gravissima saepe sustulit (1) vermium symptomata; similique modo laudat Ung. ex ol. Hyoscyami, Petroleo, felle taurino, oleoque Tanaceti, abdomini insinuatum; alio loco commendat (2) in morbis verminosis catapl. ex herba Absynthii, Tanaceti, fl. Chamomillae lacte incoctis, et fel taurinum (3) cum sapone et Ung. Alth. abdomini affricatum, quale Ung. praeter vim anthelminticam, junctam habet vim mucum expurgantem, aliasque obstructions solventem, intestina et vasa incitantem, unde laudatur in febribus mucosis, verminosis, obstructionibus, atrophia. Franck, Boy, Weikard cataplasmata anthelmintica quoque laudasse legitur (4).

§. 46. *Arthanita* jam diu ex Unguentis relicta, propter vim acrem, non raro intestina pessime laedentem (5). Nostrates (6) in locum Ung. de

(1) *Over de Zenuwkoortsfen*, I c. p. 87. — (2) *Over de Kinderpokjes*, I. c. p. 335. — (3) *Ibid.* p. 334.

(4) Brera, I p. 3. — (5) Franc enim causam allegunt auctores *der Britsche Apotheek, uit het Engelsch, door T. v. Brusel*. Amst. 1772. 4°. II. p. 95. — *Pharmacop. Amstel. renov.* 1726 4°. p. 112. e serie medicamentorum adhuc parandum docet Ung. de Arthan., ubi intrat succi radicium cyclamini ℞ j. — recentior (de nieuwe Amsterd. Apotheek, uit het latijn, Amst. 1795. p. 150) in hujus locum commendat R: pulv. Colocynth., Aloës hepaticae aa Unc. β, fell. bov. spiss. Unc. ij. axung. porc. depur. ℞. j; ol. Absynth. dr. ij. M. etc. — (6) *Pharmacopea Belgicae*. Hagae Com. 1828. 4. p. 208  
,, Ung.

arthanita laudant, R: Extr. Aloes succotrin pulv. Unc. ij; fellis bov. inspiss., Petrolei aa Unc. iiij. axungia porci depur. ℥ ij; M. F. U. l. a.

*Aloë* purgat intus porrecta et vermibus otiosa, nec tamen ventriculo aut intestinis inimica; pluribus autem, praesertim aliis anthelminticis nupta, feminis praeprimis et infantibus, ingrata, quando externe ad scrup. j. pro dosi cum saliva utiliter adhibetur (1); Boerhaave jam Ung. ex felle taur. cum aloë laudavit (2); Brera novi Ung. de Arth. instar praescripsit, R: fell. taurin. Unc. ij, aloës succotrini pulv., colocynth. praep. aa Unc. β, dig. per 24 horas sub leni calore cum succi gastrici vel salivae ℥ j, dein cum s. q. adipis depur. fiat linim. ; et ad conformandam hujus actionem, lotionem addit, R: Naphta vitrioli Unc. vj, Allii contusi Unc. j. Camph. ras. dr. j. M. F. Lotio. Schmidtman (3) tandem laudat R. Petrolei dr. iiij. fell. taurin. inspiss. Extr. Absynth., Extr. Tanaceti aa dr. j. M. d. S. ventri inungendum; quale Ung. in colica verminosa summae vidit utilitatis.

#### IV. DIURETICA.

§. 47. *Scilla* cum interne graviore inducere possit noxias, externe laudatur dosi scrup. β pro quavis frictione, cujus extus applicatae virtutem diureti-

cam

„ Ung. Aloës cum Petroleo.” — (1) Brera, p. 174.

(2) Lib. de *Mat. Med.* Lugd. Bat. 1762. 8<sup>o</sup>. p. 249.

(3) Summa Observat. Pract. IV. 1830. p. 451.



cam extra dubium posuit Chiarenti. (Cf. supra II. §. 34. 35).

Locatelli (1) foeminam curavit anxietate, tussi, oedemate extremitatum et leucophlegmasia universali correptam; Cortice cum Spir. nitr. dulc. et oxym. scill. exhibito, parca mansit urina, per 24 horas Unc. xx.; jam pulveres dedit ex Corticis gr. vj. Opii gr.  $\frac{1}{4}$ , Scillae gr. j, sed vomitu ejiciebantur; urina tamen ad Unc. xxx. de die emissa; duabus vero frictionibus cum Ung. Scillae viij gr. continente ad Unc. xlvi. per 24 horas et post ulteriorem frictionem ad Unc. lx urinae copia aucta, ut aegra tandem convaluerit.

In hydropse *anasarca* Weigel (2) ex Scilla cum Opio et saliva Unguenti instar admota, auctam vidit diuresin, et levamen; Anselmi virum hydropem *ἀνασάρκα* ferentem (3) ad varia interna rebellem, scrup. iv. pomati ex scilla cum s. gastric. et axungia inungi curavit; post 3 frictiones urina jam copiosior, morbusque intra 3 hebdomades superatus. Giulio (4) similem eventum observavit, in casu, ubi propter canalibus digestivis conditionem, scilla interne ad anasarcam hydropem exhiberi non posset.

In *Asciti* nostra quoque utilis methodus. Brera (5) in aegro adeo debili ut nihil ferret ventri-

(1) Brera, I. p. 236. — (2) Ibid. I. p. 22. II. p. 46 sq.  
 (3) Ibid. §. 215. Obs. 1. II. p. 39.—42. — (4) Ibid. II. p. 42 sq. — (5) Ibid. §. 216. Obs. 1. II. p. 43.

culus, pomatum infricavit ex Scilla scr. j. in dr. j. succi gastr. soluto, tripartita dosi una die adhibendum, unde urina satis aucta, ac post unctum Ung. ex Digit. purp. et Epigl., Scilla et Acetate Potasfae, succo gastr. solutis, ad lumbos, femora et brachia, sanitas rediit; reconvalescens in loco humido degens, recidivus post moram rediit, cum eadem iterum ventriculi sensibilitate. Ung. ex Digitali et Scilla iterum restitit. Ballerini simplicis Ung. cum Scilla confecti utilitatem in ascitica probavit (1), nec Giulio (2) alium notavit eventum. — Puerperae molesta graviditate, haemorrhagia gravi durante partu, aliisque miseriis exhaustae hydrops supervenit anasarca et ascites; emaciata et fame ac agrypnia consumpta, nihil ingerere potuit nisi magno sub dolore, et cum materiarum aquosarum eructatione, unde gravior adhuc dolor; mors itaque foras pulsabat; Knebel (3) sensibilitatem organorum digestivum inminuit Tinct. cort. Aurant. cum opio, vinumque illi et nutrientia dedit; abdomen vero quotidie inungi curavit cum Unc. j. Unguenti ex Scillae scr. ij, Opii gr. iv. Ung. merc. terebinth. scr. j. et axungia; ex prima frictione jam frequentior urina, eo demum eventu ut post hebdomades sanata fuerit, post largam urinam.

L 6.

(1) Ibid. II. p. 50 sq. — (2) Ibid. II. p. 54 sq.

(3) Huf. Journ. XX. 1804, I. c. p. 66.

Locatelli (1) ex simplici Scillae Unguento *Hydrothoracis* perfectam vidit sanationem, Giulio (2) modo levamen. Alibert (3) infantem triennem hydrothorace laborantem, et alium asciticum inunctione cum scilla restituit, immo Unguento ex Scilla axillis, (uti in methodo Scattigna §. 34.), admoto, hydropem pectoris sanatum aliquando fuisse legitur (4). Giulio et Rosfi etiam cum fructu hydrothoracem, frictionibus e Scilla cum succo gastr., curarunt, nec Digitalem ibi inutilem notarunt (5).

Legitur *de retentione urinae* in puella sublata, frustulis planis Scillae, in pubis regione applicatis (6).

§. 48. *Digitalis, purpurea et Epiglottis*,  
Optime extus admota hydropi medetur, nullum vero in pulsum edit effectum (7). Chrestien dr. j. pro dosi adhibuit, nec ullam in pulsu vidit mutationem. Digit. *Epiglottidem* omnes habere virtutes, nullas vero nocivas vires, quas *purpurea*, Brera putat (8) et utriusque ad lumbos costasve, pomati instar affricati, usum in asciti valde laudat, do-

(1) Brera, I. p. 236. II. §. 217. Obf. I. p. 56.

(2) Ibid. II. p. 56 sq. — (3) *Mémoir.* I. c. p. 186. *Samml. auserl. Abh.* p. 446. — (4) *Samml. auserl. Abh.* XXXI. 1823, p. 528. — (5) *Journal de Physique*, I. c. p. 213.

(6) Huf. *Journ.* LXIX. 1829 IV. p. 72. — Richter, *Spec. Therap.* IV. p. 374. 382. 390, id jam laudat. — (7) Chrestien, 1813. p. 227. Brera, I. p. 197. — (8) *Anatt.* I. 1199.



fin pro frictione scr.  $\beta$ , 1—dr. j. statuens; Ascitem fustulit (1) frictione, omni quarta hora instituenda, cum pomato ex Digitalis Epiglott. serp. j. cum salivae dr. j. Giulio (2) oedema crurum, infanti post Dysenteriam superveniens, sublatum vidit pomato cum 15 gr. Opii et 20 gr. digitalis *purpureae*, cujus  $\frac{1}{2}$  pars bipartita dosi applicabatur. Sic oedema cum incipente hydrope anasarca fustulit (3) pomato, fortem digitalis *Epiglottidis* dosin, minorem Scillae continente, unde post 3 frictiones urina jam valde aucta; in alio tandem casu pomato cum Digitali *lutea* Anasarcam restituit hydropem (4).

Chrestien Dig. purpur. pulverem cum saliva, vel Tincturam adhibuit; quidam interna medela ab Asciti liberatus (5), regionem humidam inhabitans iterum accedit cum hydrope Asciti et anasarca; nullum ex internis levamen; frictiones cum Dig. purg. gr. xx, saliva solutis, tripartita dosi ter de die, instituebantur, quo praesidio brevi restitutus aeger. Simili modo Ascites, hydrops Anasarca, Hydrothorax sanari leguntur, in omni casu larga secuta urinae secretionem (6); nec tinctura inutilis: infans 4 annorum Asciti laborans quotidiana femorum, abdominis et renum in-

unc-

(1) §. 216. Obs. 2. II. p. 50.

(2) Ibid. §. 214. Obs. 2. II. p. 37. sq. (3) Ibid. II. p. 38.

(4) Ibid. II. p. 45. (5) Chrestien, 1813. p. 299.

(6) Ibid. p. 232—240.

unctione cum Tinct. dig. purp. Unc. j. fuit sanatus, post frequentem urinam (1); in alio infante, post scarlatinam ascitico, eadem Tincturae virtus (2).

Guibert ad morbos hydropicos laudat: R. Tinct. scill. mar., Tinct. Dig. purp., Tinct. sem. Colchici aa. Unc. β. Lin. volat. Camph. Unc. i β. M. F. L. S: bis ad ter de die locus hydropticus cum panno laneo fricetur (3).

§. 49. *Acetatis Potasfae* externum in Hydropes (4) usum Brera laudat, dosim pro quavis frictione statuens dr. ij—ijj. Chrestien (5) refert de levamine hydropis, quod, duobus in casibus, attulerit Acet. Pot. cum Opio, Camphora et Spiritu frumenti externe affricus. Resolvens cum sit validum remedium, femoribus infricari potest solutio acetatis Potasfae dr. ij. in Spir. vini Unc. ij, cujus cochlear unum, bis de die, adhibetur ad promovendam humoris, sub febre puerperarum effusi in abdomen, resorptionem, quod convenit quoque post paracenthesin in asciti ad curam sanatoriam (6).

§. 50. „*Terebinthinae* oleum umbilico tantum illitum in urinae suppressione efficacissimum est remedium” (7); laudatur in hydropes regioni re-

num

(1) Ibid. p. 242. — (2) Ibid. p. 243. — (3) Moll et v. Eldik, X. 1831 p. 94. V. S. p. 53. — (4) Anat. I. p. 224.

(5) Chrestien, 1813. p. 131—137. — (6) Pennink, l. c p. 38. — (7) Hoffmann, *Opera Omnia*, I. p. 318.

num vel hepatis affricatum (1). Lentin indicavit linimentum diureticum: R. Ol. Terebinth. Unc.  $\beta$ . rec. ovar. vitell. dr. ij; tritura et subinde adde aq. Menth. pip. Unc. vj. M.; cujus linimenti usum Kiefer (2), Brera (3) multum laudarunt in primis ad spasmodicam urinae retentionem; nec aliter Schmidtman agit (4), quin etiam in hydropem laudat: linim. vol., cum ol. Terebinth. abdomini et renum regioni insinuandum (5), quod ferius utique confirmavit (6), praeter interna ad hydropem remedia sequens laudans linimentum: R. Spir. Terebinth. drachm. iij, vitella ovar. q. s. ad subig., Tinct. Digital., tinct. Junip., Acet Scillit. aa. dr. iij, aq. Petroselini Unc. ij. M. F. L. S. omni 2—3 horas illin. abdom. et regio renalis.

§. 51. *Hydrargyri* inunctiones ad Hydropem jam notavimus. In omni autem hydropico morbo laudatur Ung. Hydr. cum *Digitali* aliisque diureticis (7), quemadmodum Hufeland Ung. Hydr. cum additione Scillae commendat. (8)

*Oleum Petrae* cum Camphora in urinae retentione

(1) Hufeland's *Journ.* XXV. 1807. II. p. 115.

(2) Hufel. *Journ.* XXX. 1810. III. p. 92. — (3) *Anatr.* I. p. 135. — (4) *Summa Obs.* I. p. 56. 149. — (5) Huf. *Journ.* III. 1797. p. 525. — (6) Huf. *Journ.* 1830. April. 3. Moll et Eldik, X. 1831. p. 157. — (7) Trommsdorff, l. c. p. 141. — (8) Huf. *Journ.* LXII. 1836.



ne laudavit Hargens (1). *Equisetum* lacti vel aquae incoctum, et catapl. instar pubis regioni inpositum, ad stranguriam a Riedlin, Lenhossek aliisque (2) commendatur utilisimum.

En itaque Jatraleptices in curandis hominum morbis internis efficaciam pluribus probatam observationibus; difficile sane in tanta harum copia, distincto omnes ordine disponere, momentosas dignoscere, atque has, ea, qua pro materiae dignitate par fuit, amplitudine exponere, aut, quam crescens petiit operis moles, brevitatem contrahere; utramque sectans, plures modo indicavi observationes, maxime momentosas fusius paulo proposui, at ab omni semper ambage liberam servare tentavi. Quid desit operi, id supplet aetas! —

(1) Huf. Journ. VII. 1799. III. p. 147. — (2) Moll et v. Eldik, IV. 1827. p. 161.

# CAPUT IV.

## METHODUS ENDERMATICA.

At prudenter a prudente Medico usurpetur. Abstine, si methodum nescis!

Boerhaave,

(El. Chem. II. proc. 189.)

§. 1. **Taciti** illud: non omnia apud priores meliora, sed nostram etiam aetatem multa laudis et artium posteris ferre, etiam hodierno valere tempore ex methodo, quam nunc aggredimur, patet. Methodus endermatica est ea contra morbos internos medicamentorum opponendorum ratio, qua cuti denudatae, vesicantium ope ab absorptionis obstaculo, epidermide privatae, vel vulneratae applicantur.

§. 2. **Indicata** haec methodus:

1°. Ubi ad externam medicationem ex impedita interna refugiendum esse in Cap. priore vidimus.

2°. Ubi morbi acumen celerrimum simulque efficacissimum peti auxilium, quod aegre a methodo Jatraceutica expectandum (1).

3°.

(1) Plura occurrunt exempla de methodi efficacia, ubi frustra fuc-

3°. Ubi urgens aliquod symptomata, hac methodo, etsi non causali, vinci posse judicetur.

4°. In morbis ubi, praeter medicamentum, etiam ipsa vesicatorii applicatio favere posset, uti in tussi convulsiva, aliis.

E contra non abhibeatur in aegris nimis irritabilibus (1), quam qui localem dolorem, ex applicatione endermatica sequentem, perferre possint; in genere rationalem methodi endermaticae applicationem modo fieri posse in morbis chronicis videtur; morbi acuti, sthenici (2) methodum contraindicant; tali enim morbo laborantes vesicantibus, stimulo plenis, et gravi irritamento afficere nefas putamus; — nostra quoque methodus inefficax observata fuit in obesibus, feminis gravidis et in iis qui generali debilitate correpti sunt (3).

§. 3. Ubi itaque nostra indicata sit methodus, primum de ipsis medicamentis, dein de administratione cogitandum.

*De medicamentis.*

Pauca modo medicamenta endermatice sunt explorata; qua larga dosi administranda sunt, aut multum materiae inertis principio agenti junctum habent, rejiciantur; ita et irritantia. Petit vero haec me-

di-  
fuerant alia remedia, etiam Jatraleptica: L'embert, *Essai*, p. 39, 64, 68, 76, 86, 89, 110, 111, Richter, 38 sq.

(1) Gerhard in *Transactions Médicales*, T. III. Janv. 1831: l. c. p. 126. — (2) *Journ. Compl. du Dict. des Scienc. Med.* XXXII, 1828. p. 190. — (3) Gerhard, l. c. p. 127.



dicatio: medicamenta quae sub minori volumine maximam recondunt efficaciam (1). Itaque fortissima, efficacia plena; excellunt alcaloidea, quae principium agens plerorumque medicamentorum parvo volumine continent, item extracta et tincturae (2); omnium praestant salia Morphii (3), et Narcotica in genere. — Americani docuerunt *tantummodo e regno vegetabili huic methodo apta remedia posse peti* (4); e regno minerali nullius habentur pretii, cum gravem cutis irritationem inducant et vehementem inflammationem, nec absorbeantur, atque eo majorem afferant affectionem localem quo minorem generalem (5).

§. 4. *Vehicula.* Activa itaque haec medicamenta plerumque sola adhibentur, saepius tamen ceratum additur, ut actio topica eo sit minor (6). Etiam cataplasmata, gelatinam, axungiam ipsamque anylum, vehiculorum instar adhibent. Martin Sulphatis Chinii actionem topicam valde irritantem cerato correctam vidit (7) L e m b e r t axungiam et gelatinam interdum admiscet (8). Pulveris forma autem praestat, aut si quid vehiculi sumatur,

pa-

(1) *Exposé sommaire*, p. 158. *Essai*, p. 19. — (2) Gerbard, l. c. p. 107. — (3) Ibid. p. 107. — (4) Ibid. p. 116. — (5) Ibid. p. 124. — (6) Ibid. p. 103. L e m b e r t et L e f i e u r (*Exposé sommaire* p. 158) idem jam docuerant.

(7) *Froriep's Notizen*, n<sup>o</sup>. 398. XIX. 1828. Novemb. n<sup>o</sup>. 2. p. 27. — (8) *Essai* p. 20 et 121. —

parum sit (1); si enim remedium misceatur cum cerato vel cataplasmate, numquam adeo prompta absorptio (2), quam si immediate cuti apponantur. Lefieur (3) pomato epispastico remedia incorporare suadet, ut locus maneat excoriatus.

§. 5. *Dosis.* Cum itaque adeo efficacia sint remedia, et eo facilius absorbeantur, dosis ne calculetur ut in methodo Jatraleptica. Gerhard non raro omne quod adpositum fuerit, absorptione, evanescere vidit (4); Lemberg (5) et Lefieur (6) ex 2 gr. Strychii ad quae, sensim ascenderant, Tetanum viderunt; Mansfeld (7) ex  $\frac{1}{8}$  gr. Acet. Morphii bis data ejusdem vidit symptomata; unde cum cautela dosin definiendam putamus; semper a minima dosi incipiendum est (8), quae exiguis gradibus augeatur. Americani ex serie observationum concluderunt: *dosin, huic methodo aptam, esse duplicem vel triplicem dosin internam*; ad majorem tamen quantitatem posse aggredi (9). — Dosis differt etiam pro loco applicationis et vehiculis; si Narcotica extremitatibus applicantur dosis largior sit (10); quando ceratum vel cataplasma adhebitur etiam augeatur,

nam

(1) Richter, l. c. p. 7. — (2) Gerhard, l. c. p. 115.  
 (3) *Nouvelle Médication*, l. c. p. 299. — (4) *Transact. Méd.* p. 103, 125. — (5) *Essai*, l. c. p. 36. — (6) *Nouv. Méd.* l. c. 300. — (7) Vide f. p. 6. — (8) *Exposé somm.* l. c. p. 158. — (9) Gerhard, l. c. 125. — (10) *Ibid.* p. 105.

nam his vehiculis minus perfecta absorptio (1).

*De aegro.*

§. 6. Jam igitur haec medicamenta loco cutis denudato sunt applicanda.

*Cutis denudatio.* — Vulgo epidermis a cute separari solet emplastro veficatorio; facta vesicula rumpitur, epidermis dimovetur, et diffusa lymphâ, locus denudatus adest. Hanc methodum primum secuti sunt (2); attendatur, statim post factam vesiculam, desumendum esse emplastrum, ut actio in organa utropoietica evitetur (3). Lefieur in aegris sensibilibus alia sumenda suadet, quae lente et sine multo dolore epidermidem elevarent, uti cort. Mézerei et ita dictum *Taffetas veficant*; si vero prompte agendum sit, indicat gossypium acido Sulphurico (aethere?) imbutum, flamma accensum, aut aquam calidam (80°—100° Fahrénh), Ammon. liquidam, acid. aceticum concentratum vel tandem vulnusculum cultro cuti infigendum (4). Lemberbert aquam calidam improbat, quia ejus actio incerta et periculo plena, saepius dermatis superficiem adeo irriteret, ut absorptioni fiat inepta (5); dolores veficatorii valdequam mitigari, circumpositis cataplasmatibus emollientibus, notavit (6).

*Em-*

(1) Ibid. p. 115. *Essai*, l. c. p. 20. — (2) *Exposé somm.* l. c. p. 158. *Nouv. Médic.* l. c. 298. — (3) *Nouv. Médic.* l. c. p. 298. — (4) Ibid. p. 299. — (5) Lemberbert, *Essai*, p. 17. — (6) Ibidem.



Emplastrum cantharidum Americani optimum putant remedium ad cutem denudandam, irritationem cataplasmatibus moderantes (1). L e m b e r t et G e r h a r d epidermidem dimovere disuadent, quam perforandam modò putant, ut serum effluat et medicamentum supponatur (2), quando longe efficacior absorptio. M a n s f e l d vesicantibus non opus esse docet et remedia applicat cuti rubefacientium ope valde irritatae. (2)

Curandum est, cutem, semel denudatam, suppurantem manere, quem in scopum L e m b e r t et L e f i e u r primum docuerunt, pomatum epispasticum remediis addere (3); L e m b e r t optima remedia huic scopo putat: Extr. Scillae, Strychnium, Tartar. emet. et 2<sup>o</sup> loco Chinium, Morphium Extr. Hyoscyami, Kermes (4); exsiccantia vocat Merc. Dulc. (proto-chlorure) et Acet. Plumbi.

§. 7. *Locus*, quo fiat haec cutis denudatio, parum differt secundum L e f i e u r (5). B a l l y vero docuit, efficaciam eo majorem acquiri, quo loci propius ad centra nervosa eligantur (6). L e m b e r t eo facilius Dysuriam vidit, quo propius ad organa genito-urinalia apponatur acetas morphii (7). Belladonna extremitatibus inferioribus applicata minime in cerebrum egit; evidentes erant effectus si

huic

(1) Gerhard, l. c. p. 124. — (2) Gerhard. l. c. p. 125. L e m b e r t l. c. p. 18. (3) *Exposé somm.* l. c. p. 158.

(4) *Essay*, l. c. p. 19. — (5) *Nouv. Médic.* l. c. p. 299.

(6) *Essai*, l. c. p. 21. — (7) *Ibidem.*

huic propius applicetur (1); Americani similia observarunt (2). L e m b e r t absorptionem semper vidit validiorem in parte interna membrorum, quam in externa, in anteriore corporis parte, quam in posteriore (3). G e r h a r d partes nervis vasisque dites, in anteriore corporis parte, internamque faciem brachiorum et crurum per excellentiam ad hanc methodum eligit; nulla vero pars illi aptior fuit visa, quam epigastrium. — Semper eligendum monet locum, qui immediate contiguus est cum sede mali et cum organo, in quod medicamentum agere debet (4). — Caeterum locus non adeo multum differt; quocumque cutis loco superficies applicationi adaptetur, semper vim suam specificam in systema quoddam aut organon exferunt medicamenta; Kermes in vesicatorio pone auriculam positum in bronchias agit (5). Strychnium opposito lateri applicatum agit in extremitatem paralyticam; Belladonna pedi applicata in oculos (6).

*Ambitus loci* denudandi differt, pro tempore per quod medicamentum applicare velis et remedii copia. Parvus nimirum sit locus quando fortiora resistentia membris

(1) Ibidem. — (2) Gerhard, l. c. p. 115. — (3) *Essai*, l. c. p. 26. Vesperi et noctu absorptionem promptiorem credit; item post balnea, vacuis intestinis, tempore humido et calido (p. 27. — (4) Gerhard, l. c. p. 126.

(5) L e m b e r t, *Essai*, l. c. p. 106. — (6) L e m b e r t, *Essai*, l. c. p. 24.

media applicantur (1). Bally superficies plures minores, quibus recipiantur medicamina, plus prodesse dicit quam unicam majorem (2),

§. 8. Haec quoad aegrum et medicamenta sufficiant; quaedam tamen observanda restant in ipsa *exercenda methodo*. Remedium solidum pulveris instar in locum inspergitur; extracta et conserva unguento quodam incorporantur; fluida applicantur balnei forma vel carpiis iis imbutis (3), aut guttatim affunduntur; resinosa emplastri instar administrantur (4).

Non statim cuti applicetur denudatae omne medicamentum; sensim sensimque enim si cutem ejus actioni assuetam reddas, dolor localis longe erit minor (5).

Ubi cutis valde sensilis sit, linteolum tenue cutim tinter et medicamentum ponere L e s i e u r jusfit (6), dein in cutim nudam; — Americani putant in ipsam epidermidem, lympham evacuata, deponi posse remedia; altera deligatione jam minus dolet locus et applicatio dimmediata sustinetur (7).

Medicamentum ponatur in centro vel ad margines loci; quavis deligatione omne quod ejus remanserit amoveatur et pseudomembranae, quae

(1) Gerhard, l. c. p. 125. — (2) *Essai*, l. c. p. 22.  
 (3) *Nouv. Méth.*, l. c. p. 299. — (4) *Essai*, l. c. p. 20.  
 (5) Gerhard, l. c. p. 125. — (6) *Nouv. Méth.* l. c. p. 299. — (7) Gerhard, l. c. p. 126.



quae in loco inflammato oriuntur, tollantur (1). Post applicatum medicamentum locus tegi potest cum cerato, quo eadem, quam introducere vis, materies, continetur (2), vel alio topico quodam, quod tamen ne nimis sit amplum (3). Post deligationem locum lavari convenit aquâ pura vel saponacea (4); vel solutione chlorur. calcis (5).

§. 9. Attendendum quoque est, ne *locis valde inflammatis* applicetur medicamentum; scilicet facile fieri potest ex laesione cutis gravem oriri inflammationem localem; Gerhard ex plurimis experimentis concludit: *oborta ex laesione cutis inflammatione, nullam dari absorptionem*, nisi remediis resolventibus subveniatur (6). Idem testatur Lemberg (7). Haec congruunt cum Cl. Gendrin qui docuit: in tela cellulari, quae in gangraenam abire minitatur, vix absorptionem locum habere, cum ibi stasis sanguinis adfit; venenum tali parti applicatum nullum edit effectum; remedia quae endermatice dantur vulgo sunt irritantia, qua vi irritante, aut ex alia causa, si vulnus in grangaenam abire minitatur,

(1) Ibid. et *Newy. Med.* p. 299. — (2) Gerhard, l. c. 125. — (3) *Essai*, l. c. p. 20. — (4) Gerhard, p. 125. — (5) Lemberg, l. c. p. 18. — (6) *Archiv Génér.* XXV, 1831. Mars, p. 419. — (7) Lemberg, *Essai*, p. 18 scripsit: „ lorsque „ l'inflammation se manifeste à un faible degré, l'absorption „ est souvent active; mais, lorsqu'elle dépasse les bornes d'u „ ne excitation modérée, l'absorption est en raison inverse de „ son intensité.”

tur, aut graviter inflammatur, uti cito in cachecticis obtinere potest, absorptio inde diminui quin et sisti facile posset. — *Lesieur* raro inflammationem abortam dicit, et si orietur, illi succurrendum esse topicis et balneis emollientibus (1), quod etiam alii suadent; videtur autem in tali casu alium esse eligendum locum.

§. 10. *Actio medicamentorum* est primitiva topica vel secundaria; *haec quae sequi* debet ex absorpto medicamento, pro medicamentis differens, 10 minutis, hora una, vel duabus, vel tribus ab administratione elapsis apparet, caloris sensatione se expromens, quae a cutis loco nudato ad proximum cavum, in quo viscera sunt, porrigitur indeque per totum corpus diffusa imprimis valorum et nervorum cursum sequitur (2). *Actio topica* generatim irritans, pruritus vel ardoris sensu consistit, cum rubore et affluxu sanguinis ad partes denudatas (3). *Gerhard* (4) statim post applicationem dolorem sentiri dicit, plus minusve longum, localem, quae actio topica distincta est ab effectu medicamenti speciali, quem potius impedit quam promoveat; saepissime quoque aegro supervenit caloris sensatio, e parte applicationis emanantis, per totum corpus progredientis, actionem solitam medi-

(1) *Nouv. Médic.* l. c. p. 299. — (2) *Lembert, Essai*, p. 23. — (3) *Ibidem.* (4) *Gerhard*, l. c. p. 125—126.

(5) *Ibidem*, p. 126.

camentorum praecedentis vel concomitantis. *Intensitas actionis topicae multum dependet a loco* (1); ubi cutis densa, et in locis ab organis nobilioribus longe remotis, irritatio localis debilis est, magis vero evidens in partibus nervis et vasis abundantibus, in locis corporis anterioris; accurate autem ad hanc actionem localem attendendum est, tum quoad selectum medicamentorum, nam Sulph. Chinii et Tart. Em. mordaci dolore fere habentur intolerabilia, tum quoad aegrum, qui si irritabilis sit et debilis huic methodo erit ineptus, tum tandem: quoad ipsa vehicula et topica auxilia ad dolorem et inflammationem minuendam; — haud raro localis dolor ulteriorem methodi usum impedit (2).

§. 11. Indole sua cum sint medicamenta fortissima et saepe Narcotica, interdum justo majores aut *nocivae* observantur *sequelae*; tali in casu statim applicatum desumatur, locus lavetur, et eidem applicetur aliud remedium quod prioris vim venenatam nullam faciat (3); sic Tetanus ex 2 gr. Strychnii productus, sanatus fuit Acet. Morphii granis 2 eodem loco applicatis (4). Ex iis quae (C. II. §. 25. p. 119) supra de experimentis doctissimi Barry diximus, intelligitur: etiam in tali casu optimo fructu cucurbitas apponi. Bo u i l l a u d putat compressionem idem praestare (5).

O B.

(1) Ibid. p. 126. — (2) Uti infra in observatione Magni.

(3) L e m b e r t, *Essai*, p. 22. (*qui neutralise le poison en suspendant ses effets*) — (4) Ibid. p. 36. — (5) Ibid. p. 23.



## OBSERVATIONUM ORDO III.

*Ad probandam remediorum exter-  
norum efficaciam in curandis  
hominum morbis internis.*

## B. METHODUS ENDERMATICA.

## I. Medicamenta actionis universalis.

## I. ADSTRINGENTIA.

§. 12. *Cortex Peruvianus ejusque principia.*

A. *Extractum Chinae.* Extractum Chinae rite praeparatum corticis proprietates, parvo volumine quasi concentratas, habet; praestat insuper quia facile fluidius reddatur, i. e. aptissimum applicationi endermaticae (1). — Epigastrio feminae 30 annorum febre quotidiana correptae, post paroxysmum vesicatorium imponebatur; sequente die, itidem post paroxysmum, quem graves praecesferant horrores, loco denudato 10 gr. Extr. Chinae applicabantur; die tertio levis accesus; bis applicatur eadem dosis; die iv nulla febris, ne horrores quidem; semel adhuc remedium applicatur et sanatio fuit perfecta (2).

B. *Chinium ejusque Sulphas et Murias.*

A. *Sulphate Chinii* endermatice applicato, L e m b e r t calorem (cuisson) localem, mordacem, validam suppurationem et loci ruborem notavit; post 15' suavis calor a loco applicationis per totum

(1) *Transact. Médicales*, III. p. 101. — (2) *Ibid.* Gerhard,

tum corpus dispergitur, circulatio per vasa capillaria augetur, nec tamen pulsus frequentior fit, interdum rarior; calor ille per aliquot horas persistit, praecipue in latere ubi applicatum fuerit medicamentum; actio muscularis et nervosa incitatur, et dilatatae si fuerint pupillae aliquando contrahuntur (1). Ubi autem viae internae sint integrae, ipse *Lembert* methodum suam quoad usum *Sulph. Chinii* disuadet (2), eamque indicat ubi primae viae sint affectae, aut febris internis non cedat remediis. *Gerhard* ejusque collegae (3) validam irritationem ex *Sulph. Chinii* in loco applicationis notarunt, atque dolorem, pulsum autem pleniorum et frequentiorum; effectus viderunt uti ex usu interno, appetitum auctum et virium restaurationem. *Poin-te* (4) cum observasset *Sulph. Chinii* cuti nuda applicatum, vehementissimos ciere dolores, et cutis gangraenosam inflammationem, gingivas, tamquam aliam viam, indicavit.

#### I. Usus ad febres intermittentes.

Febris interm. tertianae, quae solitis haud ceserat remediis, reditum impedit *Lembert* (1) 6 gr. *Sulph. Chinii* endermatice applicatis; ulteriore per 14 dies quotidie gran. x administratione aegrum restituit. — Febrem tertianam nautae, per 2 annos ad quamvis corticis formam pertinacem, intra 15 dies hoc modo

(1) *Essai*, p. 97. — (2) *Ibid.* 104. — (3) *Transact. Méd.* l. c. p. 102—204. — (4) *Journ. Uniyersel*, LVIII. 1830. p. 363. v. 5. — (5) *Lembert*, l. c. p. 98.

do debellavit (1). Vir quidam robustus per semestre Chinii Sulphatem contra febrem interm. quotidianam frustra sumserat; protracto vero usu ejusdem praeparati 6 — 15 gr. endermatice applicati valetudinem recuperavit (2). Lefieur (3) quoque Chinium contra intermittentem hac methodo utile dicit.

Martin (4) in febribus interm. Sulph. Chinii endermatice administravit, sed saepius minus felicem inde eventum, nec mediocrem irritationem atque acerbos dolores, interdum ingentem inflammationem observavit, unde ad hanc medelam non confugiendum suadet, nisi ubi interna via sit impedita. Eventum tamen saepe laetum ex tali medicatione notavit, cum pertinaces interdum febres paucis semel adhibitis granis cederent; — additione cerati actio topica infestissima multum levare solebat.

Ratier (5) intermittentes Sulph. Chinii endermatice optime fugari 8 observationibus probavit. — Lehmann (6), *Muriatam* aequè aptum

(1) Ibid. p. 100. — (2) Ibid. — (3) *Nouv. Médic.* l. p. 300. — (4) *Froriep's Notizen*, p. 398 XIX. 1828. n<sup>o</sup>. II. p. 27. *Ueber das Schwefel-saure Chinin, in so fern man es in aussetzenden Fiebern auf durch Vesicatorien geöffnete Hautstellen gelegt hat; von Martin der Sohn.* — (5) *Huf. Bibl.* LX, 1828. p. 238. — (6) *Ibidem* LXI, 1829. p. 64. **F. C. C. Lehmann**, *Disfert. Inaug. Med. observat. quaedam de usu externo Chinini et Muriatici et Sulphirici*, Berl. 1828. 8<sup>o</sup>.



vidit, nisi quod magis doleat contactu, illumque dosi 2, 4, 8 gr. administravit, in 8 casibus, inter quos vero ter hanc viam frustra fuit ingresus. Hufeland (1) monet: cum plurimi aegri internum probe ferant usum, hoc modo non progrediendum esse, nisi in febribus malignis, ubi conveniat paroxysmum praecavere. Wesche (2) retulit de muliere, a febre interm. tertiana, 4 gr. Sulph. Chinii semel applicatis, liberata; in alia eadem febris devicta fuit unica applicatione 5 gr. Mur. Chinii. In reliquis quos narrat casibus, amara resolventia simul fuerunt exhibita; ter methodum inefficacem observavit. — Speranza (3) endermaticae Sulph. Chinii applicationis, in sanandis febribus interm. tertianis, utilitas 15 probavit observationibus; versus finem paroxysmi incipiente apyrexia administrabat medicamentum, ut plurimum in brachii cute denudata ad 8—10 gr. pro dosi, quorum dimidiam partem absorberi vidit; recidivos aegros nunquam observavit, interdum tamen gravio-rem notavit brachii inflammationem, emollientium topicorum usum exigentem.

Americani (4) inter 20 tentamina ad febres interm. hoc modo sanandas, ter modo spem falsam fuisse experti sunt. Inter sanatas febres, 9 erant ter-

(1) l. c. p. 250 n<sup>o</sup>. 6. — (2) *Disf. Inaug. Med. observat. quaedam de Chinino, praecipue de externa ejus applicatione*, Berl. 1828. 8<sup>o</sup>.

(3) *Archiv. Gén. de Méd.* XIX, 1829. p. 267.

(4) *Transact. Méd.* l. c. p. 102—104.

tertiana, reliquae quotidianae; apud 12 aegros post primam applicationem, febris non rediit, in aliis raro 2 aut 3 adhuc sequebantur accessus; semper tum quoad vehementiam, tum quoad stadiorum tempus, sequens paroxysmus erat minor. Alii aegri 8 gr., alii 112 gr. indiguerunt; quantitas autem, qua vulgo febris fugaretur, 20 gr. non superabat; vesicatorium tempore apyrexiae applicatur, uti et medicamentum, quod si durante paroxysmo porrigeretur, febris validior invasit; — pulveris forma praestat; quo minor esset irritatio, cum cerato illum applicabant; absorptum fuisse patuit ex eo quod sequenti deligatione parum, interdum ne ullum quidem vestigium, applicati superesset. Febres hac ratione citius et certius curari putant, cum non adeo facile redeant; suadent tamen post devictam febrem aliquamdiu applicationem continuare. — Nec tamen inter curationem endermaticam remedia alia negligenda; Americani enim in omni casu venae sectionem instituebant in febris periodo caloris, levemque purgationem (1); — quatuor fufius communicarunt observationes de efficacia contra febres interm.; dosin vulgo adhibuerunt 4 gr. quater de die exhibitorum (2). — Vir 36 annorum 6 ante hebdomades febre interm. laboraverat, qua fatis gravi nunc iterum corripiebatur; tempore apyrexiae, post purgantium usum et ve-

nae

(1) Ibid. p. 104. — (2) l. c. 96.

nae sectionem, vesicatorium epigastrio imponebatur; sequenti paroxysmo praeterlapso, 3 gr. Sulph. Chinii cum amylo Gerhard loco nudo vespere applicavit; sequente mane eadem dosis bis iterum applicatur; acceserunt alvi evacuationes; pulsus parum augebantur, febris non accedit; altero die febris rediit sed mitior erat; post semel repetitam Chinii applicationem nulla rediit febris (1). — Alium 25 annorum gravi tertiana febre correptum in Nosophocomio Philadelphensi hac methodo intra 6 dies sanarunt, adeo ut febris, postquam die I ter de die 4 gr., die II mane 4 gr. cum venae sectione, die III ter de die 4 grana, die IV 4 gr. quater de die fuissent applicata, post levisimum diei II et IV paroxysmum, non rediret (2). — Femina cum interm. laboraret, ex interna Sulph. Chinii cauta administratione nullum levamen petivit, immo symptomatum gravem exasperationem; externa vero applicatio statim levamen et brevi perfectam sanationem induxit (3). — Juvenis 24 annorum diu febre quotidiana laborarat; tempore apyrexiae vesicatorium epigastrio apponitur et quotidie 4 gr. quater de die applicantur per 8 dies; primo applicationis die horrores vehementes, levis vero febris, altero die 2 horas ferius horrores accesserunt; at paroxysmus vehemens; die III nulla febris, nec aliis diebus aliud quid sentiebatur.

(1) l. c. p. 95. — (2) Ibid. p. 96. — (3) Ibid. p. 98.



nisi levis horror, quotidie serius accedens et tandem evanescens (1). — Bartels (2) Sulph. Chinii cum fructu regioni epigastricae contra febrem intermittentem admovit. Bluff vero illud dosi 1—6 gr. sine evidenti emendatione, paroxysmo tantum minoris spatii sequente, endermatice adhibuit.

II. Broglia (3) binas tradit observationes febrium perniciosarum intermittantium hoc praesidio sanatarum. — Viro cuidam 36 annorum, cum febre interm. lethargica decumbens nihil sumere valeret, vesicatoria cruribus admovebantur. Utrique loco denudato 4 gr. Sulph. Chin. cum butyro infuso applicabantur; post 5 horas febris diminuebatur, et perfecta secuta est apyrexia. Sequens paroxysmus bihorium serius et mitior accedit, nec tertia vice rediit, bis iterata 2 gr. Sulph. Chin. applicatione; — puella 10 annorum post frequentem febrem quotidianam duplicatam, intermittente perniciosafetanica corripiebatur; eadem ratione binis locis 3 gr. Sulph. Chin. applicabantur; postridie symptomata tetanica erant nulla; duobus jam granis duplici loco applicatis, paroxysmus vix observabatur, nec ulterius rediit.

III. Ad neuralgiam faciei quam matrona quaedam excrucjebatur, contra quam frictiones cum Laudano, ac Opii et Carbonat. Ferri usus internus admi-

(1) Ibid. pag. 100. — (2) Uti tradit Bluff, l. c. V. S. C. I. p. 68. — (3) *Annali Uniyersali di Medicina*, Gennaio 1830. Moll et v. Eldik, IX. 1830. p. 480.

nistrabantur sine fructu, Caucasas (1) 10 gr. Sulph. Chinii eo effectu applicabat, ut fere statim malum tolleretur, nec redierit.

29 Lemberg ex 6 gr. Sulph. Chinii endermatice applicatis *hemigraniam* periodicam sublatam vidit (2). — In nosocomio Philadelphiae bono fructu, apud aegros gravioribus morbis (exhaustos, locos denudatos deligare solent cum Sulph. Chinii gr. 4—12 (3).

## II. EXCITANTIA ANTISPASMODICA.

§. 13. *Asam foetidam* Lemberg (4) utilem vidit, tincturae instar ad 20 guttulas mane et vesperi loco denudato applicatam, in tollenda Neuralgia frontali feminae robustae sed hystericae, quae periodice quotidie certo tempore accedebat, et ab antiphlogisticis, balneis, usu interno aquae aurantium et Morphii, quin et endermatica applicatione Acetat. Morphii  $\frac{1}{2}$  — 2 gr. vinci non potuerat; tincturae Asae foetidae dosi ad 30 guttulas aucta, 8 intra dies restituta fuit sanitas.

§. 14. *Moschus* secundum endermaticam methodum applicatus diaphoresin producit; sedes et urinam imminuit (5). Vir 62 annorum asthmate gravissimo oppressus, ex venae sectione nullum fructum petens, post usum Julapii cum 6—10 gr. Moschi

(1) *Journ. Univ. des Scienc. Méd.* XL. 1828. p. 233.

(2) Lemberg, l. c. p. 104. — (3) *Transact. Méd.* p. 102. — (4) *Essai*, p. 111. — (5) *Ibid.* p. 109.

chi a morbo suo liberatus est; post 2 menses rediit morbus simili atrocità; vesicatorio in brachio applicato, post 8 dies 6 gr. Morphii endermaticè administrabantur; nec alia efficacia quam antea ex usu interno; sudores copiosi, respiratio liberior, omnia symptomata sublata, restituta fanitate.) — L'efieur (1) in spasms et catarrho suffocativo emendandis utilem notat Moschum.

### III. SEDANTIA NARCOTICA.

§. 15. *Narcotica in genere.* Narcoticorum administratio endermatica institui potest in omni morbo chronico, interdum in acutis; efficax erit quando omnis forma exhibendorum Narcoticorum sit exhausta, aut ventriculi vires ex eorum usu languent (2). Universe de illorum administratione Americani notarunt (3): illa longe promptius, quam alia remedia, hac via effectus producere, cum pauca intercedant minuta applicationem inter et effectum; vehementem dolorem non inducunt, nisi fortior dosis ad locum inflammatum admoveatur; neque effectus differunt ab illis, qui ex usu interno redundant. Dosis statuerunt triplicem internam, augendam vero, si ceratum aut cataplasma adhibeatur ob minus perfectam absorptionem; caute tamen circa haec agendum esse putamus.

Mans-

(1) *Nouv. Méd.* p. 300. — (2) *Transact. Méd.* p. 104.

(3) *Ibid.* p. 114—116. —



Mansfeld (1) ex  $\frac{1}{4}$  gr. Acet. Morphii jam dilatatas vidit pupillas, et in alio casu (2) tetanum ex  $\frac{1}{3}$  gr. bipartita dosi intra 6 horas adhibita; sic Galli tetanum observarunt quum Strychnium adhibentes, dosin ab  $\frac{1}{2}$  gr. subito ad 2 gr. auxerant (3). — Narcotica igitur ex omnibus remediis maximo commodo endermatice adhibentur, nec unquam ex prudenti eorum administratione Americani (4) observarunt symptomata quae adhibitae methodi inducerent querelam, e contra saepe effectus notarunt ex alia medicandi via vix expectandos.

§. 16. *Opium.*

Opii crudi gr. 10 loco nudo applicata levem modo produciunt irritationem localem; at statim actio narcotica observatur. Jackson (5), quum Tinct. Opii Aceticam (Black-drops) ad 10 guttulas ter de die cuti pectoris, aegri Bronchitide laborantis, denudatae applicasset et dosin ad dr.  $\beta$ . auxisset, inde vidit congestiones ad caput cum fomno defatigante et sequente cephalalgia. — In aegro (6), ubi propter ophthalmiam chronicam vesicatorium brachio esset impositum et stimulandi causa locus cum cantharidibus deligaretur, violenta oborta est stranguria; semidrachmâ Tinct. Opii

(1) Casper's, *Kritisches Repertorium*, l. c. p. 107.

(2) *Gemeinsam. Deutsch. Zeitschr. f. Geburtsk.* l. c. p. 394. In alio casu ex  $\frac{1}{3}$  bis admoto (396).

(3) *Lembert, Essai* l. c. p. 36. — (4) *Transact. Médic.* l. c. p. 116. — (5) *Ibid.* p. 105. — (6) *Ibid.* p. 106.

Aceticae, cum mucilagine, ad eundem locum bis intra aliquot horas applicatâ, statim levamen stranguriae et somnus observabantur. Dosis hujus Tincturae ut effectus provocentur narcotici, statuerent 15—20 guttulas si ad ad epigastrium, et  $\frac{1}{2}$  dr. si ad extremitates admoveatur. Extr. Opii aquosum efficacius invenerunt (1).

§. 17. *Morphium* ejusque *Acetas* et *Sulphas*. —

Experientia Americanorum docuit sales Morphii Acetatem, et Sulphatem, ea esse remedia quae optime administrationi endermatica, et ad provocandos effectus narcoticos sunt apta (2). Hinc non mirum est, tot exstare a variis medicis collectas observationes, de Morphii efficaciam, atque illud frequentissimum methodi endermaticae esse praesidium. L e m b e r t (3) notavit Morphium purum longe minorem irritationem inducere localem, quam ejus Acetatem. Americani (4) Sulphatem omni Morphii praeparato praefendum putarunt, quia solubilius existit, Morphiique sales propterea adeo huic methodo convenire, quia multum efficaciam parvo sub volumine recondant. Tactu non valde dolent, nec gravem inducunt irritationem; interdum tamen haud mediocrem inducunt inflammationem, et Gerhard quoad topicum effectum, ab Acetate semper longe vehementiorem vidit irritationem quam a Sulphate,

(1) Ibid. p. 107. — (2) Ibid. p. 106. — (3) *Journ. Univ.* XLIV. p. 243. — (4) *Transact. Méd.* c. p. 107.

te, quae irritatio erat maxima si ad locos inflammatos adduceretur sal, aut febricitans esset aeger; ce-  
 ratum adhiberi potest, sed praestat immediata appli-  
 catio. Dosis statuerunt ab  $\frac{1}{2}$  gr. ad 3, 4 gr., ac  
 jam paucis elapsis minutis effectum observarunt (1).  
 Gendrin ex  $\frac{1}{2}$  gr., in matrona valde irritabili,  
 fontanellae brachii applicato, narcoticos vidit ef-  
 fectus (2).

Lembert (3) ex applicatione endermatica, prae-  
 ter pruritus levemque stimulationem localem, se-  
 mel 100 inter exempla, nauseam, frequentius ve-  
 ro alvi obstructionem observavit, et inter 200  
 exempla sexties dysuriam, ter urinam valde dimi-  
 nutam; bronchiorum insuper notavit secretionem  
 diminutam, respirationem retardatam, interdum  
 oscitationes, pulsum frequentiam et vi diminutum,  
 torporem, cutim calidam et humidam et pruritus sen-  
 sum, imprimis circa nasum, pupillam semper contrac-  
 tam, et pro varia dosi somnolentiam, soporem,  
 vertiginem, deliria, cephalalgiam, temulentiam, et  
 interdum ingentem alacritatem. Effectus imprimis  
 ad sedandos dolores expertus est celerrimos; effi-  
 cacious non expectandam nisi ab  $\frac{1}{2}$  - 2 gr., ab  $\frac{1}{10}$  vero  
 incipiendum docet, nec subito augendam dosin, tunc  
 enim facile aegri sensibilitas adeo incresceret ut non  
 sine periculo vel minimam ferret dosin. Rich-  
 ter

(1) *Transact Med.* p. 107. — (2) *Ibid.* p. 108, 109.

(3) *Lembert, Essai*, p. 28-35.



ter (1) ex cauta dosi functiones parum turbatas vidit; pulsum paulo frequentiore ac pleniorē observavit, transpirationem auctam, numquam vero censorii effectiones.

(I.) *Ufus in Bronchitide chronica.*

Mulier 55 annorum catarrho chronico, omni hinc in Bronchitidem exasperante, laborabat et ex variis remediis parum levaminis petiverat; emaciata tussi, noctu imprimis, vexabatur; agrypniā, tracheae prurigne, pectoris oppresione, sudoribus, horroribus et febre circa vesperem correpta erat; **L e m b e r t** (2) Acetatis Morphii  $\frac{1}{2}$  gr. ad brachium endermatice applicavit, unde pruritus, tussis et pectoris oppresio intra 15' diminutae sunt; ex 1 gr. postero die applicato somnus sequebatur; iterum tamen exasperatae pectoris affectiones levabantur, gr. 2 ejusdem remedii per triduum quotidie adhibitis; interposito medicamenti usu, aut, ut pateret, quid ipsi, quid imaginationi esset adscribendum, cinere infcia aegra acetatis Morphii loco adposita, symptomata exasperabantur; tribus autem, et quatuor adhibitis ulterius granis intra paucas hebdomades, aegra adeo videbatur sanata ut e Nosocomio mitti posset. — Aliam tradit **L e m b e r t** (3) observationem, ubi in chron. Bronchitide, pulmonum morbi comite, oppresionis pec-

to-

(1) De methodo enderm. l. c. p. 38. — (2) *Esfai*, p. 55.

(3) *Esfai*, p. 60.

toris levamen observabatur ex  $\frac{1}{4}$  gr. Acetatis Morphii cum 6 gr. Moschi; tussis autem et difficilis expectoratio persistebant; gr. 2 Kermis mineralis sequenti mane et  $\frac{1}{2}$  gr. Acet. Morphii vespere applicatis, facilior evasit expectoratio; Morphii dosi ad gr. 3, Moschi ad 15, Kermis ad 3 aucta, et loco vesicatorii saepius mutato, intra 6 hebdomades sanatus legitur aeger. — Sexagenarius Bronchitidis chronicae causa (1) nosodochium Philadelphiae ingressus, venae sectiones frequentes, cucurbitas, vesicatoria, usum internum Opii et Sulphatis Morphii passus erat sine ullo levamine; ceratum parabatur ex Sulphat. Morphii gr. 5, cum drachm. 1 cerati simplicis, cujus  $\frac{1}{3}$  pars ter de die applicabatur; nec per 3 sequentes dies alia dosis aut methodus administrabantur, aegri conditione in melius vergente; tertio die supervenit febris intermittens paroxysmus, quo etiam antea laboraverat aeger; Sulph. Chinii addebatur cerato; febris non rediit; die autem ex applicato Morphio quarto aeger optime se habuit ut vix tussis superesset. — Plures Bronchitidis casus eadem ratione feliciter Philadelphiae tractarunt.

## II. *Phthisis et alia pectoris mala.*

Lefieur (2) catarrhum pulmonum chronicum, quater Acetatis Morphii ( $\frac{1}{2}$  - 2 gr.) endermatica administratione, intra 4 vulgo hebdomades, curavit;

(1) *Nouv. Médic.* p. 309. — (2) *Transact. Médic.* p. 109.

vit; medicamenti usu; ante perfectam sanationem; interposito, malum redibat; ipsam Phthisin pulmonalem ex ejusdem remedii continuato usu; duobus in casibus evidenter emendatam, se vidisse tradit. —

Quinquagenarius (1) Phthisi pulmonali haud dubie correptus, febre hectica ac tussi vexatus, ex sanguinis missione locali, vesicatoriis, Opii, inprimis Morphii praeparatis nihil levaminis petiverat; Morphiū aliaque anodyna ventriculum irritabant, pectoris loco denudato bis de die inspergebatur gr. ʒ Sulphat. Morphii, unde aegri conditio adeo fuit levata, ut sese meliorem haberet quam per plures menses habuisset. Commendant Americani hunc agendi modum in omni Phthiseos casu, ubi aegri sensibilitas exhausta sit ex medicamentorum protracto usu.

Meyer (2) tussi convulsivae sequenti modo medetur: vespere praecordiis vesicatorium haud magnum applicat, quod mane altero cum epidermide dimovet; jam Acetatis Morphii gr.  $\frac{1}{2}$  loco nudo impositum emplastro adhaesivo tegit, unde summa observatur in emendanda tussi efficacia; locus si fanescat, vesicatorii applicationem et Morphii usum ternis diebus repetit; non tamen unice inde virtus, nam simul intus Emeticum porrigitur; gr.  $\frac{1}{2}$  Morphii cum amylo singula ita vespere ad-

(1) *Transact. Méd.* l. c. p. 109. — (2) *Rust Magazin*, Band XXVIII, 1828, Heft. II. p. 356.



admoto, intra dierum hebdomadem morbus vulgo superatus. Similem eventum notarunt Köhler et Bluhm.

R o m b e r g (1) puero trienni, per tres hebdomades tusfi convulsiva laboranti, Acet. Morph. gr.  $\frac{1}{8}$  scrobiculo cordis, vesicatorio denudato, insperfit, post triduum tusfis paroxysmi, praesertim nocturni, minus erant vehementes, et quarto decimo die morbus ex toto ceserat, absque ullius alius remedii usu.

Promptiorem effectum ejusdem remedii Steinrück in infante trienni observavit (2); eundem quoque R o m b e r g (3), in puella 8 annorum, quae tusfi vehementissima catarrhali cum spasticis affectionibus conjuncta laborabat; bihorio ab insperfione Morphii maxima remissio; iterata vesperi applicatione somnus valde placidus, attamen postero die aegrotula ita pallebat, tam debilis et somnolenta erat, ut Morphii usus fieret suspectus. Idem Steinrück viderat.

Magnus in pectoris quoque affectionibus Acetem Morphii adhibuit. Puella 9 annorum hydro-pica et cachectica, tusfi continenti et sputorum uberiore excretionem vexata, ex nullo levata est remedio. Vesicatorio posito, et loco nudo Acet. Morph.  $\frac{1}{8}$  gr. de die apposito, tusfis jam tertia die minor;

(1) R. A. Magnus, *Observationes in methodum enderimaticam*. Berol. 1831. 8°. p. 24. Obs. XVI. — (2) *Ibid.* p. 24.

(3) *Ibid.*

teria grani parte admota effectus manifestior; at urinae secretio maxime cohibita; per tres autem hebdomades gr.  $\beta$  de die applicato, respiratio in normam redierat. Locum per illud tempus mutare, opus non erat, cum nulla observaretur in vesicatorio mutatio (1). — Foemina 47 annorum, ab octo annis phthisi hereditaria correpta, inmensa sputorum copia exhauriebatur; post alia frustra adhibita, gr.  $\frac{1}{4}$  Acet. Morphii quotidie pectori denudato applicatur. Post triduum sputa rariora, expectoratio facilior, tussis mitior; pedum refrigerio exortio; omnia in pejus abierunt; sed brevi placata; dosi  $\frac{1}{3}$  gr. per biduum adhibita, tantos vesicatorii dolores ciebat, ut seponi oporteret; post aliquot dies minori cum dolore tollebatur, unde tussis et sputorum excretio migtabantur, at ex toto tolli non potuerunt; minori ergo cum molestia, quam fieri solet, ad orci fauces propinabat phthifica; mox autem dolores vesicatorii ad eum evehebantur gradum, ut dosis ad  $\frac{1}{3}$  gr. esset diminuenda; viribus jamjam magis fractis tanta ex applicatione irritatio, ut Morphii usum omnino tolli deberet (2).

### III. *Dysphagia spasmodica:*

Omni dysphagiam spasmodicam, quae jam per 15 dies ad optima anti-spasmodica pertinax, aegrum fame et siti excruciaverat,  $\frac{1}{2}$  grano Acet.

Mor-

(1) Ibidem Obs. I. p. 9. — (2) Ibidem Obs. VII.

Morphii endermatice ad collum (posticum posito, quasi uno momento sustulit (1).

IV. Vomitus.

Puella 18 annorum in Nosocomium ducebatur, dolore vehemēti regionis epigastricae et abdominis, cardialgia, nausea, vomitu continuo, constipatione, viriumque summo collapsu, vocis extinctione, agrypnia, inquietudineque vexata; praelapso anno partum difficillimum cum gravi peritonitide passa fuerat, a quo inde tempore ventris conditio abnormalis, menstrua irregularia et parca manserant; anti-spasmodica et emollientia frustra adhibebantur, nec vomitus continuus lactis aliorumque assumptionem sinebat. Dimidio grano Acet. Morphii ad epigastrii denudatam cutim applicato, vomitus pauca intra momenta destitit, et somnus aegrae concessus fuit; ulterius licet gr.  $\beta$ —ij  $\beta$  adhibitis, somnus quidem producebatur, sed vomitus alimentis ingestis rediit; suspenso remedio agrypnia et agitatio; protracta vero per 14 dies applicatione ij  $\beta$  gran. non modo vomitus emendatus, verum etiam reliqua symptomata sublata erant, ut brevi sanitatem recuperaret puella (2).

Mans.

(1) *Archiv. Gén.* XXI; 1829. p. 438. „Dysphagie spasmodique dissipée par l'application extérieure du Sulph. de Morphine.” Breviter (apud Molli et v. Eldik, X. 1831. p. 288, ex Buchner, *Reprt. f. d. Pharmac.* XXXVI. Heft. III. p. 440.)

(2) Lemberg, l. c. p. 64. Dubourg communicavit in *Archiv. Gén. de Méd.* X 1826. p. 431.



Mansfeld (1), in casu ubi adesset vomitus convulsivus ex suppressis catameniiis, ubi hirudines, fomentationes, clysmata, sinapismi aliaque frustra per aliquot hebdomades essent adhibita, hirudines ad pudendam regionem apposuit, et ad scrobiculum cordis, sinapismis valde irritatum,  $\frac{1}{8}$  gr. acetatis Morphii admovit, adeo ut post horam vomitus desierit, nec semel iterata eadem dosi redierit, immo et ex altera illa applicatione jam trismi et tetani symptomata subapparuerint.

#### V. Tetanus.

Adversus *hemiplegiam* lateris dextri, cuti brachii finistri denudatae, L e m b e r t (2) gr  $\frac{1}{2}$  Strychnii applicabat; dosi quotidie cum  $\frac{1}{4}$  gr. aucta, nullo autem effectu observato, 2 gr. adhibebantur; en! horis 2 dilapsis trismus et tetanus accederunt dirisimi; medicamento protinus ablato, ad eundem locum bene lotum 2 gr. Acet. Morph. applicabantur, eo eventu ut intra  $\frac{1}{4}$  horae, levamen non tantum symptomatum, verum etiam somnolentia apparuerit (3);

(1) *Gemeins. Deutsch. Zeitschr.* l. c. p. 394. — (2) *Essai*, p. 36. — (3) Nullam itaque vim Strychnii fuisse factam diceret; Mansfeld (*Gem. Deutsch. Zeitsch.* l. c. p. 396) tetanum vidit ex ab  $\frac{1}{3}$  gr Acetat. Morphii bipartita dosi intra 6 horas adhibito, et in alio casu ex gr.  $\frac{2}{3}$ ; in tertio demam ex  $\frac{1}{2}$  gr. (*Casper's Repertorium*, l. c. p. 107). L e m b e r t, (*Essai* p. 34) duplici incisione in dorsum canis juxta vertebrae facta, uni vulnere 6 gr. Acet. Morphii, alteri 3 gr. Strychnii applicavit, neque utriusque ullum vidit effectum. (!)

Lefieur (1) ex  $\frac{1}{2}$ —2 gr. Strychnii ad hemiplegiam applicati, jam tetani vidit insultus, eosque sublato simili Acet. Morph. applicatione. Richter (2) haud abfimilem dedit observationem. — Tetanum traumaticum (et trismum (3)) in puella 28 annorum, ex irritatione tendinis musculi peronaei longi, durante deligatione ulceris circa maleolum obortos, venae sectioni, hirudinibus, balneis, frictionibus mercurialibus, aliisque haud cedentes, L e m b e r t fustulit Acet. Morph. gr.  $\frac{1}{4}$  endermatice applicato, superstiti modo rigiditate musculorum colli, quam iterata applicatio diminuit. — Cum eadem Acet. Morph. dosi tetanum spontaneum, terrore inductum, sanavit (4). In alio (5) pleuropneumonia et meningitide, ut scribit, correpto, accedentes tetani accesus, quum aegri conditio medicamentata modo admitteret externa, mitigati fuerunt duobus granis Acetatis Morphii, profoti incisioni insparfis; obiit aeger pulmonum morbo.

b Duo referuntur in Anglia observati casus de tetano traumatico et spontaneo, utroque ex iterata applicatione  $\frac{1}{4}$  gr. Acet. Morphii profus sanato (6).

Apud (1) *Nouv. médic.* l. c. p. 300; in *Exposé Sommaire* l. c. p. 158, jam docuerant similem eventum ex 2 gr. Extr. nucis vomicae; mira in observationibus convenientia! — (2) *De methodo endermatica*, l. c. p. 34. — (3) *Lembert Essai*, p. 39, etiam uti seq. apud Moll et v. Eldik, VIII. 1829, p. 287—288. — (4) *Ibid.* p. 41. — (5) *Ibid.* p. 43.

(6) *Lond. Medical Repository*, December 1828. *Archiv von Horn*,

Apud Italos Cerioli (1) tetanum traumaticum ex levi vulnere ortum, ad omnia remedia pertinacem, immo ad Acetat. Morphii alternis horis  $\frac{1}{3}$  gr. ingestum, et Camphoram cum Opio jatraleptice admotam, levatum vidit, ex  $\frac{1}{4}$  gr. Acet. Morphii endermatice ad nucham posito, et sulteriore  $\frac{1}{3}$  gr. per 10 dies applicatione, profus sanatum. — Blanc dosin  $\frac{1}{4}$  gr. contra trisum feliciter adhibuit.

VI. *Delirium tremens.*  
Vir quidam in Nosocomium Philadelphense ducatur delirio tremente jam per plures dies correptus; Acet. Morphii ingestus propter nimis irritabiles vias digestrices ejiciebatur, et omnia remedia nauseam adduxerunt. (In hac igitur summa rerum angustia, cuti epigastrii denudatae 6 gr. Acet. Morph. applicabantur, et levamen inde tulit aeger et horam integram dormiendo trevit; 4 gr. altero die applicatis tranquillitas, non vero somnus, aegro conciliebatur; 5 gr. die tertio applicata placidum somnum per plures horas protractum adduxerunt, ex quo omnino sanatus exspectus est aeger (2).

Vir juvenis 26 annorum, ex intemperantia eundem  
Horn, 1829, l. p. 338. *Zwey Falle von Tetanus mit Esfigf. Morph. ausser. behandelt.* Eaedem ac praecedentes? — (1) Froriep's *Notizen*, n<sup>o</sup>. 535. Tom. XXV, 1829. n<sup>o</sup>. VII. p. 103. *Arch. Gén. de Méd.* XX, 1829. p. 438. *Journ. Univ. des Scienc. Méd.* LV. 1829. p. 232 et 238. ni fallor etiam Moll et v. Eildik, IX. 1830. p. 55—63. — (2) *Transact. Méd.* p. 112.



dem petiverat morbum, haud levi gradu saevientem. Glacies raso capiti, aqua calida pedibus, cucurbitae magno numero capiti et vesicatorium epigastrio adferebantur; vehemens tamen mansit delirium. Hinc hora vespertina  $9\frac{1}{2}$  Jackson (1) epigastrii loco denudato apposuit Sulph. Chinii gr. 4. Sulph. Morphii gr. 2. Hora noctis media symptomata haud imminuta, imo aucta; hinc eadem dosis applicabatur; somnus sequitur  $3\frac{1}{2}$  horarum! sequenti mane 2 gr. Sulph. Morphii applicabantur; somno per duas circiter horas aeger fruebatur, et ex 2 gr. paulo post meridiem applicatis, statim somnus ei accedebat perque 6 horas mansit; experrectus est aeger omnibus animi facultatibus integris gaudens; semel adhuc Sulph. Morphii admovebatur, et, dum nullum aliud per omnem morbum exhibitum fuerat remedium, feliciter ille juvenis evasit, 12 ad summum granis Sulphatis Morphii admotis. Jackson (2) endermaticam Morphii applicationem ad delirium tremens, laudat tam quam methodum unde praestantes semper vidit effectus, vel uti adjuvans vel uti princeps remedium.

#### VII. *Spasmi hysterici.*

Richter tradit observationem (3) de femina, hystericas affectiones patiente, quae per plures annos

(1) Ibid. p. 112 — 114. — (2) *Transact. Méd. A. C.* p. 114. — (3) *De meth. enderm.* p. 38.

nos medicorum conamina fefellerant, pectoris spasmis, convulsionibus extremitatum et faciei laborante, periodice supervenientibus; antihystericis incasum adhibitis, ex  $\frac{1}{4}$  —  $1\frac{1}{2}$  gr. Acet. Morphii quotidie admotis, insultus spastici quotidie diminuti sunt, somnus placidus accesit, et dilapsis 14 diebus spasmus ex toto abfuerunt; finis itaque medelae imponebatur, licet aliae affectiones hystericae persistenterint.

VIII. *Ad sedandos Dolores.*

a. *Ad Neuralgias, Profopalgiam et Odontalgiam.*

Lefieur (1) narrat de Neuralgia temporali periodica, Acet. Morphii endermatica applicatione sanata. Fusius autem haec, neque alias observationes, non exponuntur. Idem (2) retulit de vehementi Neuralgia temporali, cum complicatione hysterica, ex Acet. Morph. cum Asa foetida endermatice applicato, sanata. Neuralgiam nervi frontalis ductum et divisiones sequentem, ad varia remedia refractariam, Galt Philadelpiae (3) una 5 gr. Sulph. Morph., ad locum sub orbita denudatum, applicatione sustulit; nec rediit dolor aut ulteriora petivit remedia; sic etiam aliae Neuralgiae eodem modo ibi feliciter fuerunt tractatae. — Nostras

Cel. Medicus Moll (4) apud virum provectae

ae-

(1) l. c. p. 300. — (2) *Exposé Sommaire*, l. c. p. 159.

(3) *Transact. Méd.* p. 110, 111. — (4) Moll et v. Eledik, X. 1831. July et Aug. p. 381.]

aetatis et debilem, Profopalgia indolis nerveae vexatum,  $\frac{1}{8}$  gr. Acet. Morph. cum iij gr. Gummi Arab. endermatice applicavit pone auriculam; jam post primam applicationem placidus somnus aegro accedit, et post 4 applicationes, simul cum usu interno Sulph. Chinii, Moschi et Carbon. ferri, sanatus fuit. Similem eventum observabat apud feminam Profopalgia e causa scorbutica vexatam, qui morbus, ad antiscorbutica et nervina pertinax, cedit iteratae applicationi endermatice  $\frac{1}{4}$  gr. Acetatis Morphii. — Cerioli (1) matronam Odontalgia et Profopalgia vexatam, cum alia frustra essent adhibita et Morphii acetis dolores interne gigneret, a dolore liberavit hoc endermatice opposito. Kreyfig (2) acetate Morphii Profopalgiam cito et feliciter curari monuit. Trousseau nuper communicavit de Profopalgia cum Cephaloea juncta, feliciter  $\frac{1}{2}$  gr. Acet. Morphii tempore applicato, sanata (3). — Heim (4) acetatem Morphii denudatae in processu mastoideo cuti applicavit, in virgine dudum acerrimis faciei doloribus indolis rheumaticae, ad diversas medelas pertinacibus, vexata. Quotiescunque dolores illi recrudescunt, nihil aegrotae opem fert,

(1) Vide loca p. 268. n<sup>o</sup>. 1. citata. — (2) Caspers *Kritisches Repertorium v. d. ges. Heilk.* XXIX. Heft. I. p. 140.

(3) *Journal universel et hebdomaire de Médecine et de Chirurgie pratique*, 1831 Juin. — Behrends *All. Repertorium der Med. Chir. Journalistik des Auslandes*, 1831. Decbr. p. 315. — (4) Magnus, l. c. Obf. IX. p. 18.



fert, nisi haec methodus, quam ipsa medicum efflagitat. — Idem (1) vehementes brachii atque scapulae dolores hoc modo fustulit.

b. *Ad Rheumatismum, Arthritidem, Ischiam.*

Rheumaticos dolores articulorum (2), et in alio omnium membrorum (3), Acetatis Morphii usu endermatico L e m b e r t sanavit. — Dolores articulorum, indolis rheumaticae, chronici, feminae 56 annorum (4) mitigati sunt Acet. Morphii  $\frac{1}{2}$  gr. cum Camphorae gr. 4 cuti denudatae applicatis; cum obstructa esset femina, 5—10 gr. Aloes vesicatorio endermatice per plures dies administrabantur, unde copiosis simul sedibus ortis dolores cesarunt. — Mansfeld (5) in viro qui jam inde per 10 annos cephalgia rheumatica laboraverat, nec tempori, nec medicamentis cedente, hunc dolorem paucas intra horas fustulit  $\frac{1}{8}$  gr. Acet. Morphii cuti colli denudatae appposito; nec dolor unquam rediit.

B l a n c (6) vehementem dolorem rheum. chronicum ad omnia remedia pertinacem placavit,  $\frac{1}{2}$  gr. Morph. Acet. cuti nudae, bis intra  $\frac{1}{4}$  horam, binis cruris dolentis locis, applicato; nec dolor post tertiam applicationem rediit; eandem methodum utilem

(1) Ibid. Obs. p. 19. — (2) L e m b e r t *Essai*, p. 70.

(3) Ibid. p. 70. — (4) Ibid. p. 75. — (5) Caspers, *Kritisch. Repertor.* l. c. p. 108.

(6) *Journ. Univ. de Sciences Méd.* LV, 1829. p. 235. *Arch Gén. de Méd.* XXI, 1829. p. 280.

lem vidit in rheumatismo acuto, ubi  $\frac{1}{2}$  gr. semel applicatum omnem fugavit dolorem.

Quinquagenarius rheumaticis doloribus faepe obnoxius, vehementi dolore musculorum unius lateris colli corripiebatur. Gerhard (1) ipsi loco absque fructu vesicatorium inposuit; jam ibidem 5 gr. Sulph. Morphii cerato involuta tripartita dosi applicare placuit; ex prima autem, vesperi facta, applicatione, immediate somnolentia et somnus protractus accederunt, adeo ut II<sup>o</sup> et III<sup>o</sup> portionis applicatio non requireretur, nisi ad leviora quae superessent doloris vestigia.

Ricotti (2) endermaticam Acet. Morph. applicationem utilem vidit in sedandis doloribus. Rusticus, post chronici cruris ulceris sanationem, arthritide plurimorum articulorum vexabatur, cum vehementi dolore, tumore et calore genu et carpi finistri, vehementique febre ac agrypnia; hirudines, formentationes emollientes, vesicatoria, usus extracti Hyoscyami et Aconiti, omnia frustra! Lintheis vero, solutione 4 gr. Acet. Morph. in 1 ℥ aquae destillatae madefactis, ad locum ubi hirudines appositae fuerant, alternis horis applicatis, post quartam applicationem dolor imminuebatur, febris et agrypnia desinebant, et post 5 vel 6 dies aeger sanatus fuit. Femina quae ante 2 menses

(1) *Transact. Méd.* l. c. p. 111. — (2) *Archiv. Gén. de Méd.* XXI, 1829. p. 436.

ses, usu. Acet. Morph. interno, a diarrhoea erat liberata, dolorem atrocem dextri carpi pasfa est, cum tumore brachii dimidiam partem occupante; omnia frustra adhibebantur; cutis supremi brachii denudabatur, et loco nudo quater de die pomatum cum 4 gr. Acet. Morph. in cerati liquidi Unc. j. applicabatur, simul institutis frictionibus in parte dolente cum 4 gr. Acet. Morph. in Unc. j. olei amygdal., eo effectu ut dolores statim fere immi-  
nuerentur, et omnis tandem morbus tolleretur. Eandem methodum Ricotti utilem vidit in dolore ischiadico et rheumatismo chronico.

Lembert (1) Ischiam posticam ad omnia remedia ipsamque moxam pertinacem, femoris immobilitatem atque claudicationem inducentem, valde mitigatam tradit ex applicatione endermatica  $\frac{1}{2}$  gr. Acet. Morphii, unde simul somnus conciliebatur; protracto usu quotidiano  $1\frac{1}{2}$  gr. intra 5 hebdomades morbus devictus.

Trousseau rheumaticos humeri dolores, et in alio casu rheumatismum articulorum hoc praesidio mitigasse legitur (2). Serius (3) Trousseau et Bonnet observationes dederunt in nosocomio Cl. Récamier de administratione muriatis et sulphatis (4) Morphii factis, contra rheumatismum  
ar-

(1) Lembert, *Essai*, p. 76. — (2) l. c. p. 316.

(3) *Archiv. Gén. de Méd.* XXVII. 1831. Novbr. p. 320.

(4) Has enim sales praeferebant quia promptius et majori copia absorbeantur quam Acetas.



articulorum, dosi 1, 3, 4—6 gr. cuti cum unguento ammoniacali (R: ammon. concentr. axung. a. p. j.) denudatae admoto. Ubi plures articuli essent affecti, ad horum singulum fiebat applicatio, et vagante morbo, hic a medicis sequebatur, adeo ut plurimis saepe in locis cutis denudaretur, ex qua agendi methodo felicissimos notarunt effectus.

c. Matrona (1) carcinomate uteri correpta, prae atrocibus inde doloribus mortem invocabat; omnia frustra erant antispasmodica, vel et syrupsus Morphii fortiore dosi sumtus; duobus granis Acet. Morph. ad locum cutis nudum adpositis, dolores prorsus tollebantur, adeo ut per reliquas vitae menses nullos dolores aegra sentiret.

Lefieur (2) dolorem pleuriticum, post venae sectiones et vesicantia resistentem, externo usu continuato refractae Acet. Morph. dosis, sanatum credit.

### IX. *Stranguria.*

Triginta annorum vir (3) Biennorrhagiae causa in Nosocomium receptus, post facile superatum fluxum, vexabatur continuo mingendi stimulo (d'un besoin continuel d'urinér,) cum magna irritatione glandis et totius urethrae. Varia remedia erant vana; vesicatorio vero ad perinaeum admoto et bis de die 1 gr. Acet. Morph. cerato involuto imposito, statim levamen est obortum; sequenti mane ce-

ra-

(1) *Lembert*, p. 68. — (2) *Nouv. Médecin.* p. 300.

(3) *Transact. Méd.* l. c. p. 110.

ratum simplex errore applicabatur; mox strangu-  
ria rediit, continuato autem Morphii usu, morbus  
vincebatur. Idem Americani in aliis viderunt.

§. 18. *Strychnium.*

Strychnium parum stimulat locum denudatum,  
sed uberiorem suppurationem inducit quam Mor-  
phium, uti monuit L e m b e r t (1); magnas ence-  
phali turbas non inducit, interdumque paralyfin re-  
stituit sine impetu convulsivo; duae inter appli-  
cationem et effectum universalem intercedunt ho-  
rae; plerumque motus convulsivi observantur, qui  
si evidentiores sint, cephalalgiam lateris cui ap-  
plicatum fuerit Strychnium, inducunt; post 5—10  
horas hi motus desinunt et saepe rigorem relin-  
quunt; circulatio, pulsus, calor et transpiratio  
incitantur; dosin caute definiendam esse patet ex  
observationibus allatis, ubi subitum dosis augmen-  
tum tetanum induxit. L i s t o n (2) cum aliquan-  
do ab 1 gr. ad  $1\frac{1}{2}$  gr. subito adscenderat cephaloeam,  
vertigines, nauseam, et tremores artuum vidit.  
Postea vero gradatim et caute sine ulla molestia  
ad 3 gr. ascendit. R i c h t e r (3) semper ex usu  
endermatico Strychnii, motus convulsivos extre-  
mitatum abortos notavit, interdum, noctu imprimis,  
satis vehementes, pulsum frequentiore, haud ra-

10

(1) L e m b e r t, *Essai*, p. 82. — (2) *Archiv. Gén. de  
Méd.* XXII, 1830. p. 549. — (3) *De meth. endermat.* l. c.  
p. 31.

ro cephalalgiam et vertigines, saepius exasperationem faucium, nauseam et vomituriones, semper alvum obstipatum, raro mingendi difficultatem, nunquam sensorii perturbationes.

I. *Paralysis.*

L e m b e r t paralyfin Strychnio debellavit. Vir 54 annorum (1) minii praeparatione occupatus, inde duodevicesies colicam saturninam petiverat, qua semper liberabatur; ex ultimo morbo paralyfin extensorum utriusque manus retinuit, quam cum pilulae e Strychnio non tollerent, insanabilis dimissus est; propter catarrhum bronchiale nosocomium ingressedo, catarrho aptis remediis fugato, illi ad utrumque antibrachium vesicatorium est appositum; sequente die  $\frac{1}{2}$  gr. Strychnii ad locum nudum applicabatur; quae dosis decrescente morbo die quinta ad 1 gr. augebatur, quando brachiorum et fere totius corporis motus convulsivi ac vertigo sequebantur; manus sinister et digiti moveri jam poterant; per triduum igitur suspensa applicatio, dein vero Strychnium ad 2 gr. per plures die cervicis cuti denudatae applicabatur, adeo ut sensim omnis tolleretur paralytica affectio. Similem tradit casum paralyfis (2) manus hac methodo sanatae, quae in juvene post colicam saturninam ad omnia remedia pertinax resisteret. — Refertur (3) de ebrioso partiali paralyfi

bra-

(1) L e m b e r t, *Essai*, l. c. p. 89. — (2) Ibid. 86.

(3) F r o r i e p's *Notizen*, n<sup>o</sup>. 585. XXVII. n<sup>o</sup>. 13. p. 203.



brachii et manus laborante; vesicatorio applicato, loco denudato  $\frac{1}{8}$  gr. Strychnii imponebatur, eo effectu ut postquam ad  $1\frac{1}{4}$  gr. dosis pervenerat, morbus intra 5 hebdomades fuerat sanatus.

Foemina extremitatum inferiorum paralyfi correpta ex nullo remedio, quin et ex 14 gr. nucis vomicae ter de die adhibitis, aliquid obtinuit levaminis; Richter (1)  $\frac{1}{2}$  gr. Strychnii cuti dextrae cervicis denudatae applicavit, et quotidie dosin  $\frac{1}{4}$  gr. parte auxit; duobus autem et dimidio granis per 5 dies adhibitis, veneficii symptomata accederunt, subito demto Strychnio et duobus gr. acetatis Morphii applicatis sublata. Jam cuti nudae dextri femoris gr. 1 ad  $1\frac{1}{2}$  per 12 dies applicavit; observabatur post singulam applicationem calor, sudor, pulsus paulo frequens, vomituriones, ciborum fastidium, faucium raucedo, cephalalgia, ventriculi ardor, motusque convulsivi, mingendi difficultas et alvi obstructio; paralyfis vero ne minimum quidem sublevabatur. — In alia extremitatum superiorum et inferiorum paralyfi (2), exiguum quoque levamen vidit ex Strychnio licet vel ad  $2\frac{1}{2}$  gr. per 6 hebdomades adhibito; pertinacissimam in hoc casu ex remedio observavit constipationem. Nec mirum causa fuit organica.

Vir 39 annorum post quartam colicam satur-

(1) Richter, de methodo endermatica, l. c. p. 33.

(2) Richter, l. c. p. 35.

ninam sanatam, paralyfi extensorum utriusque manus corripiebatur; omnis frustranea cum fuisset medela, Richter (1) quotidie  $\frac{1}{4}$  ad 1 gr. Strychnii utriusque manus dorso endermatice applicavit, eo eventu ut aeger aliquot digitos extendere; cubitum, humerum ac manum movere posset; non tamen prorsus sanatus fuit.

In duobus aliis casibus paralyfin extremitatum inferiorum, tabe dorsali exortam, et hemiplegiam lateris sinistri, incasum hac methodo cum Strychnio tractavit (2).

Dumeril (3) palpebrae paralyfin sanavit, extracto nucis vomicae factae incisioni instillato. Romberg (4) Strychnium cum fructu ad brachii movendi difficultatem, in alio autem casu frustra ad paraplegiam adhibuit.

## II. *Paraplegia et Hemiplegia.*

Paraplegiam satoris epileptici, post alia frustra adhibita, Strychnio ab  $\frac{1}{4}$  ad  $1\frac{1}{2}$  gr. quotidie applicato Lambert (5) emendavit, continuato vero usu non sanavit. Cl. Wolff in emendanda hemiplegia feliciter hoc remedium adhibuit. In hemiplegia (6) lateris dextri, per plures annos ad efficacissima remedia pertinaci, quotidiana  $\frac{1}{2}$  ad  $1\frac{3}{4}$  gr. Strychnii applicatione, id effecit, ut aeger longe facilius ambulare,

bra-

(1) Richter, l. c. p. 36. — (2) Ibid. p. 36.

(3) Lambert, l. c. p. 11. — (4) Magnus, l. c. Obs. XIV, XV. p. 22, 23. — (5) Ibid. pag. 92.

(6) Richter, l. c. p. 37.

brachium lateris affecti capiti imponere, eademque manu alia corpora firmiter continere posset; in alio casu lateris dextri hemiplegiae (1), ex quotidiano 1 ad 1  $\frac{1}{2}$  gr. usu, multum levaminis vidit; in utroque autem casu curatio adhuc continuebatur ab minime totum devictum malum. — In potatore quodam tandem Parefin Strychnio endermatice sanatam tradunt (2).

### III. *Aphonia Paralytica.*

Foemina 46 annorum hysterica, ex graviore refrigerio subito voce privabatur; spe vocis tempore rediturae frustrata, medicos adiit, sed ex methodo antirheumatica nullum petivit levamen; Richter (3) infra laryngem in utroque colli latere cutim denudabat; sinistro vulnere  $\frac{1}{2}$  gr. pulveris Strychnii puri applicavit; alterum unguento simplici deligavit; sequente die finistrum vulnus unguento simplici tegit, et ad dexterum  $\frac{3}{4}$  gr. Strychnii admovit; et sic quotidie alternando ad dosin 1  $\frac{1}{4}$  gr. adscendit, eo effectu ut per 5 dies 9 gr. adhibitibus nona die aegra convaluerit, voce penitus restituta.

### IV. *Amaurosis.*

In sananda amaurosi Strychnii endermatice applicati utilitas duobus exemplis probavit Liston (4);  
in

(1) Ibid. p. 37. — (2) Froriep's *Notizen*, XXV. n<sup>o</sup>. 7. oII et v. Eldik, IX. 1830. p. 189. fusius. — (3) *Disf. P.* 32. — (4) *Arch. Gén.* XXII. 1830. p. 548. ulterior observatio in Buchner's *Repertorium f. d. Pharmacie* XLIX. I. p. 79.



in primo casu ex  $\frac{1}{4}$  gr. Strychnii temporibus per 4 dies quotidie admoto, morbus erat sanatus; in altero utriusque tempore quotidie  $\frac{1}{8}$  ad 3 gr. applicabatur, unde brevi sanitas; quater sine fructu eximio adhibuit. Shortt primus talem applicationem instituisse videtur (1), et indicatam credit in amaurosi ex paralyfi nervi optici, vel retinae oriunda, contra-indicatam in amaurosi congestiva, et partium internarum inflammatione. — Dosis ad  $3\frac{1}{2}$  gr. auxit, sed propter veneficii symptomata ab illa desistere debuit. — Michaëlis (2) nuper quinque dedit observationes, de amaurosi tali praesidio vel sanata vel multum levata; in omnibus autem hoc remedio sanatis vel levatis amaurosis casibus, visus non penitus erat deletus; dosis prima  $\frac{1}{4}$  gr. Strychnii, sensim ad  $2\frac{1}{2}$ ,  $3\frac{1}{2}$ ,  $5\frac{1}{4}$  aucta. Apud plures incipiente amaurosi optimi fuit effectus; actionem Strychnii praecedenti interno hydrargyri usu multum juvatur, et licet de ejus actione nondum certissime constet, nunquam tamen adhuc superstes videndi facultas damnum inde accepit, vel corporis conditio depravata est. In suffusione corneae hanc etiam utilem duxit applicationem, quippe quum Strychnium absorptionem

pro-

(1) Theod. Short, *Froriep's Notizen*, n<sup>o</sup>. 620. XXIX. 1830. n<sup>o</sup>. 4. p. 58. *Edinb. Medic. and Surgical Journal* 1830. Octbr. — (2) Von Gräfe's et v. Walther's, *Journal der Chirurg. und Augenheilkunde*, XV. II. p. 334.

promoveat, ut experientia auctorem docuit; ex usu Strychnii externo interdum erysipelam in dispositis vidit (1). Middlemore, nuper pulchras dedit annotationes in usum Strychnii endermaticum contra amaurosin; hanc scilicet administrationem, ex optimis esse remediis monet in amaurosi, vel amblyopia amaurotica, quae ex atonia retinae, nervorum aliorum oculi, vel totius systematis nervosi, i. e. ex locali, vel universali vera debilitate nervosa, ortum ducit, imprimis ubi diu nondum duraverit malum; vitium autem vel parvum organicum, aut oculi capitisve plethora Strychnii malos potius quam bonos creat effectus. Sin autem amaurosis, vel amblyopia pateat esse indolis nervosae, tunc vesicatorium supra - utrumque supercilium, angulum oculi externum non transgrediens, applicetur, vesicula rumpatur, linteam ad absorbendum serum inponetur, post femihoram ad decursum nervorum supra orbitalium Strychnii pulvis adspergatur tantum ut post 24 horas absorptum sit, et iterata vice adspergari Strychnium possit; cerato simplice supra linteam tenue locus deligetur. Augenda sensim erit dosis ad restitutam visus facultatum, vel venificii symptomata. — Si dolores creat locales, misceatur cum farina, vel opio, vel relinquatur remedium; quando vero ce-  
pha-

(1) *The Midland, Med. and Surg. Repert.* 1831. May.  
Behrends *Med. Chir. Journ. d. Ausland.* IV. p. 121.

phaloea, musculorum contractiones, irritatio nervorum, absque visus restauratione oriantur tali in subjecto nunquam iterum adhibeatur.

§. 19. *Atropa Belladonna.*

Extractum Belladonnae nimis acre et irritans, ut sine addito pingui aut emolliente adhiberi possit; major dosis dilatationem pupillae, delirium cum loquacitate, ac generalem tremorem adducit, subinde vomitum biliosum, colicas, sedes copiosas, borborygmos; si ad locum applicetur a cerebro remotum raro pupillae dilatantur, attamen semper functio oculorum afficitur; aliquando si ad sinistrum applicetur latus, dextri oculi debilitas et pupillae dilatatio observatur. Exhibet vim antispasmodicam, bronchiorum secretionem imminuit. In dyspnoea ab 1 ad 8 gr. L e m b e r t cum fructu adhibuit (1). Bally ex ejus applicatione in dorso pedis actionem in oculum observavit (2). — Trousseau Ischiam nervosam, endermatica in natibus, ad exitum nervi Ischiadici e pelvi, applicatione 8 gr. unguenti ex aequali parte cerati et extr. Belladonnae (3) mitigavit, iterato usu sustulit.

§. 20. *Datura Stramonium.*

In nosocomio Philadelphiae ardor urinae, viro cuidam, post blennorrhagiam, tamquam symptoma molestissimum atque pertinacissimum superstes, tollebatur, vesicatorio perinaeo apposito, et

(1) L e m b e r t, p. 120. — (2) R i c h t e r, p. 28.

(3) l. c. p. 315.



10 gr. extracti Stramonii applicatis; repêta applicatione dolorificum malum, quod post suspensum usum rursus apparuerat, totum superatum (1).

§. 21. *Crocus.*

Vir 29 annorum ex capitis exanthemate reconvalescens atrocissima neuralgia occipito-frontali corripiebatur, quotidie certo tempore accedente. Morphium et Afa foetida externe, sulphas Chini interne data, vesicatoria, sanguinis generales et locales evacuationes, nullum adtulerant levamen; extractum Belladonnae endermatice ab  $\frac{1}{2}$  ad 2 gr. applicatum, pupillam non dilatabat nec morbum levabat; vix autem Croci gr. 6 endermatice adponebantur, quin statim doloris levamen et morbi fanatio perfecta contingere videbatur; — post 14 dies novus dolor articulationis humeri sinistri apparebat, qui vesicatorio ad deltoideum musc.posito, applicatione 15 gutt. tinct. Afa foetidae cum Acetatis Morphii gr. 1, quotidie per 8 dies iterata, perfecte sublatus est (2).

IV. R E S O L V E N T I A.

§. 22. *Hydrargyrum.*

Mercurius *sublimatus corrosivus* (deuto-chloruretum Hydrargyri), absque vehiculo applicatus intra pauca horas (3) escharam inducit; cum vehiculo autem facile illum aegri ferunt; sudores, aestum adfert et alvum, ac urinam paulum auget; eviden-

(1) *Transact. Méd.* p. 114 — (2) *Lembert, l. c. p.* 114.  
 (3) *Richer ex Lemb. sub nomine Calomelanos* (1), p. 24.  
 et inde quoque *Rust, p.* 445.

dentisfimi autem narrantur effectus: salivatio, tremores artuum, spasmi saepe et formicatio; ab  $\frac{1}{16}$  ad 2 gr. L e m b e r t contra Syphilidem adhibuit generalem, non sine praestanti fructu (1); B a l l y contra exostoses et dolores osteocopos efficacem vidit (2).

Mercurium *dulcem* (proto-chloruretum Hydrargyri) B a l l y endermatice contra febrem flavam adhibuit (3). Parisiis illud contra Syphilidem inveteratum applicavit (4). — Hydrargyri igitur praeparata contra illam legem: materies minerales aegre cute laesa absorberi, probe effectus endermatice praestant (5). — *Aurum*. N i e l (6) ubi oris conditio localem ad gingivas vel linguam auri applicationem dissuadeat, aurum, hydrargyri ope devifum, ab 1 ad 2 gr. (in  $\frac{1}{2}$  drach. axungiae) endermatice administrandum docuit.

§. 23. *Kermes minerale*.

Kermes locum denudatum irritat, et interdum inflammatione corripit, semper bronchias stimulat, tusfim auget, et evidenter expectorationi favet, quibus interdum affectio colica levis et purgans accedit (7).

Vir juvenis robustus et sanguineus (8) a gastro-  
en-

(1) L e m b e r t, l. c. p. 123. — (2) R i c h t e r, l. c. p. 30.

(3) Vide supra, Caput I. p. 56. — (4) R i c h t e r, l. c. p. 30.

(5) Gerhard vide F r o r i e p's *Notizen*, n<sup>o</sup>. 662. XXXI. n<sup>o</sup>. 2. 1831. Julij, p. 29. — (6) D i e r b a c h, l. c. II. p. 622.

(7) L e m b e r t, l. c. p. 106, — (8) Ibidem.

enteritide reconvalescens, otitide corripiebatur, unde otorrhoea excitabatur; vesicatorio excitabatur; vesicatorio procesui mastoideo imposito, evidenter otorrhoea minuebatur, et superatus videbatur morbus, quando tusfis, pectoris oppressio cum tracheae et membranae mucosae irritatione accedebant; oppressio et difficultas expectorandi cum magis invalerent, remedium indicatum, Kermes minerale, interne dare nefas videbatur, scilicet ne quae gravis fuerat intestinorum inflammatio iterum excitaretur; hinc Kermes mineralis bene pulverisati 2 gr. cum cerato commixta, loco pone auriculam suppurante inponuntur, quam applicationem sequebantur satis acres locales dolores, sed semihora nondum elapsa larga eaque facilis expectoratio; altero die medicamento usus interponebatur; redierunt symptomata. Per aliquot dies iterum instituta est eadem applicatio, unde aeger tam bonos petiit fructus, ut levi modo irritatione membranae mucosae affectus, demitteretur. — Eundem effectum duobus similibus in casibus L e m b e r t observavit. — L e f i e u r (1) itidem ad pectoris affectiones Kermes endermatice cum fructu administravit.

R i c h t e r (2) Kermes minerale cum acetate Morphii in Phthisi pulmonali adhibuit; dolores mitigabantur, sed pulsus eam obtinuit alacri-

(1) *Nouvelle Médication*, l. c. p. 300. — (2) Richter, l. c. p. 39, 40.



tatem et plenitatem, ut ab adhibitione abstinere deberet; — in una aegro expectoratio valde augeri videbatur, ex 2 gr. Kermes mineralis ad collum admotis, quae dosis bis ad praecordii cutem nudam applicata, vomitum excitavit, demto medicamine deficientem; — in altero aegro ex frequentiore ad praecordia applicatione haec non observavit; in utraque auctam vidit transpirationem, nec tamen nauseam (?), colicam, et alvum frequentem, uti *Lembert*, observavit, forsan ex semper simul admistrato grano Acet. Morphii. — *Magnus* (1) Kermes in puella 7 annorum, nullo nisi urentis doloris localis effectum, adhibitam narrat contra tusim siccam dosi 1—2 granorum; in alio casu expectorationem, in bronchitide chronica viri sexagenarii, suppressam, probe restituit, stibiatis endermatice admotis.

### Medicamenta actionis specialis.

#### I. E M E T I C A.

§. 24. Rara externe adducendi emetici necessitas est, interdum tamen illa datur, uti si corpus quoddam heterogeneum faucibus inhaereat, veneficium adfit, in maniacis vel infantibus.

Omnia emetica vegetabilia magna celeritate agunt, cuti denudatae applicata; praeparata autem metallica, vehementi sua actione locali adstringente, vel

(1) In *Disfert. cit.* Obs. II. p. 10. Obs. XVII. p. 25.

laedente prorsus habentur inepta (1). — Hoc imprimis de tartaro emetico valet; scilicet solutiones hoc praeparatum continentes cuti integrae jam satis vehementem communicant inflammationem, quid mirum igitur in locis denudatis atrociolem adhuc phlogosin inde excitari?

§. 25. *Tartarus emeticus* in casu erysipelatis et in alio apoplexiae, endermatice admotus, sudores et copiosas evacuationes alvinas induxit (2). — Actio localis valde irritans est, adeo ut vix tolli possit; ad 4 gr. (3) fedes, et diaphoresin generalem produxit, nunquam vero vomitum inde L e m b e r t allatum vidit (4).

Phthifica 23 annorum erysipelate cum gastricis affectionibus corripiebatur; altero erupti exanthematis die, 2 gr. Tart. Emetici L e m b e r t (5) nudaecuti applicavit, unde vehemens observabatur inflammatio localis; duabus autem horis elapsis sudores copiosi et urina frequens, absque ulla nausea aut intestinorum irritatione, supervenerunt, eo eventu, ut postero die exanthema disparuerit, lingua evaderet pura, et appetitus rediret.

§. 26. Optimum autem endermaticae methodo aptum praeparatum est *Emetinum*, omnes Ipecacuanhae proprietates activas minori volumine recon-

(1) *Transact. Médicales*, l. c. p. 121. (2) — *Exposé Sommaire*, l. c. p. 159. — (3) Vitio forsan typographico apud Richter, (p. 27) et Rust (p. 441) legitur 1 granum.

(4) L e m b e r t, l. c. p. 117. — (5) *Ibid.* p. 118.

condens. Gerhard 10 gr. Emetini epigastrio denudato applicavit (1); post quadrantem horae vomitus sequebatur, deinde alvi purgatio saepius repetita (2). In alio aegro, 5 adhibitis granis, vomitus apparuit post aliquot demum horas. Jackson et Magendie eandem observarunt Emetini virtutem. — Köhler militem aliquando, cui corpus peregrinum faucibus inhaerebat, ab instante morte liberavit, vomitu, 6 gr. Tartar. em. brachii venae infusis (3), excitato; videtur autem tali in casu egregie convenire Emetinum, forti dosi endermatice administratum. —

Ex oleo empyreumatico Tabaci, quocum vulnus lavaretur, vomitum obortum vehementem, jam supra (Cap. II. p. 142) vidimus.

## II. PURGANTIA.

§. 27. Licet frequens, ad externa ut refugiat purgantia, non sit necessitas, egregie tamen cathartica methodo endermatice succedunt; nec tamen sine discrimine omnibus purgantibus uti licet; quemadmodum enim generatim nostra in methodo, sic etiam, ex experientia Americanorum (4) purgantibus tantummodo utendum, e regno vegetabili petitis, et inter haec talibus, quae, minime acria, facile humores animales subeunt.

Oni-

(1) *Transactions Médicales*, l. c. p. 121—123. — (2) *Ibid.*  
 (3) Richter, *Chir. Biblioth.* IV. p. 44. — (4) *Trattato*  
*Méd.* l. c. p. 116.



Omnia omnium optime huic methodo apta est Aloë, quum parum sit irritans, probe solubilis, eadem agat doſi ac interne, id est ad 10 gr.; quae applicatio, ſi requiratur, poſt aliquot hōras poſteſt repeti.

§. 28. L e m b e r t in aegra, inde ab 8 diebus conſtipata, 5 Aloës gr. endermatice applicatis, poſt 10 horas alvi poſitiones et dolores colicos obſervavit; obſtructione iterum oborta, alvum, 6 gr. tali modo applicatis, liquidam reddidit (1). In alia diu obſtipata, copioſae obſervabantur ſedes, ex Aloë, quotidie a 5 ad 10 gr. applicata (2). — G e r h a r d 4 tradit de Aloë obſervationes; Epigaſtrii cuti denudatae, viri 46 annorum, conſtipati, 10 gr. pulveris Aloës applicabantur; doſi ad veſperam iterata, noctu 6 ſupervenerunt evaçuationes aquoſae, colicis doloribus ſtipatae; prima evaçuatio obſtinuit hōrā poſt Aloën applicatam; poſt tertiam applicationem 5 ad 6 ſequebantur ſedes, et alvus libera manſit (3). In alio etiam viro, eadem doſi, eundem ad locum applicata, evaçuationes, colicos inter dolores, produxit. In tertio, pertinaciſſime obſtructo, excoriato epigaſtrio unc. cerati cum 24 gr. Aloës ſuccotrinae, tripartita per diem doſi, applicabatur, copioſis ſedibus ſequentibus. Quemdam, cephalalgia pertinaci cum obſtipatione correptum, alternis diebus 12 gr. Aloës interne data, purgare ſolebant; eadem

(1) L e m b e r t *Eſſai*, l. c. p. 56 et 57. — (2) *Ibid.* p. 76.  
 (3) *Transact Medical.* l. c. p. 117.

dem dosis vesicatorio imposta, aequae largam purgationem induxit, ac antea usus internus. — Magni s Be-  
rolini extractum Aloës aquosum, dosi 6 gr., cum nulla  
drastica alvum moverant, ad hanc movendam ender-  
maticè cum successu datum fuisse, narrat (1).

§. 29. Nec alia purgantia intacta reliquerunt Ame-  
ricani. *Gummi Guttas* endermatice bene purgat, cau-  
tius tamen adhibeatur ob vires irritantes. Vir 54 an-  
norum vesicatorium in cervice gerebat vehementem  
propter cephalalgiam; cum valde esset constipatus,  
Unc.  $\frac{1}{2}$  cerati cum admixtis 18 gr. gummi Guttas, tri-  
partita dosi ad nudum istum locum applicabatur; fre-  
quentes evacuationes cum acris doloribus colicis  
ei supervenerunt (2). — *Rheum*, endermatice vel ad  
80 gr. de die applicatum, nullum dedit effectum pur-  
gantem (3), aut irritationem localem. — *Jalappa*  
haud mediocrem irritationem cutis, nullum vero effec-  
tum catharticum produxit. — *Elaterium* omni hora  
ad 1 gr. applicatum topice modo egit — Extractum  
*Colocynthis* debilem modo catharsin produxit, licet  
haud semel ad scrupulum unum adhibitum (4).

Sa n f o n (5) alicui, purgante remedio indigenti,  
continuum propter vomitum, nihil porrigere potuit;  
hinc vesicatorio ad nates admoto, unam guttulam olei  
*Crotonis Tiglii* vulneri instillavit; copiosae oriebantur  
fedes, vomitus sistebatur, et per 3 vel 4 dies mag-

nam

(1) *Disf. cit.* Obf. IV. p. 12. XI. p. 19. — (2) *Transact. Méd.* p. 118. — (3) *Ibid.* — (4) *Ibid.* p. 119.

(5) *Transact. Méd.* Tom. I. Juillet 1830. p. 12. —

nam reddidit aeger faecum copiam, in tubo intestinali conglomeratarum. Gerhard (1) oleum illud, dosi 10 gutt. endermatice vel ad ulcera applicatum, nullum edidisse effectum vidit. — Gendrin (2) in tribus casibus illud ad tres guttulas endermatice administravit, et bis catharsin, et quidem semel haud levem, vidit.

*Calomelanos* in quinquagenario, felicem dosi 4 gr., ad canalem intestinalem stimulandum, usum Magnus tradit (3); ex quo per dies aliquot adhibito sedes sequebantur adeo virides, ac si remedium intus esset porrectum.

### III. DIURETICA.

§. 30. Extractum *Scillae* tussum provocat, expectationem movet, urinam copia et frequentia auget, validos autem locales dolores inducit (4); Lemberg illud ab 1 ad 10 gr. adhibuit, ut humorum extravasatorum ciceret resorptionem. Bally (5) ab extracto effectum diureticum, diaphoreticum et expectorantem notavit, adeo autem vehementes inde vidit dolores, ut ab ejus usu renuntiaverit. Hasse regioni lumbari militis ascitici, demta epidermide, scrup. j. pulveris radice Scillae applicavit, at ingens quae oriebatur inflammatio ac loci partiumque vicinarum dolor, ulteriorem usum impedi-

(1) *Transact. Méd.* III. Janvier 1831. l. c. p. 119. — (2) *Ibid.*

(3) *Disf. cit.* Obs. V. p. 12. (4) Lemberg, l. c. p. 122.

(5) Lemberg, *Journal Univers. des Scienc. Méd.* XLIV.



diverunt; diuresis fuit tamen aucta (1). Explorata *Digitalem purpuream* eandem ob causam mittere debuit (2).

§. 31. Americani (3) ex observationibus concluderunt, diuretica optime endermatice applicari, quum in hydropicis medicamenta adeo stimulantia et activa, ac vulgo sunt diuretica, ob primarum viarum conditionem aegre induci audeant; methodus Jatraleptica saepe spem fefellit, quapropter Gerhard ejusque collegae endermaticam optimo successu in usum vocarunt.

Omnia diuretica vegetabilia hoc modo adduci valent; duae observationes communicatae sunt de usu *Scillae*, folius vel cum *Digitali*.

Sexagenaria (4) jam diu in nosodochio fuerat, hydropis ascitis causa. Vesicatorium applicatum fuerat femori interno, vehementem ob dolorem rheumaticum; huic loco denudato 4 gr. Pulv. *Scillae* ter de die applicabantur; copiosa ex tali agendi ratione secuta est urinae secretio, quae frequens mansit, ad interpositam applicationem usque, morbo hydropico omnino sublato.

Foemina 36 annorum in nosocomium Philadelphiae translata fuit e carcere (5), ubi propter hydrothoracem medicorum curam passa fuerat; jam  
hy-

1826. p. 242. — (1) Richter, l. c. p. 29. — (2) Ibid. p. 30. — (3) *Transact. Med.* p. 119—120. — (4) Ibid. p. 120. — (5) Ibid. p. 120—121.

hydropem anasarca ferebat ; alvi evacuatio erat regularis , sed rara urina ; spiritus Juniperi dilutus praescribebatur stimulandi causa ; sequenti die aliquantum sese meliorem habuit , urinaque nocte frequentior fuerat ; abdomini vesicatorium imponebatur , et dein vesperi loco nudo , 6 gr. pulv. Scillae cum 1 gr. pulv. foliorum Digitalis ; eadem dosis altera mane adducebatur , quo die urina valde frequens reddebatur , et hydrops anasarca diminuta est ; sequenti die tertia et quarta pulveris ejusdem applicatio instituebatur , unde urina copiosissima , ut hydrops prorsus disparuerit.

Berolini pulverem radices Scillae in sexagenario contra Ascitem , ter de die dosi 1—2 gr. adhibitum fuisse , cum evidenti secretionis urinae augmento , Magnus (Obs. III.) tradit ; morbus tamen inde non cessit , dirosque propter vesicatorii dolores a methodo abstinendum erat.

En itaque omnes fere de nova methodo in hunc usque diem communicatas observationes , brevius , aut quatenus ex earum descriptione colligendum erat , fusius propositas , quae magnam endermaticae methodi in curandis hominum morbis internis vindicant utilitatem. —

Post hanc absolutam commentationem (m. Jan. 1832.) Endermaticam methodum tractarunt J. A. Hofmann (in *Hufel. Journ.* LXIX. 1833. Stk. 1. p. 100—110. Stk. 2. p. 33—66. Moll et v. Eldik *Supplementb.* III. 1833. Stk. 1. p. 47—81.) et Romberg (in *Caspers Wochenschrift f. d. ges. Heilk.* 1833. n°. 12. p. 221. n°. 13 p. 242. Moll et v. Eldik, XIII. 1834. p. 62—81).

## CAPUT V.

## COMPARATIO.



Quid verum atque decens, curo et rogo,  
et omnis in hoc sum.

Horatius,

Epist. I. 1. 11.

§. 1. Constat itaque, Medicos practicos bene consuluisse generi humano, cum absorptione cutis integrae et laesae uterentur, qua internorum morborum vim frangerent. Jam restat, ut ex mente quaestionis, utramque, quâ medicamenta integumentis applicantur, methodum, comparemus. Si vero in ulla hujus commentationis parte, Cl. Judices! tunc sane in hacce imploranda benivolentia vestra mihi venit, Jatrapticon cum Endermatica methodo comparanti. Hanc quidem comparationem instituere vellem, cum quod ad generalem usum, tum quod ad locum applicationis; porro quod ad rationem qua methodi ipsae instituantur, tandem earum effectus.

§. 2. Usus generalis.

I. Universalem esse et quotidiano usui commendandam externam, vel jatrapticon vel endermati-

ti.



ticam medicationem, si quis statueret, gravissimo versaretur in errore. Externa medicatio in usum vocanda, quando interna est impedita, minus proficua aut nocitura, exhausta, vel tandem quando internae est subveniendum. Nec tamen inconsiderate his methodis uti fas est. Scilicet in eo utraque convenit: quod in morbis sthenicis, acutis, nullus earum sit usus. Modo remedia contra hos morbos indicata attendas, ut statim in oculos incurrat, illa externe adducere insanientis esse. Non eadem autem est ratio, quae utriusque methodi usum hic vetat; in methodo enim jatraleptica propter vasorum irritatam conditionem et spasmum; in methodo endermatica praeterea, quia morbo acuto decumbentes, irritabiles, irritamento afficere et gravi dolore, ex ipsa cutis denudatione oriundo et ex remediorum in loco, eorum actioni inconsueto, applicatione, prudente medico indignum videtur. „ Nulle doute que la meth. endermique „ ne finisse par devenir générale, mais seulement „ pour les maladies chroniques, car ne c'est guer- „ re par des vésicatoires surexités, qu'il est permis „ de traiter les maladies aiguës.” (Journal Com- plement. XXXII. 1828. p. 190).

Prostant exempla de utilitate methodi externae in morbis acutis, et necessaria interdum est; sensu autem generali in eo conveniunt methodus jatraleptica et endermatica, quod utriusque usus ex fere omnium auctorum sententia, sit interdictus (Mon-  
fal-

falcon, l. c. p. 323) in morbis sthenicis, licet ob diversam causam.

II. Uti non in omni morborum genere nostrae methodi conveniunt, sic etiam non quivis aeger eas admittit. Jatro-alipta optime agit sua methodo in foeminis et infantibus, et in genere in constitutionibus teneris; in senibus autem, constitutionibus siccis, rigidis, robustis, minori efficacia rem agit, quae ex cutis consideratione facile intelliguntur. Endermaticam methodum praevalere in eo dices, quod in quacumque constitutione, in quavis cutis conditione adhiberi possit, quum obstaculo semel remoto, semper in denudata cute vasa offendamus absorptioni prona. At vero, in foeminis et infantibus, adeo irritabilibus, inque debilibus et teneris, quis cutem tantopere vesicatorio aut medicamentis irritare auderet? Impedimentum itaque oboritur grave, quo premitur methodus endermatica, quum e contra jatro-alipta frictionibus et inprimis balneis calidis difficultatem interdum tollere valet, nisi forsan objicias tantum apparatus aegro esse molestum. — Hufeland quum adeo in praxi infantum laudavit methodum jatralepticam, endermaticam ibi non facile admitteret.

III. Universe auctores plures objiciunt: methodum jatralepticam lentam esse, et parum efficacem in morbis, ubi celere requiritur auxilium. Licet ab aliis, inprimis quum medicamentis generosis uterentur, celerior observatus sit effectus et ineffi-

cacia saepe oriatur ex aegri ad hanc methodum ineptitudine, vel incongruo medicamento selectu, aut male observatis regulis de administratione, tardioris tamen actionis culpa libera res difficile est, et Jatralepticon in casibus, ubi morbus celerem efficacissimi remedii petat ingestionem, incommodam esse, patet. Methodi vero endermaticae summum observatur emolumentum, ubi periculi gravitas efficacia remedia subito inducere suadet. Prompte enim et omni, qua pollent, vi medicatrice remedia inducere, commodum est hujus methodi.

IV. Utrique tandem methodo commune est, ubi omnes aliae viae frustra sint ingresae, omniaque remedia, eaque maxime generosa, incasum adhibita, saepissime aegrum medicationi externae recuperatam debere sanitatem. Alternando enim stimulum, qui, ex usu nimis protracto eodem in loco, vim reagentem exhausserat, vim vitalem saepe restitutam videmus. — His accedit, uti fusius infra expositum est: externa medicatione remedia majori copia et puriora in sanguinem ipsum duci, neque in ventriculo dissolvi aut muco involvi, quo saepe vim suam amittunt; dantur praeterea medicamenta, quae a cute longe fortius agunt quam interne, et semper ad consensum cutis cum partibus internis attendendum.

### §. 3. Locus applicationis.

I. Universe, si ad locum attendas, haud exiguum videbis differentiam inter applicationem externam et

in-



internam; ventriculus superficiem praebet magnam, ubi vis absorptioni aptissimam, proprio motu agitatum, unde ingesta continuo alia offendunt ejusdem puncta, clausam, aequabili et sufficiente calore semper fotam, evaporationem atque jacturam arcentem; quae singula commoda si medicamenta externe applicaveris, non adeo prostant. Et vel sic tamen saepissime nullo cum fructu medicamenta in ventriculum ingeruntur, vel, quod pejus, ipse ventriculus non raro adeo ab ingestis afficitur, ut ipsa medicatione in pejus ruat morbus, unde longe praestantior usus externus.

II. Dein ex usu medicaminum interno non raro viae gastricae turbantur, adeo ut inde gravissimos dolores, cardialgiam, nauseam, vomitum, colicam, diarrhoeam observari artis magistri doceant. Unde simul patet externae medicationis praestantissimus usus, ubi viae internae sint affectae, neque usus internus periculo sit expers (p. 286). Plurima, uti supra notavimus, a ventriculo, licet sano, aegre feruntur et graves inducunt sequelas, quae, cum localis sit viarum gastricarum affectio, externo usu egregie fugiuntur. Sic, opium et narcotica in genere interne adhibita vim digestivam infringere, nemo dubitabit. Cortex, externe adhibitus, nullas relinquere solet sequelas, ab interno usu saepe oriundas (Alibert, Pennink). Hergenröther scillae internum usum inflammatoriam incitationem sequi, externum absque ulla noxa in hydrope usum vidit (p. 152).

Ac-

Accedit, fugato morbo non adeo requiri diætã prudentiorem, aut medicamenta ad vires ventriculi, a remediis haud raro prostratas, restaurandas. Tertia itaque præter gastricam et intestinalem, est cutis adferendis medicamentis superficies, quae commoda haud exigua habet.

III. Saepe etiam usus internus minus idoneus erit, licet ventriculus ipse non sit impedimento, ob aliorum organorum affectiones, veluti pulmonum; commoda sua in tali casu egregie præstant methodi nostrae.

IV. Tandem illud addatur emolumentum, in administratione externa a parte aegri minorem esse relucationem in admittendis medicamentis; egregie enim delicatiores liberantur gustu et olfactu odioso plerorumque medicamentorum, v. c. Anthelminticorum, sulphatis Chinii etc.

V. His tandem accedit, propius ad ipsa loca affecta adduci posse remedia, atque, si tractus intestinalis non obstet conditio, duabus indicationibus simul posse satisfieri.

Nec minus inter ipsas externe medicandi rationes intercedit discrimen. Sua cuique commoda et impedimenta.

I. Jatro - alipta medicamenta sua applicat, loco leni frictione paulum incitato, sed quae admovet a centro actionis arcentur epidermide, quod nisi vincant obstaculum, Jatro - alipta nullum videbit medicamenti sui effectum, nisi forsan in consensum

agent

agant, quam ad rem bene attendendum. A metho-  
do endermatica vero remedia non tantum in ip-  
sum adferuntur actionis focus, sed praeterea *in*  
*focus valdequam irritatum*, quemque adhuc magis  
irritant, unde actio vasorum aucta et vis repulsiva  
vasorum absorbentium devicta; nec mirum! lo-  
cus enim insolita patitur irritamenta, cum epi-  
dermis, qua natura integumenta tegit, ne ex hete-  
rogeneorum contactu laederentur neque haec con-  
tinuo in sanguinis massam ducerentur, ablata sit;  
quae ipsa epidermidis dimotio jam stimuli instar  
agit.

Ex his sequitur, certius et majori felicitis even-  
tus spe, medicamenta loco circumscripto ender-  
maticae adhiberi, si aegri morbiq; conditio id per-  
mittat.

II. In aliis vero casibus, ubi cutis conditio me-  
thodo jatraceuticalae habetur apta, uti in foeminis,  
infantibus ac in teneris, vel ubi frictione, bal-  
neis, vehiculis idoneis aliisque adminiculis ob-  
staculi potentia diminui potest, jatro- alipta commo-  
de remedia magnam supra superficiem dispergit;  
unde *loci majore extensione vel ambitu haud raro*  
*compensatur quid activitati desit*, quibus accedit,  
Jatraceuticalen prorsus esse liberam a gravissimo illo  
incommodo, qua premitur methodus endermatica:  
ab inflammatione locali. In loco enim denudato  
facile nascitur inflammatio satis gravis, quae gra-  
vior, quin et gravisima fit, ipsis applicatis reme-  
diis.



diis. In tali casu aeger dolores locales, ei forsan nocituros, tulit graves sine ullo auxilio; constat enim ex observatione Cl. Gendrin, nullam in tali casu dari absorptionem.

§. 4. Medicamenta.

I. Si ad medicamentorum generalem divisionem attendas, eamque compares cum iis quae externe dantur, patet: longe minimam partem huic usui esse indicatam aut aptam, fortiora vero quaeque esse commendata a Jatro-aliptis, fortissima ab endermatice agentibus, et tandem Jatraleptices campum longe latius patere quam methodi endermaticae.

II. E medicamentis actionis universalis, Sedantia utriusque methodi validissima praebent praesidia, nec non Attenuantia Resolventia, quorum usus tamen longe frequentior apud Jatro-aliptas quam ceteros. Excitantium classis, ex natura sua jatralepticae methodo aptior, pauca habet, quae endermatice sunt explorata. Ex Adstringentibus utraque methodus generosiora scopo suo eligit. Ipsius methodi consideratione patet, nullum endermaticae, praestantem saepe jatralepticae methodi, Relaxantium esse usum. E remediis specialis, uti dicunt, actionis, Anthelminticorum et Diureticorum usus frequens apud Jatro-aliptas; priorum vero nullus, posteriorum exiguus in methodo endermatica, tum propter remediorum ineptitudinem, cum quia periculi acumen plerumque non tantum sit, ut celeriore fortis-

simorum remedium exigat administrationem; Digitalis e. g. jatro-aliptae commodum, endermatice medenti ineptum remedium. Emetica evacuandi scopo ab ipsis jatraptices magistris minus apta habentur (Chrestien); adhiberi tamen possunt tam jatraptice quam endermatice. Endeimatica autem praestat ad emesin excitandam administratio; siquidem tutius sit et jucundius Emetium ita, quam Tartarum emet. uno alterove modo cuti applicare. Purgantia utrique bene succedunt methodo. Patet ex hac expositione, methodum jatrapticam longe generalioris esse usus. Neutra autem methodo omni Therapeutices indicationi satisfieri posse, vix opus est quod fusius probem. Ex generaliore, quam facere solent medicamentorum, divisione in Evacuantia et Alterantia, haec ad externam, illa ad internam medicationem referenda esse, convenies.

III. Si ad ipsa attendamus remedia quae endermatice adhiberi solent, patet, ea plerumque esse fortissima, tota quanta efficacissima, parvoque volumine ingentem activitatem recondentia; narcotica imprimis validiora, hanc methodum usurpanti, semper ad manus esse. Facile intelligitur, nisi prudenti administrentur manu, gravia inde nasci pericula, vitaeque aegri discrimen, imprimis si vel levis in diagnosi sit error, quale incommodum methodi usum apud non paucos vetat aegros. Nec tantum de narcoticis loquor, sed etiam de aliis

hac

hac modo administratis, singulis vi et efficacia insignibus.

Accedit, aegri vel adstantium errore facile summum nasci periculum. Non unum legitur apud *Lembert* exemplum, ubi aeger errore medicamentum, externo ufui praescriptum et paratum, Strychnio aliove fortissimo remedio praegnatum, deglutiverat, non sine magno periculo.

IV. Methodus jatraleptica sollicitum adeo medicamentorum se lectum non petit. Remediis fortioribus contenta, arcet caustica, acria, et leni debili que vi tantum pollentia. Altera vero methodus eligit fortissima simulque parvo volumine multum energiae continentia; neque hoc unicum incommodum, vidimus enim quoad plurima remediorum genera, iis tantum uti in hac methodo esse licitum, quae e regno vegetabili petuntur; praeparata enim, uti observarunt Americani, ex regno minerali, propter nimiam quam inducunt loci irritationem atque subsequenter inflammationem, prorsus plerumque sunt inepta.

Ex hisce patet, difficultatem, qua methodus jatraleptica, eo quod epidermidis obstaculum sit vincendum, premitur, non tanti esse aestimandam, quanti ipforum, quae endermatice applicari solent, remediorum naturam.

§. 5. De exercenda methodo.

I. Si quidem teneamus, medicamenta sanguini esse immiscenda (nisi quae forsan in consensum  
agent,



agant, cujus non pauca generis,) ut effectus edant, commodum utrique methodo videmus commune, remedia puriora, immutata, majorique copia ad ipsam humorum massam statim adduci, a methodo autem endermatica eo melius, quo promptior absorptio. — Internae viae liberae manent, adeo ut dietam strictam praescribere vix opus sit. Ipso inscio aegro, induci possunt remedia, quae si cognosceret, fumere aut applicari forsitan negaret. — Pura itaque medicamenta copiose externe adducere valemus, nec metus, aegrum, absente medico, a medella, a cujus interno usu abhorreret, desisturum, vel medicationem minus apta diaeta inefficacem redditurum.

II. Grave autem in exercenda medicatione externa obstaculum est dosis definitio; scilicet pro interno usu cujusvis remedii dosis, ratione habita vis medicatricis et morbi naturae, est definita, et in plurimis tempus, intra quod effectus expectare licet, propemodum cognoscitur. Non ita in externa medicatione; dosin cuius aegro aptam explorare debet Jatro-alipta, cum, ut certos comparet effectus, nullatenus hanc calculare valeat propter diversam cutis in singulis aegris conditionem, unde sequitur, magnam saepe ab illo applicari remediorum copiam. Sed quantum applicati absorbetur? Nonne facile nimia erit dosis? Incerta haec.

Dosis difficultas etiam methodo endermaticae propria; hic autem commodius a parva dosi incipi potest, cum semper aliquis inde erit effectus. Incommodum autem in eo haeret, a minima dosi

saepè jam noxias observari sequelas; Mansfeld ex  $\frac{1}{3}$  grani Acetatis Morphii, bipartita dosi, intervallo 6 horarum, porrecta, tetani vidit symptomata. Neque dosin tanta subtilitate augere poteris, quin tandem ad nimiam pervenias. Lembercum contra hemiplegiam Strychnii endermatice granum unum applicaret singulisque diebus quarta grani parte dosin augetet, exiguum inde vidit effectum; mox vero, quum dosin ad grana duo auxisset, horis duabus ab applicatione elapsis, trismus et tetanus atrociter acceserunt.

Si periculum sit in mora tempusque urgeat, summi erit momenti, dosin, ad certos quosdam effectus intra determinatum tempus acquirendos, perfecte definitam habere. Nullum in tali casu a cura jatraleptica sperandum auxilium; majori fiducia endermaticam methodum adires, quae optimum praestabit juvamen. — Manet tamen incommodum, ex majori dosi pericula, ipso morbo pejora, facile oriri. Methodus endermatica cito curat, non vero, uti ex praecepto Asclepiadis (Celf. L. III. c. 4.) curandum est, tuto, et jucunde. — Prudentia autem practicoꝝ haec facile fugit.

III. Tandem quoad dosin concluditur, a methodo endermatica paucis saepe granis fortioris cujusdam remedii graves haud raro tolli morbos, a jatraleptica vero magnam ut plurimum requiri dosin, unde, si generosiora sint remedia, in praxi pauperum Jatro-alipta saepe non potest agere.

IV. Commodum accedit methodo endermaticae,

do

dosin , nimis exigua si fuerit adhibita , facillime posse augeri , vel si ex nimia dosi aut fortiori medicamento indole noxae observentur , statim defumi posse applicatum , unde loco abloro effectus tolluntur , vel , si majus sit periculum , illud tolli posse apposita cucurbita (B a r r y) , aut applicato eundem ad locum alio medicamento , quod prioris nocentis vim neutram (L e m b e r t) faciat , vel potius ejus effectus tollat ,cujus rei haud unum enarravimus exemplum .

His commodis aliquomodo etiam gaudet Jatroalipta ; augere dosin potest , vel , si nimis agat , defumere applicatum , et , ut alter , quovis momento a medicatione desistere . Cucurbitis et antidotis non adeo indiget , cum ex prudentiore sua praxi raro tanti effectus .

Ex his autem videtur concludendum , gravissima remedia , narcotica , v. g. Morphiū ejusque acetatem , Strychnium taliaque optime endermatice administrari . Non tantum enim pura et majori copia ipsum sanguinem subeunt , neque ventriculum afficiunt aut ab illo afficiuntur , sed effectus , prudens si adsit manus , facilius possunt augeri vel tolli , quod in his exhibendis summi videtur momenti . Objecimus quidem methodum endermaticam periclitanti , fortissima semper ad manus esse , concedimus vero eadem remedia melius endermatice , quam interne dari . Longe enim tutius est et certius , tam efficacia remedia adeo applicare , ut quovis momento effectum augere , tollere , nul-



lum facere possis, quod internae medicationi haud contingit commodum.

V. Haud exiguum vero utrique nostrae methodo incommodum praebet *ipsa insituendi ratio.*

Jatro - alipta, nisi scrupulose attendat ad cutis conditionem, ad medicamenti praeparationem et vehicula ipsiusque satis generosam indolem, debiles videbit effectus. Ipsa frictio interdum nociva erit. *Monfalco* apud nervosos homines et in delicata cute pustularum eruptionem, dolores fortes, interdum inflammationem et febrem oriri narrat. Nec negandum, Jatro - aliptam aegros extenso suo et taedioso apparatu saepe defatigare multumque ipsis molestiae adferre, in primis si graviore morbo decumbant, ne loquamur de tot morborum generibus, tot aegrotantium conditionibus, quae hanc methodum vetant. Praeterea satis magnum temporis spatium teritur frictione, applicatione, ac effectum inter et administrationem, antequam absorptione sufficiens medicamenti copia sanguini sit allata. Ulterius patet, ubi festinandum, ibi Jatraleptice esse inutilem.

Nec endermatica methodus his caret difficultatibus. Ne repetam pluribus aegrotantibus facile nocituram esse hanc methodum, attendamus: in omnibus, quibus indicari videtur, aegris, semper graviora manere obstacula; huc pertinet dolor, qui ex epidermidis separatione, et a contactu heterogeneorum in loco illorum nascitur, dein

tem-

tempus, quod ante factam vesiculam dilabitur, et irritatio localis; tandem facile ex ipsa cutis laesione, facilius et gravius adhuc ex remediorum applicatione, oritur inflammatio, quae omnem medelam inanem reddit.

Negari vero non potest, utriusque methodi instituendae impedimenta a solerte practico posse diminui.

### §. 6. Effectus.

I. Si ad instituendae medicationis externae modum attendas, jam statim in oculos currit, frictionis effectum interdum haud parvum fore, in mutandis internis affectionibus. In altera autem methodo semper bene tenendum: loca suppurantia revulsionum externarum efficacium vices agere, ad quod imprimis respiciendum, si locus propius ad morbi sedem denudetur, adeo ut opinio jure sit orta: plures quos de methodo endermatica praestantes narrarunt effectus, potius vesicatorio, cutis irritationi, revulsionique adscribendos esse, quam remediis.

Neque omittendum est, interdum haud dubie ex causa psychica medicatione externa praestantes excitari sequelas; scilicet quid supranaturalis efficaciae suspicari solent homines in remediis, quae aliâ ac solent; administrantur ratione.

II. De effectu medicamentorum externe applicatorum in genereota runt, plures inde evitari molestias, quae ab usu interno nascuntur. Vidimus enim Jatro-aliptas expertos fuisse, Digitalem egregie in urinam

nam agere, nec tamen pulsus diminuere, Corticem nullas, quae ab usu interno observantur, reliquisse sequelas. Hydrargyrum ventriculum aut pulmones non afficit, uti saepe tristi probatur experientia ex usu interno. Endermaticae methodi auctores notarunt, narcotica longe minus in cerebrum agere, imprimis Acet. Morphii, Strychnium et sic plura alia supra notata.

III. De effectu locali vix opus est, quod fusius moneam. Dolor ex denudatione cutis et medicamenti applicatione, apud plures aegros endermaticam methodum vetat; inflammatio, a quibusdam remediis gravissima, saepe ejus efficaciam tollit. Martin et Po i n t e Sulph. Chinii propterea rejecerunt. Ha s e Digitalem misam facere debebat, ob vehementem quam ciebat inflammationem et dolores; — accedit loci laesionem saepe non adeo facile restitui.

Haec vero gravia satis incommoda a Jatraleptiee nullatenus observantur. Jatro-alipta nullo dolore aegrum suum excruciat, nullo impedimento ipse suam methodum inefficacem reddit, nec loci laesionem adfert, et licet negari non possit, eum etiam interdum molestias aegris suis adferre, tamen quoad localem effectum ejus methodum praeferrant plurimi aegri, certe mulierculae.

IV. Effectus universales a methodo endermatica expectantur longe certiores et magis definiti, promptiores, magisque inter certos limites coercendi, cum medicatio quovis momento fisti aut nulla red-



reddi possit. Multo sinceriores eos, multoque minus cum morbi symptomatibus mixtos notavit Bally. Puriora enim et majori copia, efficacissima sanguinem subeunt remedia; nec mora! cum ad ipsum actionis centrum applicata, statim absorbeantur. Praestat itaque enderm. methodus quod prompte valida adducat auxilia; actio universalis post decem horae minuta saepe jam observatur.

Jatro - alipta, licet puriora et majori copia quam per internas vias remedia adducat, enarrata commoda ex sua medicatione petit longe minus evidentiâ; nec mirum! Locus enim et medicamenta valdopere differunt; cui accedit, efficaciam hinc valdopere pendere a causis adventitiis, a cutis conditione, absorptione, frictione, vehiculis aliisque pluribus, unde tardius et minori certitudine effectus expectantur, neque semper sibi similes. Effectus tamen ex puriore et majori inductione etiam huic proprias esse, patet ex eo, Hydrargyrum frustra interne omni forma adhibitum, externe frictionibus vel balneis optime luen sanare; sic univérse, quae, licet generosa, in ventriculum ingesta nullius sunt effectus, optime saepe per cutem agunt. Praestat autem haec methodus in eo, quod minime tanta, uti altera, vehementia in organismum ruat, neque uno quasi ictu totum systema affligat. Effectus nimirum sunt magis placidi, mitiores, et licet non adeo praecipites, tamen sensim sensimque benignas inducentes mutationes, tandemque morbum tol-

len-

lentes, neque, uti in methodo endermatica, remediis periculo plenis, aegri vitae aut integritatis discrimen adferentes.

Ex hac effectuum consideratione topicorum et generalium concludendum videtur: methodum Jatralepticam semper praefendam esse ubi mitioribus remediis morbus vincendus videtur; ubi nullum periculum fit in mora; ubi aegri conditio, aetas, temperamentum vel sexus graviolem irritationem localem atque inflammationem, fortiora remedia, aut vehementem subitoque allatam organismi concutionem vetent, et cutis jatralepticae medelae apta videatur; ad methodum vero endermaticam confugiendum esse: ubi summum periculum efficacissimi remedii inducendi nullam finat moram, aut ubi efficaciora remedia sint adducenda.

## COROLLARIA.

I. Cutis integra facultate praedita est absorbendi materies solubiles, sive largiore sive parciore menstruo liquefactas.

II. Epidermidis permeabilitate, externae, hujus paginae quae adplicantur, ad internam deferuntur et in focum absorptionis, jam incipientis, deponuntur.

III. Absorptio cutanea venis perficitur et vasis lymphaticis; venis autem praecipuum munus incumbit, semper enim absorptioni, etiam heterogeneorum, sunt paratae; vasa lymphatica e contra demum, quando eorum vis repulsiva sit devicta, aut ipsa ex quacunque causa ab actione normali disceserint.

IV. Obstaculum nimiae huic absorptioni a natura positum est epidermis.

V. Promovent itaque absorptionem:

a. Frictio, balnea tepida, calor, pressio aëris, apta applicatorum vehicula, alia.

b. Irritantia acria, epidermidem chemice vel

me-



mechanice laedentia, quae scilicet promptius et copiosius absorbentur quam lenia, non irritantia, vix stimulantia, tum ob devictum obstaculum, cum ob venarum facultatem absorbentem stimulo incitatam, atque lymphaticorum vim repulsivam devictam.

c. Epidermidis remotio. Hac enim remota etiam blanda, non irritantia, lenia, epidermidem nec chemice nec mechanice afficere quae valerent, prompte et copiose absorbentur.

VI. Discrimen, quod inter cutis functionem absorbentem intercedit integrae et laesae, sequens est: cute laesa materiae statim in ipsum absorptionis centrum, imo in centrum ut plurimum irritatum deponuntur; cute vero integra, materiae epidermidem, illas imbibentem, permeare debent, ut absorptionis focus, hoc in casu non adeo irritatum, attingant, quod nisi obtineat, nulla absorptio.

VII. Remedia cuti tam integrae quam laesae ad-mota, humorum massam subacta, ad internas abditasque corporis humani ducuntur partes.

VIII. Eorum, quae cuti laesae applicantur, efficacia tanto manifestior, quanto promptior ibi absorptio et remedia fortiora.

IX. Remedia quae cuti laesae, endermatice, applicantur, effectus edunt, absorptione cutanea. De illis, quae vero sensu jatraceutice applicantur, idem statuendum videtur; plurima autem quae a jatroalipis admoventur procul dubio agunt in consensum cutis cum partibus internis, cui consensui plures adscribantur boni eventus, a methodo jatraceutica observati. Frictioni, denudationi cutis ope vesificantium, nec non affectioni psychicae aliisque felicem utriusque methodi eventum saepe tribuendum, patet.

X. Remedia externe applicata, propria, qua polent, vi medicatrice in succos transeunt, neque eorum in morbos efficacia alia est, ac si interne essent adhibita.

XI. Differt externa haec remediorum applicatio ab interna, eo quod remedia neque in organa digestionis agant, neque horum efficacia mutantur. Puriora itaque, majori copia et tutius medicamenta per cutem introducuntur.

XII. Methodus externe medicandi minime habeatur universalis. Externam medela succurrendum est, quando administratio interna sit impedita, periculo plena, nocitura, non proficua, aut non adeo promptos felicesve promittat effectus, vel si externa medicatio internae juncta utilis censeatur.

XIII. Nec inconfulto ad jatralepticam vel Xendermaticam methodum aggrediendum. Utraque suas vindicat laudes, suisque premitur impedimentis. Differunt, tum quoad generalem usum, tum quoad locum applicationis, ac medicamentorum, quibus utuntur, naturam, instituendi rationem et effectus, tam generales quam topicos.

XIV. Methodus jatraleptica, si externa medicatio sit indicata, adhibeatur, ubi aegri ejusque cutis conditio ad hanc medelam sit apta, mitioribusque remediis morbus superandus videatur, neque hujus acumen citissimam efficacissimorum petat remediorum adductionem; dein, ubi gravior cutis irritatio localis remedia, actione sua vehementiora, vetet, vel validi, subitoque allati in totum systema impetus, propter aegri vel morbi indolem, sint contraindicati, ideoque endermatica methodus inepta.

XV. Endermatica methodus non adhibenda videtur, nisi periculum sit in mora, atque efficacissima celerrime inducenda sint remedia; ubi urgens aliquod symptomata ita superandum videtur, vel in casibus non adeo urgentibus, ubi a methodo jatraleptica nullum morbi levamen nec observatum fuit nec expectandum sit, vel propter aegri ineptitudinem vel propter morbum efficaciora remedia petentem.



XVI. Applicatio remediorum externorum, cuti integræ vel læsæ, a prudente medico, in curandis hominum morbis internis, magno cum emolumento, internæ medicationi aut subrogatur, aut in illius auxilium vocatur.

Et sic quidem externam medicationem pro viribus exposui. Permulta, fateor, adsunt minus bene intellecta, perperam expressa, prorsus omisa, uti tironum contingit labori, longe enim semper a perfecto fuerunt rerum initia; quibus autem, Cl. Iudices! cum nunquam vestram denegastis indulgentiam, eandem pro hisce studiorum meorum primitiis enixe rogo.

Pour juger avec connoissance de cause, une méthode thérapeutique, il faut en avoir étudié la partie historique, la partie rationnelle, la partie expérimentale.

GILBERT.

F I N I S.

# CONSPPECTUS.

INTRODUCTIO. . . . . Pag. 3

CAPUT I. EXTERNAE REMEDIORUM APPLICATI-  
TIONIS HISTORIA. . . . . 7

I. Ab ejus origine ad finem saeculi XVIII. 10

II. A summo saeculo XVIII. . . . . 37

III. Historia methodi endermaticae. . . . . 53

CAPUT II. REMEDIORUM APPLICATIONIS EXTER-  
NAE FUNDAMENTA ANATOMICO-PHY-  
SIOLOGICA. . . . . 70

§. 1. Introductio.

I. Pars Anatomica.

2. Systema cutaneum. . . . . 71

3. Cutis, ejusque strata. . . . . 71

4. Corium. . . . . 72

5. Rete Malpighii. . . . . 73

6. Epidermis. . . . . 74

7. Nervi cutis. . . . . 76

8. Vasa. . . . . 78

9. Pori. . . . . 79

10. Vasa lymphatica . . . . . 82

II, Pars Physiologica.

11. Functiones cutis. . . . . 84

12. Absorptio cutanea. . . . . 84

Observationum ordo I.

*Ad probandam absorptionem cutaneam.*

I. Materiae extus applicatae, chemice, odore,  
vel sapore intus repertae.

15. Hydrargyrum; Prussias Potassae; alia. . . . . 86

14. Materiae odoriferae. . . . . 91

Experimenta auctoris. . . . . 94

§. 15.

C O N S P E C T U S.

	Pag.
§. 15. Materiae gustu percipiendae. . . . .	96
16. II. Aqua ex aëre resorpta. . . . .	96
17. III. Urinae copia major illa potuum. . . . .	97
18. IV. Balnea. . . . .	99
A. Mitigatio sitis a balneo; glandularum tur-	
gor; alia. . . . .	99
B. Post balneum auctum corporis pondus. . . . .	99
C. Diuresis ex balneo aucta. . . . .	103
D. Quantum aquae absorbeatur. . . . .	103
E. Conclusio. . . . .	104
19. V. Materiae e balneo absorptae. . . . .	104
Experimenta auctoris. . . . .	106
20. IV. Cutis Respiratio; Miasmata; Contagia. . . . .	107
<hr style="width: 20%; margin: auto;"/>	
21. Cutis laesa facilius absorbet. . . . .	110
22. Integrae cutis absorptionis ratio. . . . .	112
23. Quibusnam vasis peragatur. . . . .	115
24. Quibus momentis differat absorptio cutanea. . . . .	116
25. Auxilia absorptionis cutaneae. . . . .	118
26. Discernenda functio cutis integrae et laesae, hu-	
jusque discriminis causa; sive methodi jatralep-	
ticae et endermaticae discrimen anatomico phy-	
siologicum. . . . .	120
III. Pars Therapeutica.	
§. 27. Introductio. . . . .	122
Observationum ordo II.	
<i>Externa agunt ut interna.</i>	
A. Cute integra.	
§. 28. Jatro - aliptae effectus percipiunt a remedio quod	
in aegris adplicant. . . . .	125
Materiae e regno animali.	
29. Cantharides. . . . .	125
Materiae e regno vegetabili.	
30. Opium. . . . .	126
31. Tabacum. . . . .	127
32. Belladonna; Senecio vulgaris; Helleborus; Aco-	
nitum; Sabadilla. . . . .	128
§. 33.	



# C O N S P E C T U S.

	Pag.
§. 33. Experimenta circa Purgantia.	129
34. Anthelmintica.	129
35. Diuretica; alcali; acetum.	130
Materiae e regno minerali.	
36. Cosmetica.	131
37. Arsenicum.	131
38. Hydrargyrum.	132
39. Plumbum.	133
40. Antimonium. — Tartarus emeticus.	134
B. Cute laesa.	
§. 41. Arsenicum.	137
42. Hydrargyrum.	138
43. Antimonium. — Tartarus emeticus.	140
44. Plumbum.	140
45. Opium ejusque principia.	141
46. Tabacum.	142
47. Belladonna; extr. Nucis vomicae; Stramonium; aqua Lauro-cerasi.	144
48. Aloe; Helleborus; Ol. Crotonis Tiglii.	144
49. Scilla; Cantharides; alia.	445
<hr style="width: 20%; margin: 0 auto;"/>	
50. Qua ratione agant medicamenta externa.	145
CAPUT III. METHODUS JATRALEPTICA.	
§. 1. Methodi definitio.	149
2. Indicantia.	
A. Ubi interna medicatio impedita	
I. Ex conditione partium corporis.	150
II. ————— aegri.	151
III. ————— medicamenti.	151
B. Ubi internae medicationi subveniendum.	
C. Ubi externa medicatio praestet.	
D. Refugium post aliorum usum frustraneum.	
E. Ubi duplici indicationi satisfaciendum.	
C o n t r a i n d i c a n t i a .	
§. 3. Exercendae methodi regulae.	155
De medicamentis.	
§. 4. Vehicula.	155
5. Praeparatio.	157
§. 6.	

# C O N S P E C T U S.

	Pag.
§. 6. Dosis. . . . .	158
<i>De aegro.</i>	
7. Locus eligendus, . . . . .	158
8. Frictio. . . . .	159
9. Balnea, tempus applicationis. . . . .	160

## O b s e r v a t i o n u m o r d o I I I.

*Ad probandam remediorum externorum efficaciam  
in curandis hominum morbis internis.*

### A. Methodus Jatraleptica.

#### I. Medicamenta actionis universalis.

##### I. Relaxantia.

§. 10. Oleosa; in tetano, hydrope, febre hectica. . . . .	161
Ad pestem praecavendam et sanandam; ad fe-	
brem flayam. . . . .	163
11. Nutrientia; balnea animalia. . . . .	164

##### II. Adstringentia.

12. Cortex Peruvianus s. China. . . . .	166
Pulvis. . . . .	166
Cataplasmata. . . . .	167
Balnea. . . . .	168
Unguentum. . . . .	169
Extractum . . . . .	169
Tinctura. . . . .	170
§. 13. Sulphas Chinii. P o i n t e. . . . .	173
14. Cortex cum excitantibus. . . . .	174
15. Salix; Quercus; Rosa; Acetum. . . . .	174
16. Alumen; acet. plumbi; Ferrum. . . . .	174

##### III. Excitantia.

17. Aethereo oleo vel aromate praedita. . . . .	175
Species herb. excitantes. . . . .	175
Ad stomachum roborandum. . . . .	176
Ad vomitum, cardialgiam. . . . .	176
Ad colicam. . . . .	177
Ad Diarrhoeas sistendas. . . . .	177
In Typho. . . . .	178
Ad paralysin aliaque. . . . .	178
§. 18. Linimentum Spirituosum Chrestien . . . . .	179
19. Linim. Cl. N a h u y s aromaticum. . . . .	180

C O N S P E C T U S .

	Pag.
6. 20. Spirituosa; in Typho. . . . .	181
Excitantia irritantia.	
21. Arnica montana. . . . .	182
22. Balsam peruv.; Terebinthina; Phosphorus. . . . .	182
Excitantia antispasmodica.	
23. Moschus. . . . .	183
24. Castoreum. . . . .	184
25. Asa foetida. . . . .	184
26. Ammonia; aetheres. . . . .	185
27. Camphora. . . . .	
a. In febribus malignis, nervoso putridis, gan- graena. . . . .	185
b. In colica; diarrhoeis; dysenteria. . . . .	186
c. In morbis rheumaticis, arthriticis; paralyticis. . . . .	187
d. In morbis spasmodicis. . . . .	188
e. In genitalium affectionibus. . . . .	189
f. Aliorum remediorum corrigens. . . . .	189
6. 28. Cantharides. . . . .	190
IV. Sedantia. . . . .	
29. Opium. . . . .	191
a. Opii vis excitans. . . . .	192
b. ——— anodyna. . . . .	193
c. ——— antispasmodica. . . . .	195
In colicis. . . . .	195
— nimia ventriculi sensilitate. . . . .	196
— Hysteria. . . . .	197
— mensium suppressione. . . . .	198
— stranguria. . . . .	198
— deglutitione impedita. . . . .	199
— tussi convulsiva; asthmate; tussibus. . . . .	199
— convulsionibus, chorea, tetano, aliis. . . . .	200
Tinct. antispasmodica C h r e s t i e n , ad febres intermittentes. . . . .	201
d. Opii vis hypnotica. . . . .	202
30. Morphii acetat. . . . .	203
31. Atropa Belladonna. . . . .	203
32. Nicotiana Tabacum. . . . .	206
33. Cicuta; Hyoscyamus; Stramonium; Digitalis purp.	



C O N S P E C T U S.

	Pag.
purp.; Aconitum Napellus; Prussias Potassae; Sulphas cupri ammoniac.; Oxydum Zinci; Ce- russa; Crocus; alia. . . . .	206
V. Resolventia.	
§. 34. Species herb. resolventes. . . . .	209
35. Hydrargyrum. . . . .	209
Hydrargyrosis. . . . .	210
Louvier — Rust. . . . .	210
Pichorel. . . . .	211
Scattigna, alii. . . . .	211
Unguenti mercurialis usus:	
in lué venerca. . . . .	212
— peste praecavenda. . . . .	212
— Hydrophobia avertenda. . . . .	212
— Tetano et Trismo. . . . .	213
— Rheumatismo. . . . .	213
— Hydrope. . . . .	214
— viscerum inflammationibus. . . . .	214
§. 36. Mercurius sublimatus corrosivus. . . . .	215
37. Alia Hydrargyri praeparata. . . . .	217
Mercurius dulcis. . . . .	218
—— praecipitatus ruber. . . . .	218
—— Solub. H a h n e m a n n i. . . . .	218
Ung. mercur. cum saliva paratum. . . . .	219
§. 38. Auri praeparata. — Platina. . . . .	219
39. Jodium. . . . .	221
40. Pediluvia cum Acido Muriatico vel aqua regia. . . . .	221
II. Medicamenta actionis specialis.	
§. 41. I. Emetica. . . . .	223
II. Purgantia.	
42. Varia. . . . .	224
43. Ung. Colocynthidis in maniacis. . . . .	226
III. Anthelmintica.	
44. Varia. . . . .	227
45. Species herb. anthelminticae. . . . .	227
46. Arthanita; Aloë. . . . .	228
IV. Diuretica.	

C O N S P E C T U S.

	Pag
§. 47. Scilla. . . . .	239
48. Digitalis purpurea, Epiglottis; lutea. . . . .	232
49. Acetas Potassae. . . . .	234
50. Terebinthina. . . . .	234
51. Varia. . . . .	235

**CAPUT IV. METHODUS ENDERMATICA.**

§. 1. Methodi definitio. . . . .	237
2. Indicantia; contra-indicantia. . . . .	237
Exercendae methodi regulae. . . . .	238
<i>De medicamentis.</i>	
3. Medicamentorum selectio. . . . .	238
4. Vehicula. . . . .	239
5. Dosis. . . . .	240
<i>De aegro.</i>	
6. Cutis denudatio. . . . .	241
7. Loci denudandi selectio. . . . .	242
Ambitus loci. . . . .	243
8. Observanda quoad applicationem. . . . .	244
9. Loci inflammatio. . . . .	245
10. Actio medicamentorum endermatice applicato- rum. . . . .	246
11. Nocivae sequelae. . . . .	247

O b s e r v a t i o n u m o r d o I I I.

*Ad probandam remediorum externorum efficaciam  
in curandis hominum morbis internis.*

B. Methodus endermatica.

I. Medicamenta actionis universalis.

I. Adstringentia.

§. 12. Cortex Peruvianus ejusque Principia. . . . .	248
A. Extractum Chinae. . . . .	248
B. Chinium ejusque Sulphas et Murias. . . . .	248
a. Usus ad febres intermittentes. . . . .	249
b. Ad febres perniciosas. . . . .	254
c. Ad neuralgiam. . . . .	254

II. Excitantia antispasmodica.

§. 13. Asa foetida. . . . .	255
14. Moschus. . . . .	255

III.

C O N S P E C T U S.

	Pag
III. Sedantia Narcotica.	
§. 15. Narcotica in genere. . . . .	256
16. Opium. . . . .	257
17. Morphinum ejusque Acetas, Sulphas et Murias.	253
a. Usus in Bronchitide chronica. . . . .	260
b. — — Phthisi et aliis pectoris malis. . . . .	261
c. — — Dysphagia spasmodica. . . . .	264
d. — — Vomitu. . . . .	265
e. — — Tetano. . . . .	266
f. — — Delirio tremente. . . . .	268
g. — — Spasmis hystericis. . . . .	269
h. — — sedandis doloribus. . . . .	270
Ad Neuralgias, Prosopalgiam, Odontalgiam.	272
Ad Rheumatismum, Arthritidem, Ischiam.	272
Ad carcinomatosos dolores. . . . .	275
i. Usus in Stranguria. . . . .	275
§. 18. Strychnium. . . . .	276
a. Usus in Paralyti. . . . .	277
b. ——— Paraplegia et Hemiplegia. . . . .	279
c. ——— Aphonia paralytica. . . . .	280
d. ——— Amaurosi . . . . .	280
§. 19. Atropa Belladonna. . . . .	283
20. Datura Stramonium. . . . .	283
21. Crocus. . . . .	284
IV. Resolventia.	
§. 22. Hydrargyrum. — Mercur. subl. corros.; Merc. dulcis. . . . .	284
23. Antimonium. — Kermes miner. . . . .	285
II. Medicamenta actionis specialis.	
24. I. Emetica. . . . .	287
25. Tartarus emeticus. . . . .	288
26. Emetinum. . . . .	288
27. II. Purgantia. . . . .	289
28. Aloë. . . . .	290
29. Gummi Guttae; Rheum; Jalappa; Elaterium; Colocynthis; Ol. Crotonis Tiglii; Calomel.	292
III. Diuretica.	
§. 30. 31. Scilla; Digitalis. . . . .	292





## C O R R I G E N D A.

Pag. reg

47. 11. *vesta corr. veste*  
 68. 18 et 19. *acetatis Strychnii dele acetatis*  
 79. 14. *detectis corr. detecti*  
 82. 7. *sequentes corr. sequens*  
 87. 3. *triennium corr. triennium*  
 — 12. *pariodito corr. parotide*  
 101. 5. *praecedatque igitur experimentum corr. praecedatque ante experimentum,*  
 118. 8. *primam corr. primum*  
 121. 5. *rete corr. reti*  
 — 8. *penetrantes corr. penetrantia*  
 — 17. *asfumunt corr. asfumere*  
 122. 9. *praecipuam partem . . incumbit corr. praecipua pars*  
 125. 10. *confectam corr. confectâ*  
 150. 16. *nec raro ex debilitate, adde impeditur ventriculi aditus*  
 154. 7. *aut contraindicatus corr. nec contraindicatus*  
 181. 12. *dele si*  
 178. 1. *eo febris tempore corr. vel eo febris tempore,*  
 184. 24. *laudata in olei connubio cum tinct. cantharidum etc. corr. laudata; in olei connubio, cum tinct. cantharidum etc.*  
 186. 17. *fisteret corr. fistebatur*  
 188. 11. *vehemens superveniens corr. vehementem subortum*

Pag. reg.

191. 21. anginam (asthenicam?) *corr.* asthenicam (?)  
196. 7-8. sin-la *corr.* sin-gula  
199. 25 pomato . . allatum *corr.* allato  
204. 18. tolli posse *corr.* tollitur, ut  
205. 18. Hyoscyam. *corr.* Belladonn.  
216. 3. scrophulos *corr.* scrofulas  
226. 10. Maniaca *corr.* Maniacae  
238. 6. non abhibeatur *corr.* non adhibeatur.  
251. 15. utilitas *corr.* utilitatem.  
260. 4. censorij effectiones *corr.* sensorii affectiones  
262. 23. *dele:* et morphii usum  
[uti enim ex sequentibus patet, Meyer omni ves-  
pere acetat. Morphii gr.  $\beta$ . loco nudo applicat, et  
ternis, si opus sit, diebus novum admovet vesicato-  
rium, intus nihil, praeter Emeticum exhibens.]  
277. 10. exfentorum *corr.* extensorum  
— 22. per plures die *corr.* dies  
280. 5. ab *corr.* ob  
284. 24. intra pauca horas *corr.* paucas  
286. 2. *dele:* vesicatorio excitabatur,  
287. 2. una *corr.* uno

Caetera lectoris corrigit benevolentia.



**D O U W E G O R T E R ,**  
**S I M O N I S F I L I I ,**

**I N A T H E N A E O I L L U S T R I A M S T E L O D A M E N S I T H E O -**  
**L O G I A E S T U D I O S I , S E M I N A R I I T E L I O -**  
**B A P T I S T A R U M A L U M N I .**

**D I A L O G I T R E S**

**D E**

**P L A T O N I S S Y M P O S I O ,**

**S I V E**

**R E S P O N S I O A D Q U A E S T I O N E M ,**

**I N A C A D E M I A R H E N O - T R A J E C T I N A**

**A B O R D I N E**

**P H I L O S O P H I A E T H E O R E T I C A E E T L I T T E R A R U M**  
**H U M A N I O R U M P R O P O S I T A M :**

*„ Quo proposito Plato Symposium scripsisse vide-  
„ tur? Quae dialogi ratio et progressio est in  
„ argumento explicando? Quae maxime est ex-  
„ plicationis conclusio? ”*

**Q U A E P R A E M I U M R E P O R T A V I T**

**D . X X V I M . M A R T I I A . M D C C C X X X I I .**

SYMBOLUM.

Καὶ γὰρ ἔγωγε καὶ ἄλλως, ὅταν μὲν τινὰς περὶ φιλοσοφίας λόγους ἢ αὐτὸς ποιῶμαι ἢ ἄλλων ἀκούω, χωρὶς τοῦ οἶσθαι ἠφελεῖσθαι, ὑπερφυῶς ὡς χαίρω

PLAT. Symp. 173. c.

D. PAVI M. MARTI A. MDOCCXXIII.

**PRAEFATIO.**

Platonis amans, cum viderem quaestionem ab Academia Rheno - Trajectina juvenibus propositam, quae est de Symposio, egregiam me nactum esse occasionem putavi, qua amoris meo et studio indulgerem. Symposium enim accuratius perlustrans, speravi fore, ut, praeter maximum fructum, non exiguum inde perciperem gaudium. Ad opus igitur me accinxi.

Nunc autem quaestio erat, quomodo id agerem. Tandem in eam rationem incidi, quam et veteres plerosque scriptores tenuisse, video, ut nempe personis quibusdam suas sententias defendendas atque impugnandas tribuerent, easque loquentes inducerent. Naturae convenientior illa ratio mihi visa est. Grave autem simul opus existimavi, atque viribus meis majus; deinde vero, ejus suavitate abreptus, aliorum exemplo audacior



sum factus. Imprimis ipsum Symposium me incitavit, quippe quod tantam habeat formae accommodationem, ut non exiguam ejus laudis causam in eâ positam esse putem. Praeterea Marsilium Ficinum mihi jam viam parasse, cognovi, et quidem eo modo, ut, philosophos sui temporis quosdam, convivio Platonis natales celebrantes, atque de ejus Symposio disserentes fecerit (1). Denique, aequales nonnullos idem tentasse, non exiguum mihi fuit incitamentum, quorum exempla, quamvis me non assequi posse mihi conscius sim, tamen sequi egregium existimavi.

Et ecce! duo Amici, *Sophronius* et *Philoplaton*, nobis deinceps Symposium tractabunt, ita ut hic plerumque explicet, ille vero audiat.

(1) Vid. Platonis opera interpr. Mars. Ficino, Lugd. Bat. 1590. pag. 773 seqq.

## DIALOGUS PRIMUS.

QUO PROPOSITO PLATO SYMPOSIUM SCRIP-  
SISSE VIDETUR?

---

*Sophronius.* Videor mihi hac de re, quam memoras, (mirum sane tibi videbitur) non omnino esse imparatus. Platonis enim Symposium et ego et amici quidam forte hoc anno legendo tractavimus. Nuperrime etiam, cum lectionem ejus ad finem perduceremus, nescio quo modo, sermo fiebat de proposito, quo Plato dialogum scripsisse videretur. Longe discrepabant sententiae; acerrime disceptavimus; sed, ut fit, nil profecimus. Tandem, cum jam linguae defessae, animique vehementiores essent, omnium consensu decrevimus, disceptationem in sequentem differre hebdomadam, ut nempe tum, et magis ordine fieret, et nos paratiores veniremus. Hoc factum est,  
et,

et, cum simul hilarem toti sodalitia finem imponeremus, vesperem laetum, et quod ad rem tractatam, et quod ad festivitatem attinet, transegimus. Vides igitur me jam Platonem suscepisse, maximeque Symposio operam dedisse, quapropter, cum de illo dialogo sermo sit, credo, me non plane ad respondendum esse imparatum. *Philoplaton* Nescio, utrum te potius laudem, an mirer. Tune tandem ad Platonem venisti, quod ego te semper monui, tu vero semper omisisti? *Sophon*. Recte tu *tandem* dicis. Serius, eheu! mihi aurei illi dialogi in manus venerunt. Antea enim, ut omnes philosophos, ita et Platonem contentioni habebam. Metaphysicae illae quaestiones (confundebam enim veteres cum recentioribus ita dictis philosophis) mihi ingratae erant, quippe captu majores; poetas magis amabam, qui multo gratiorem mihi tractare videbantur materiam. Forte autem (erat superiore anno post ferias) mihi Platonis Phaedrus in manus venit. Libro evoluta, legi quaedam, quae mihi adeo placuerunt, ut illum dialogum sine mora percurrerim; tum rursus sed magis attente eum legi, et, quo attentius, eo magis mihi placuit. Exinde etiam alia Platonis perlustravi, et, ut eo majorem inde fructum perciperem, amicos quosdam rogavi, ut unâ mecum quendam legerent dialogum. Placuit iis et ita platonium nostrum exortum est sodalitium. Symposium tractavimus, quem dialogum



gum ut pulcherrimum nobis commendaverant alii. Neque id fecisse nos poenituit, cum adeo ejus lectio delectaverit, ut omnes huncce librum longè pulcherrimum putarem.

Nam sive consideramus orationis formam, nihil elegantius excogitari potest, cum tanta facilitas, urbanitas ac perspicuitas per totum dialogum inveniat, ut, in summâ rerum personarumque varietate, nihil ineptum, nihil frigidum deprehendatur, sed quisque et sibi et rei tractatae convenienter dicat; sive rerum ordinem contemplamur, maximum eum esse agnoscamus, necesse est; sive denique argumentum spectamus, omnium jucundissimum ac gravissimum id esse, unusquisque statim videt, cum de *amore* et *pulcro* sermo sit, quae primarium in philosophiâ platonica obtinent locum. Singulis hebdomadibus conveniebamus certo tempore, magno studio Platonem legentes; tum de eo, quod legeramus, sermones habentes, quod tempus mihi semper gratissimum fuit. Inprimis gratum mihi erat convivium, quod ex communi sumtu celebravimus. Multi tum, et de Platone, et inprimis, ut dixi, de ejus in scribendo Symposio proposito habiti sunt sermones inter Socratica pocula, ita ut sua sponte fieret convivium Platonicum de ipso Platonis Convivio. *Philopl.* Am te, carissime! — Sed fungaris tu mihi Apollodori ex Platonis Convivio munere; nil aliud agas; sed enarres, quinam in vestro Symposio sermones et  
prae-

praecipue, quatenus vestrae de proposito fuerint sententiae. Scio enim te, ut modo cognovi, Platonem ante omnia amare. *Sophon.* Grato animo, quae possum, enarrabo; sed, quare me tanto ardore de Symposio interrogas? An fortasse vidisti quaestionem, ab Academia Rheno-Trajectina juvenibus propositam, quae est de Symposio? Si vere opinor, lubentius etiam, sub quâdam tamen conditione, narrabo. *Philopl.* Recte suspicatus es, amice! fatebor enim tibi me non solum quaestionem illam vidisse, sed et experiri velle, quantum meae vires valeant in ea tractandâ. Forte Platonis legens Symposium, ejus lectione adeo delectatus sum, ut, propositam quaestionem videns, eam tractare constituerim, hoc potissimum consilio, ut eo majore cum studio et curâ Platonem tractarem, et tum ex ipsa tractatione, tum ex illo studio et curâ quam maximum perciperem fructum. Negare etiam nolo, dulcem mihi affulsisse praemii spem. Praeterea duo adhibui proverbialia, quorum prius me ad opus incitavit, alterum mihi solatium erit, si res male e venerit; haec scilicet: *audaces fortuna juvat*, et: *ut desunt vires, tamen est laudanda voluntas*. Apparatus jam quosdam feci. Tu autem, nisi molestum, recites nunc sententias ex vestro convivio. *Sophon.* Tibi non morem geram, nisi duabus hisce praemissis conditionibus, ne, si forte nostra quaedam tibi inepta videan-

deantur, haecce nobis vitio vertas. *Philopl.* Semper sane tui similis manes, tuum opus, quamvis plerumque non spernendum, ineptum putans. Sed narra. — *Sophon.* Caveas! — Alteram etiam conditionem habeo, scilicet, ut, si ego nostras de proposito sententias protulerim, tu eodem modo tuam dicas. *Philopl.* Dicam: non prius autem, quam vestras ad finem usque audivero. *Sophon.* Narrare igitur conabor. Convivium modo parcum nobis erat, eo copiosiores vero et jucundiores erant sermones. Postquam bibitum esset in salutem patriae, principis, tum et juvenum amicorum, qui arma sumserunt, finibusque adstant, patriam defendentes, nec non in puellarum sanitatem, disputatio fit, ut constitutum erat, ea lege, ut quisque ex ordine suam diceret sententiam. Initium dicendi fecit Pamphilus. — „Amici carissimi! inquit, vobis omnibus hocce convivium bene eventurum, spero; gratissimum enim omnibus esse scio. Prae ceteris autem gratum est Cratino, non tam convivium, quam argumentum; agetur enim de *amore*. Ne erubescas, amice! non enim turpis res est amor, imo amare per omne tempus decorum habuerunt homines, et recte, nam . . . . *Cratinus.* Taceas, stultissime! potius sententiam, quam debes, dicas. *Pamphilus.* Non prius eam audibis, quam salutationem. Repleatis pocula, sodales! — *Charinus.* Faciam, sed quaenam res est? *Pamphil.*

Ne



Nescisne tu? Ille deperdite amat. *Char.* Quam? *Pamphil.* Nomen dicere, non audeo. — Tolle pocula juvenes, et bibite mecum in sanitatem, nec non humanitatem puellae cujusdam, Cratino satis notae. Nunc sententiam dicam, ne autem eam tam splendidam fore speretis, quam illam, quam proferet mox Cratinus: ille enim divino spiritu inflatur, ego minime. Sed dicam: animi perturbationibus magnos etiam saepe abnoxios esse viros, inter alia, similtas illa docet, quam inter Platonem et Xenophontem intercessisse, veteres perhibuerunt scriptores (1). Ambo magistri sui, Socratis, sermones scripto mandarunt eo modo, ut Xenophon, quantum posset, historiae fidem in eo servaverit, Plato vero magis *πίπτειν* egerit, atque magistrum ex ingenio suo descripserit, quod alter ei vitio vertit. Quid mirum igitur invidiam iis intercessisse? Aulus Gellius annotavit, neutrum eorum alterius nomen in operibus suis scripsisse (2). Probabilis igitur mihi eorum sententia videtur, qui statuunt: *Platonem eo proposito scripsisse convivium, ut esset, quod in eodem genere Xenophonti opponeretur* (3). Xenophontis Convivium enim sine dubio juvenile

opus

(1) Vid. Aulus Gellius, N. Att. XIV. 3. et Athenaeus Deiph. libr. XI. p. 504. E.

(2) Loco citato.

(3) Cf. Bibl. Crit., Amstel. 1779.

opus est habendum, et igitur longe ante Platonis confectum. — Nonnulla in utroque Convivio similia inveniuntur, plurima vero diversa, et partim opposita, e quibus apparet Platonem Xenophontis opus ante oculos habuisse, atque ostendere voluisse, quantopere ipse cum quoque in hoc genere superaret. Ut discrimen eo magis conspiceretur, Pausaniam fere eadem loquentem inducit, quae apud Xenophontem Socratis λόγος ἐρωτικός continet. Dimitti tibicinam facit, cum Xenophon tibicinae aliisque ludis in suo convivio haud obscurum dedisset locum. Socrates in eo praeterea parva pocula bibit, dum idem apud Agathonem ψυκτῆρα, πλέον ἢ ὀκτὼ κοτύλας χωροῦντα et Φιάλην μεγάλην ad eundem usum adhibeat. — Haecce quam maxime meam sententiam confirmare videntur (1). — Quae cum dixisset Pamphilus, vices pervenerant ad Charinum, juvenem mihi amicissimum, neque omnino indoctum, qui vero miro modo philosophatur, res, quae ad pedes jacent, e longinquo petere solitus. Hic igitur, cum sententiam suam scripto mandasset, ejus recitandae veniam rogavit; qua datâ, scriptionem suam praelexit, quam, cum mihi roganti dederit, et forte mecum habeam, etiam tibi praelegam. Est ita: „ Aud. Hum.! Ei, qui rem paulo liberius, uno

(1) Cf. quae contra hanc sententiam affert Astius; Plat., leb. und schr., Lip. 1816. p. 314 seqq.

uno oculorum obtutu, contempletur, inter singulos Platonis dialogos nexum quendam, et convenientiam invenire, non difficile erit. Jam statim in Symposii lectione, ex qua semper maximum percepi gaudium, attentionem meam movit, Platonem ibi tantopere sibi indulgisse in laudando Socrate. Depingitur enim, non tanquam serenus philosophus, ab omni hilaritate, ac festivitate abhorrens, modo philosophiae intentus; sed inducitur in lauto convivio, bibit, neque ebrius fit, et omnino ejus vitae ratio et domi et militiae ita ab Alcibiade describitur, ut Plato in Convivio imaginem perfecti sapientis in communi vitâ exhibere voluisse, videatur: quomodo se a nullâ re honestâ absteineat, semper autem modum servet, omnesque patientiâ, modestiâ, temperantiâ ac fortitudine superet.

Hisce factis, cum superiore hebdomade disputarem de proposito Platonis in scribendo Convivio, etiam, quae hac de re sentiant viri docti, investigans, Schleijermacheri sententia meam quam maxime firmavit, eique, adhuc obscurae, plurimum lucis adpersit, quapropter vobis eam tradere decrevi.

Initio enim Sophistae Theodorus ad Socratem adducit Hospitem Eleatem, *ἑταῖρου δὲ τῶν ἀμφὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα, μάλιστ' ἀνδρᾶ φιλοσόφου* (1),

a

(1) Sophista, p. 216. A.



a quo Socrates percontatur, quid familiares in Eleâ, sentiant de *Sophistâ*, *Politico* et *Philosopho*; utrum unum hos, an duos esse velint, sive, ut tria nomina, sic et tria genera ducant? et si postremum assumant, quomodo haec tria genera distinguant? His de rebus disserunt deinceps, in eodem dialogo *Sophistam* definientes. *Politicus* describitur in dialogo ejusdem nominis, iisdem personis colloquentibus. *Philosophi* autem definitionem desideramus. Ad hunc vero describendum cujusnam potius exemplum sumeret *Plato*, quam magistri sui, quem ante omnes amabat? Illum nunc nobis proponit in duobus illis praeclaris dialogis, *Convivio*, ac *Phaedone*, et quidem ita, ut sub ejus personâ perfecta philosophi imago lateat, qualis, tum in vitâ, tum in morte appareat. Tranquillo animo mortem expectat, quam non malum, sed potius maximum bonum ducit, quippe vitæ aerumnarum finem, ac beatitudinis initium; neque carcerem legitimum effugere vult, ne videlicet eas leges corrumperet, quas per totam vitam coluerat. In vitâ publicâ non ut stoicus, hilaritates et voluptates contemnit, sed potius grato animo iis fruitur, semper autem modum tenens. Talis in Symposio describitur Socrates; et Alcibiades, cujus orationem sine dubio primariam dialogi partem duco, postremo loco nobis ante oculos ponit, tum ejus modestiam, ac temperantiam in amore et vitâ interiore, tum fortitudi-

dinem, constantiam et patientiam in bello, tantâ verborum copiâ, ut statim in eo agnoscamus imaginem veri philosophi, qui semper ita sese praebet, ut vere est, neque alia dicit, alia agit. Quare eo proposito Plato mihi hunc dialogum scripsisse videtur, ut *in eo exhiberet imaginem philosophi in communi vita.* — Haecce cum recitasset amicus meus, duo sequebantur, quorum sententia non dilucidae erant: neque eas memini. Antonius etiam paucis absolvebat. Dicebat enim Platonis in convivio propositum fuisse, *ut Socratis famam a turpibus vindicaret rumoribus.* Post hunc et Cratinus et ego soli relictus eram. — Si numerum spectemus, dicebat Pamphilus, jocandi gratia, jam major pars dixit, si autem pondus respiciamus, sine dubio minor mihi videtur; sunt enim viri graves, qui nunc nobis de proposito exponent, quippe alter Amoris, alter Platonis furorè metuendus. — Ne majorem, quam par est, moveas expectationem, respondebat Cratinus. Desiderium enim, quod me tenet, longe differt ab isto amoris entusiasmo, qui virtutem bellicam, ac poëtas inter Graecos efficiebat. Ex fonte enim impurissimo effluebat ille, pravoque perficiebatur modo, quod miror te non observasse, o Pamphile! Ex similitudine, quam Plato cum Xenophonte habuisse videtur, propositum derivasti, nullam autem ipsius dialogi rationem habuisti, quod quidem Charinus optime fecit, nimis tamen reme-

longinquo petiisse mihi videtur. Ex ipso enim Symposii argumento propositum derivandum esse puto. — Lubenter ex parte id tibi concedo, respondet Pamphilus, sed simul contendo, temporis aliarumque rerum externarum rationem minime spernendam esse. *Char.* Si scilicet prius ad ipsum dialogum nos converterimus, neque inde propositum derivare potuerimus, tum demum ad illud externarum rerum asyllum nobis confugere licet. *Pamph.* Aveo igitur tuam, ex ipso dialogo derivatam, audire sententiam. *Char.* Dicam: Vario modo, a variis convivis Amor in Symposio laudatur, unde quasi sua sponte sequitur, varium Amorem etiam in eo proponi. Alium laudat Phaedrus, alium Pausanias et Eryximachus: dum Aristophanes, cujus oratio spurcissima est, Agathon et Socrates eodem modo remagunt. Sed, quamvis hi omnes varios laudent amores, tamen nullus eorum purum ac sanctum spectat Cupidinem. Nihil aliud celebrant, nisi nefariam paederastiam. Neque Alcibiades, cujus orationem minime primariam duco, aliam sequitur rationem. Ostendit nempe, quomodo Socrates fuerit in amore erga juvenes. Ex hocce igitur spurco dialogi argumento satis patet, qualis fuerit morum conditio apud Graecos, cum omnes tam libere loquantur de re, cujus ipsum nomen apud nos fere nefandum habetur. Non vero ipsum Platonem hisce nequitiis adspargere volumus, neque



que eum istum amorem laudare voluisse, contendimus, sed potius contrarium affirmamus; quod nempe eum ex hominum societate exstirpare studuerit. Cum autem malum insuperabile videret, id eo modo efficere tentavit, ut amor ille honesto modo ageretur, et quidem in Symposio. Distinguuntur ergo per totum dialogum, exceptâ Aristophanis oratione, duo amores, unus *turpis*, ac alter, qui *purus* dicitur, non vero ad naturalem erga feminas, sed, aequè ac prior, ad puero- rum pertinebat amorem, libidinem tamen spernebat. Haecce igitur mea sententia: *Platonem, cum penitus malum exstirpare non posset, ei medicinam afferre voluisse, atque hanc ob causam Symposium scripsisse.* Vides igitur, o Pamphile! in tuum asylum confugere, non opus esse. Haec cum dixisset, graviter eum locutum esse putavimus, simul autem in eo convenimus, illum nimis Graecorum amorem depravasse. Ipse Pamphilus laudavit illius verba, neque sententiam reproba- vit, quippe rem habens cum amante, suam iro- niam adhuc aegre ferente. Ego autem, cum me solum relictum, ac non exiguam expectationem viderem, meam sententiam, quam, ut Charinus, perscripseram, recitare subtrixi. Primo enim eam unice veram esse putavi, neque ullum fore cre- didi, qui a me dissentiret; cum autem aliorum, et inter se, et a me diversas sententias cognovis- sem, mea contra mihi inepta, et amicorum sen-

ten-

tentiae, mihi probabiliores visae sunt. Recitavi tamen, ac cum forte mecum habeam, etiam nunc recitabo. — „ Ad perfectam dialogi intelligentiam, cujus lectioni inferiore hebdomade finem imposuimus, plurimum valet consilii indagatio, quod in eo scribendo habuit Plato. Ut id autem recte investigemus, primo contemplemur necesse est, non singulas partes, sed totum libellum uno oculorum obtutu; deinde videamus, quodnam in eo potissimum argumentum inveniatur, ex quo postremo loco derivandum est propositum; quod dum faciam, vos Aud. Hum! oro rogoque, ne mihi vitia, quae certe plurima insunt, in malam vertatis partem.

Symposium igitur contemplantes, varios reperimus convivas, pacto inito amorem celebrantes. Phaedri oratio continet mirum ejus effectum in hominum animos ad varia opera perficienda; Pausanias duplicem distinguit amorem; dum Eryximachus utriusque amoris vim ad omnia extendat. Qui post eum dicit, Aristophanes, comice rem tractat; describit enim priorem hominum integrum statum, ex cujus dissolutione mutuum derivat amorem. Agathon ipsum Deum non ejus effectus laudat tantâ orationis copiâ, ut statim in ejus oratione agnoscamus Sophistarum arrogantiam. Socrates eam continuo modestiâ suâ ridiculam, ac notâ interrogandi ratione irritam facit, quo facto, exponit, quae ipse ex Diotimâ audiverat. Ostendit

in iis, quid sit tandem Amor cujusque naturae, tum vim ejus exponit mirabilem atque arctissimam cum pulcro conjunctionem, ac denique, quomodo amor nos a singularibus ad universalium rerum ducat contemplationem, quâ maximam percipimus pulcritudinem, quippe non eam, quae est in singulis rebus, mutabilem, sed quae in universo conspicitur, immutabilem, simplicem, aeternam. Qui illam assequuntur, soli digni sunt, qui philosophi nominentur. Postremum locum occupat Alcibiadis oratio, quâ nobis exemplar proponitur illius philosophi, modo a Socrate descripti.

En, contemplati sumus totum dialogum quam potuimus brevissime! Agite! nunc videamus, quodnam potissimum in eo argumentum tractatum sit. Varii convivae vario modo rem propositam tractant, quo quisque sibi de eo notionem formaverit, ita ut unusquisque statim in eorum orationibus varias hominum de Amore sententias agnoscat. Phaedrus vulgarem notionem exponit, Pausanias illam politicorum, dum Eryximachus medicorum partes agit. Aristophanes sine dubio sententiam quorundam philosophorum, fortasse scriptorum eroticorum vindicat, eique ex ingenio comicam formam induit. Sequitur oratio Agathonis, quam referre quasi speciem et formam ineptiarum omnium, quibus Sophistae orationes suas quasi luminibus distinguere solebant, caecus sit,

ne-



necesse est ac mentis acie praestriatus, qui non videat (1). Restat Socratis oratio, veri philosophi sententiam exhibens, ad quam sine dubio ceterae referri debent sententiae, quapropter Socratis orationem primariam dialogi partem duco. Quod si omnia vera sint, quae hactenus disputavimus, non difficile erit, totum argumentum paucis describere verbis; est enim expositio naturae et effectus Amoris, ex variorum sententiis, quae explicatur quam diversae inter se extiterint illae sententiae, et quantopere philosophorum notio vulgarem superet. Hisce igitur consideratis, neminem fore speramus, qui a nobis dissentiat, Platonem in hoc libro ostendere voluisse, *amoris, qualis esse debeat, vim et praestantiam*. Amorem enim omnem revocandum esse ad universae, verae, et immutabilis pulcritudinis contemplationem, quae cum bonitatis specie ac forma maximam habet conjunctionem, quamque si quis consecutus sit, statim repleatur necesse est jucundissimo divinae laetitiae sensu, quo fit, ut sine mora eam veram pulcritudinem contempletur, omniaque corporea ac terrena contemnat. Quod quidem praestantissimi et solo philosopho digni amoris genus, quantopere ab amore terrestri corporibusque defixo distet, indicare

(1) Cf. Stalbaum, in Praef. ad Symposium, quem potissimum in his secuti sumus.

re, etiam Platonis fuisse consilium, nemo negabit." Haecce mea fuit sententia, Amice! quae, quod mirum omnino mihi videtur, amicis placuit. — *Philopl.* Mihi etiam placuit; quinam vero ceteri, qui habitati sunt, sermones. — *Sophron.* Minoris ii sunt momenti, saltem eos non omnes memini. Primo, ut dixi, de Symposii proposito disseruimus, deinde vero de ejus argumento, de *amore* nempe. Inprimis Cratinus discrimen urgebat inter veterem nostramque amandi rationem, hancce omni laude extollens, illam vero sub quâcunque conditione detestabilem censens, ita ut ne Socratis quidem famae parceret. Inde, quasi sua sponte, ad Cratini amicam et virgines pervenimus, quae materia inter largiora pocula diu nos tenuit, donec omnes laeti serâ nocte domum rediremus. Haecce sunt, Philoplaton! quae tibi ex nostro convivio narranda habeo. — *Philopl.* Gratias tibi ago maximas, gravissimae enim plerumque videntur vestrae sententiae. *Sophron.* Nunc ex pacto tua agitur res. Variæ in nostro convivio sententiae mentem mihi turbârunt. Prius unam modo esse sententiam putaveram, nunc autem tot prolatae sunt opiniones, omnes fundamentis quibusdam innixae, ut plane nesciam, quaenam vera sit habenda. Dicis igitur tu mihi, quid sit Platonis in scribendo Symposio *verum propositum*. Sine dubio enim jam multa de eo cogitasti, atque *verum* invenisti. — *Philopl.* Miram rem me

ro

rogas, amice, qui putes, me, modo leviter litterarum primordia attingentem, quasi arbitrum venturum, ut discernem, quid verum quidque falsum sit, et quidem in re, de qua viri doctissimi tantopere dissentiunt. Neque mirum eos dissentire; difficillima enim est quaestio, neque ad certam definitamque sententiam venire possumus. Nam non solum tempus (1), quo scripsit Plato Symposium, incertum est; sed etiam modo pauca, tum de hujus vita, tum de temporis conditione, quo vixit, novimus, quae pauca nobis adhuc pleraque petenda sunt ex scriptoribus, qui longe post ejus aevum floruerunt. Quis ergo in tanta rerum obscuritate pro certo affirmaret, quodnam consilium habuerit Plato in scribendo Symposio, sive, quid eum incitaverit, ut illud in lucem ederet? Ridicula esset talis arrogantia, non vero ridicula, imo gravissima est quaestio, quia, si bene tractetur, plurima in Symposio ea explicari possint. *Sophon.* Non plane percipio, quomodo ex propositi indagazione plurima profluant emolumenta, si de eo ad *verum* pervenire nobis non liceat. — *Philopl.* Verum invenire quidem possumus,

(1) Opinantur viri docti Symposium post Olymp. XCVIII esse confectum. Dicit enim Aristophanes, p. 193. Α. *νυνὶ δὲ διὰ τὴν ἀδικίαν διακίσθημεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ Ἀρκάδες ὑπὸ Λακεδαιμονίων*, quod de murorum urbis Mantineae destructione accipiunt, quae fuit quarto 98 Olympiadis anno.



mus, non autem scire, num quod invenimus verum sit, saltem affirmare, nos in tantâ rerum obscuritate sententiarumque varietate verum invenisse, arrogantis esset. — *Sophon.* Non certam igitur dari hac in re scientiam putas. — *Philopl.* Omnino. Nam non certitudinem, sed modo verisimilitudinem hac in re assequi possumus, quippe conjiciendo paratam. Hac lege ergo deinceps videamus, quae sententia nobis sit verisimillima.

Sed prius nobis inquirendum est, num certum quidem Plato in scribendo Symposio habuerit consilium. Veterum enim scribendi ratio longe recedebat a nostri aevi ratione. Non scilicet in fronte librorum notabant, quibus de rebus in iis acturi essent, neque dividebant eos in sectiones, capita, paragraphos; sed exordium sumentes ex aliqua re liberum cogitationum cursum sequebantur, quo quasi sua sponte exstiterunt praeclara illa veteris aevi monumenta, quae omnes litterarum amantes ob singularem elegantiam atque verborum vim digna adhuc censent, ad quae se conforment. Sic imprimis et Plato scribebat. Varia interdum argumenta uno complexus est dialogo, unde nobis concludere liceret, nullum habuisse illum in eo scribendo certum consilium. In Symposio autem, quamvis in eo magna argumenti personarumque varietas conspiciatur, maximam progressionem et unum quasi finem, ad quem omnia referuntur, deprehendere non difficile est. Plato igitur, Sym-

posium scripturus, non temere mihi stilum sum-  
sisse videtur, perscribens, quae ei in mentem ve-  
nirent, sed omnino certum habuisse propositum,  
de quo nunc videamus.

Multas et varias de nostrâ quaestione esse sen-  
tentias, tum aliunde, tum imprimis ex vestro  
patet convivio, ita ut novam formare senten-  
tiam nobis non opus sit, omnis autem difficultas  
in eo existat, quamnam sententiam ex tantâ varie-  
tate eligamus. Sine dubio ea nobis est eligenda,  
quae, omnibus consideratis, maxime probabilis vi-  
detur. Illam igitur assumimus sententiam, quam  
Antonius in vestro convivio protulit: *Platonem  
eo consilio scripsisse Symposium, ut suspicionem  
impuri amoris a Socrate abstergeret.* Haec sen-  
tentia non exiguâ gaudet auctoritate, quippe sta-  
bilitate testimoniis Frederici Wolfii (1) et ex par-  
te Daniëlis Wytttenbachii (2), quare non dubita-  
mus, eam ut *hypothesin* assumere. Nunc autem  
inquiramus, quam verisimilis sit illa, et quidem eâ  
ratione, ut primo de rebus externis videamus,  
ut inde pateat, non absurdam sed probabilem esse  
nostram hypothesin; tum, quantopere ipsius Sym-  
posii argumentum eam confirmet.

Tempore Platonis Atheniensium mores corrup-  
tissimos fuisse, ex ejus temporis scriptis satis

ap-

(1) Vld. Frid. Aug. Wolf, introd. ad Symposium, p. 30.

(2) Vid. Bibl. Crit. Amstel. 1779. p. 34

apparet. Symposium etiam, quamvis, quod ad formam ac argumentum attinet, tot abundet venustatibus tantâque arte confectum sit, ut sine dubio inter veteris aevi praestantissima monumenta, quae aetatem tulerunt, habendum sit, ex alterâ parte tamen tot morum corruptelae documenta continet, ut horreat bene moratus animus, necesse sit. Grassabatur enim Athenis nefaria ista libido illo tempore per omnes populi ordines, et omnino tantopere in usum pervenerat, ut fere turpis haberi desiisset, imo honestatem quandam acciperet (1). In tantâ morum corruptelâ non aliter fieri potuit, quin familiaritas, quam Socrates cum formoso Alcibiade, aliisque juvenibus habebat, ei adspargeret suspicionem impuri amoris.

Ille enim valde appetebat juvenum necessitudinem, praesertim eorum, qui formâ et ingenio excellabant, cum sciret hanc aetatem plurimis periculis obnoxiam atque τοῖς ἐρωτικοῖς maxime idoneam esse, praeterea hos esse, a quibus futura republicae fortuna pendeat. Plerumque ergo in publico versabatur, cum unoquoque disserens, imprimis autem cum juvenibus. Erga hos ipsos se amatorem praebebat: Ὁρᾶτε γὰρ, dicit Plato ὅτι Σωκράτης ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν καὶ ἀεὶ περὶ τούτους ἐστὶ καὶ ἐκπέπληκται (2). Inprimis Alcibiadis

(1) De hujus mali origine atque indole infra plura dicemus.

(2) Vid. Symp. p. 216. D.



dis quaerebat familiaritatem, juvenis eo tempore formosissimi ac miris animi dotibus praediti. Cum igitur Athenienses Socratem talia agentem viderent non tantum, sed et eorum juvenum, quos in gymnasiis, conviviis, aliisque locis semper quaerebat, quosdam ad ejus intimam familiaritatem pervenire, deprehenderent, sane non mirum nobis videtur, illos Socratem sibi similem suspicatos esse.

Contra hanc sententiam afferri posset, neque Aristophanem, qui Socratem fabulâ suâ Nubibus in scenâ exagitavit (1), neque Anytum, Melitumque, qui eum in judicio accusarunt, hujus rei mentionem fecisse, quod certe fecissent, si modo quaedam fuisset suspicio. Sed jam nefarius ille amor turpis haberi desierat, imo honestatem quandam acceperat; quare minime res ejusmodi erat, quae ad ejus famam diminuendam fecisset, multo minus, quae in judicio capitali moveri posset. Constat quidem Solonis legibus gravissimam turpitudinis poenam constitutam esse in paederastas (2), illam autem eo tempore non amplius in usu fuisse, tum ex mali magnitudine, tum ex poenae gravitate probabile est. Objectio illa igitur nil valet ad ostendendum, non exstitisse rumorem.

Con-

(1) Cf. hac de re Fr. Wolfii introd. ad Plat. Symp. p. 35 sqq. et Groen v. Prinsterer. Profop. in *Aristophano*. p. 174 sqq.

(2) Cf. Gesneri *Socrates sanctus paederasta*. Traj. ad Rh. 1769.

Contrarium praeterea, quam maxime confirmant testimonia (1) et accusationes temporis insecuti, imo nostri aevi, quas quidem vir doctissimus Gesnerus luculentissime refellit (2), sed quae tamen nihilominus satis docent, suspicionem adfuisse. Negari etiam nequit Platonem invitum huic suspicioni aliquatenus ansam dedisse in Phaedro, aliisque dialogis, quos junior adhuc scripsit. Posteriore autem aetate, cum nihil esset, quo tolleretur suspicio, haecce mansit, et fortasse Platoni interdum ab obrectatoribus objectum est: magistrum, quem ille semper tantis laudibus extollebat, et tanquam exemplar sapientiae et vitae sanctitatis omnibus proponebat, minime tam sanctum, sed turpi amoris obnoxium esse, qui, quamvis aliis non turpis esset, tamen minime philosophum decebat, praesertim eum, qui tanto studio contra illum ageret, hominesque ad honesta et decora converteret; quem amorem praeterea ipse Plato in libro de Legibus τὸ παρά φύσιν τὸ λήμμα vocaverat. Haecce sine dubio aegre tulit gratissimus discipulus. Amabat Socratem toto animo, eumque pene divino honore

(1) Unum testimonium attulisse nobis sufficiat Athenaei, l. XIII. c. 2. de *pulcritudine corporis* agentis: Socratem, qui omnia contemnebat, tamen pulcritudini Alcibiadis fuisse imparem (ἤττονα). Cf. Luciani Amores, nec non Aeliani Var. Histor. XI. 12: ubi indicari videtur, Xantippen etiam Alcibiadis amores suspectos habuisse.

(2) In commentatione modo laudatâ.

venerabatur, quare omnino par erat, eum huic malo medicinam afferre et quidem eo modo, ut aequalibus malas de Socrate adimeret opiniones, et, si quâ temere iis ansam dedisset, eam tolleret. Vides ergo, Amice! non absurdam esse nostram Hypothesin: *Platonem haecce in Symposio efficere voluisse.*

Mirum id tibi fortasse videbitur, amicissime! mihiq; oppones, Alcibiadis orationem, quâ certe Socratis continetur *apologia*, modo exiguam esse dialogi partem, cum, si Plato Socratem in Symposio defendere voluisset, pluribus verbis et per totum dialogum sine dubio id fecisset. Sed attendas, si placet, cujusmodi fuerit crimen Socrati oblatum. Praeterea modo rumor fuisse videtur, non aperta accusatio, quapropter *directe*, illaesa modestiâ, hac de re agere non potuit. Ad id recte perficiendum opus ei erat dialogo varii argumenti, cui Socratis defensio quasi temere adderetur, quae argumentandi ratio etiam optime ad persuadendum valet, cum id, quod persuadendum est, primo celetur, sed deinde suâ sponte proferatur. Hujusmodi est Symposium. Varii philosophi in convivio invicem celebrant Amorem, ecce! irruit Alcibiades, vino gravatus risumque movens. Is nunc, qui optime potest, Socratis innocentiam affirmat, quare, cum id praeterea modestis fiat verbis, *Convivium elegantissima et honestissima mihi videtur Socratis Apologia.*

Quam.



Quamvis autem Alcibiadis oratio mihi imprimis huic fini inservire videatur, non tamen cetera ab eo plane aliena puto, sed omnia aliquatenus ad Socratis Apologiam pertinere. — Sed potius dialogum ipsum in manus sumamus, et videamus, quatenus cetera ad eam pertineant, ut inde nostra confirmetur *hypothesis*. Loca annotavi, quae mihi ad id facere visa sunt.

Confundebatur quodammodo apud Graecos amor iste impurus, qui omnia mala, cum alio quodam amore, qui omnia bona proferebat. Erat enim hic amor ἐνθουσιασμοῦ quoddam genus, quo acti homines omnia pericula et sui ipsorum commoda contemnebant, et amator et amasius invicem arcissimo conjungebantur vinculo. Firmissimum erat ille amor incitamentum ad virtutem tum civilem, tum bellicam; εἰ γὰρ μηχανή τις γένοιτο ὥστε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐρασῶν τε καὶ παιδικῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἀμεινον οἰκήσειαν τὴν εαυτῶν ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσχυρῶν καὶ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους. καὶ μαχόμενοι γ' ἂν οἱ τοιοῦτοι μετ' ἀλλήλων νικῶεν ἂν, ὀλίγοι ὄντες, ἄς ἔπος εἰπεῖν πάντα ἀνθρώπους. Si enim ratio quaedam esset, quā civitas fieret sive exercitus ex amatoribus et amasiis, non sane esset, quo melius civitatem constituerent, quam abstinentes sese ab omnibus turpibus, et inter sese laudis cupidine certantes; et proelium ineuntes tales conjunctim, vincerent quamvis pauci, ut ita dicam, omnes homines

*nes* (1). Hunc amorem invenisse videntur Cre-  
tenses, atque praesertim in bello ad animos mili-  
tum inflammandos adhibuisse, a quibus Lacedae-  
monii aliqui Graeci eum assumerunt, ac dein-  
ceps in civitates introduxerunt. Cum miros haberet  
effectus, sensim ejus honor crevit, donec tandem  
per omnem fere Graeciam in usum venisset. Do-  
lendum autem hanc intimam familiaritatem sae-  
pius ansam dedisse turpibus libidinibus, quo fie-  
bat, ut aliud amoris genus existeret turpissimum,  
qui omnia mala proferebat, ac cum puriore amore  
confundebatur. Hinc, cum turpissima et honestis-  
sima, pessima et optima fere eadem ducerentur,  
non aliter fieri potuit, quin plurima mala ori-  
rentur. Partim etiam suspicio, Socrati adpersa,  
ex hac confusione originem suam duxisse videtur,  
cum, nullum amorem sine libidine esse, plerique  
opinarentur.

Ad suspicionem illam plane tollendam Platoni  
quam maxime opus erat, ut prius duos illos amo-  
res toto genere esse diversos ostenderet, quo fac-  
to, ei erat affirmandum, Socratem a turpi ac ne-  
fario amore omnino fuisse aversum, sed esse pu-  
rum et coelestem Cupidinem, quem coluerat.  
Jam in Phaedro quidem illos amores distin-  
xerat, non autem tam clare et dilucide, ut non aliâ distinc-  
tione opus esset.

Hunc

(1) Symp. 178. E,

Hunc in finem Phaedrus, cujus oratio in Symposio primum obtinet locum, ἀπλῶς Amorem laudat, et quasi confusam illam populi notionem proponit. Sed continuo Pausanias duos esse amores dicit, unum πανδημον, vulgarem, quem sequuntur viles homines, modo libidines suas explere studentes, et, utrum honeste an inhoneste id fiat, non curantes; alterum vero οὐράνιον, coelestem, laudabilem, honestum. Duos hos amores, quorum alter libidinem alter virtutem spectat, Pausanias porro describit et accuratissime distinguit, tum ille, tum Eryximachus, qui ex aliis rebus Pausaniae distinctionem confirmat. Jam patebat, non unum esse Amorem, sed omnino duos esse distinguendos Cupidines, alterum impurum, alterum honestum et laudabilem. Nunc Platoni tantum opus esse videtur, ut hujus fuisse generis Socratis amorem ostenderet; negare enim non potuit neque voluit, eum juvenes amore fuisse prosecutum. Hic vero amor non virtutem civilem, sed multo sublimiora spectabat, ad philosophiam enim pertinebat. Pulcri amorem ejus ope in juvenum animis excitare studebat Socrates, quam artem ἐρώτικα vocabat. Postquam ergo in tribus prioribus orationibus duos esse amores ostendisset Plato, in tribus sequentibus Socratis ἐρώτικα nobis proponit, et quidem in modum initiationis. Erant enim ἐρώτικα, quasi sacra mysteria. Hunc in finem Aristophanes et Agathon profanorum de amore sententias vindicant, quas dein.



deinde refutat Socrates, ut initiandi puri essent ab aliorum opinionibus. Ipse deinceps totam suam artem amatoriam exponit. Ne autem Socrati sui ipsius defendendi partes tribueret Plato, illum Diotimae verba tradentem facit, quibus continentur sua de Amore colendo et adhibendo sententia, ab omni turpitudine longe remota, imo optimum finem, juvenum emendationem, spectans. Hisce traditis, diserte affirmat Socrates, se eam artem colere aliisque commendare (1). Jam finitâ oratione, cum convivae mirantes de eâ confabularentur, ecce! irruit Alcibiades, inscius omnium rerum, et quamvis temere veniat, tamen consilio venisse videtur, ad Socratis innocentiam vindicandam.

Jam erat Amor a variis convivis descriptus, unde patebat, non omnem amorem turpem esse, quod nonnulli putabant (2); exposuerat etiam Socrates, cujusmodi esset amor a se cultus; ad philosophiam enim eum pertinere dixerat, atque id potissimum spectare ut juvenes meliores redderet. His omnibus factis, Alcibiades tandem, cujus gratia turpis ille rumor maxime extiterat, affirmat, reverâ talem fuisse Socratis amorem atque nihil impuri in eo affuisse.

Ipsius Alcibiadis orationis argumentum et forma

(1) Haecce, quae hoc loco modo verbo memoravimus, infra fusius explicabimus.

(2) Symp. p. 182. A.

ina quam maxime haec probant, ita ut omnia fere allata videantur ad propositum finem obtinendum. Vino gravatus primo Alcibiades non viderat Socratem; cum eum autem proxime sibi accumbentem cognovisset, obstupescit, eum increpat, mox vero coronat. Eryximachio illum monente singulos convivias jam Amorem laudavisse, affirmat se neminem nisi Socratem laudaturum; *οὗτος γάρ, inquit, εἰάν τινα ἐπαινέσω τούτου παρόντος ἢ θεοῦ ἢ ἀνθρώπου ἄλλον ἢ τοῦτον, οὐκ ἀφέξεται μου τῶ χειρὶ. Hic enim, si quidem ego se praesente alium quendam sive deum sive hominem quam sese laudavero, manus a me non abstinebit (1).* — Veniã dicendi ei datã, per imagines Socratem laudat. Primo illum comparat cum Satyro Marsyã, unde patet, tantam vim in philosophi verbis fuisse, ut juvenes ad eum allicerentur. Deinde vero comparisonem instituit inter illum et Silenos, in quã maxime ejus vitam externam et internam inter se opponit. In publico, dicit, ille plane libidinosus videtur. Semper enim cum pulcris versatur juvenibus, eos allicit, venatur, et omnia ea agit, quae amatores erga amasiõs facere solent. Sed haec tantum ejus obtegumentum silenicum, in quo se abdit. Intus enim omnino repletus est temperantiã atque abstinentiã: *ἴτε ὅτι οὐτ' εἰ τίς καλὸς ἐστὶ μέλει αὐτῶ οὐδέν, ἀλλὰ καταφρονεῖ τοσοῦτον, ὅσον οὐδ' ἂν εἰς οἰθηεῖν· οὐτ' εἰ τις πλούσιος, οὐτ' εἰ ἄλλην τινα τιμὴν ἔχων τῶν*

ὕπθ

(1) Symp. p. 214. D.

ὑπὸ πλῆθους μακαριζομένων. Vos sciatis velim, convivae! quod pulcritudo ejus nihil referat, sed contemnat eam magis, quam quis arbitrari posset; etiam divitias nihili facit omnemque alium vitae cultum, quem vulgus beatum praedicat. (1). Réverâ nihili ea negotia ducit, sed cavillandi jocandique gratia ea prae se fert. Quod equidem cum multis aliis bene expertus sum. Deceptus enim illâ externâ specie opinabar, eum de meâ sollicitum esse pulcritudine, atque mihi ei gratificandum esse putabam. Ad coenam igitur eum vocavi, ut solus cum solo essem. — Porro narrat Alcibiades omnem familiaritatis suae rationem, colluctationem, pernoctationem omnesque suos conatus impuros, ad Socratem corrupendum. Tota narratio tantâ arte confecta est, ut statim in eâ agnoscamus verba juvenis ganeonis, cui vinum linguam solvit; semper autem magnâ cum reverentiâ de Socrate loquitur, atque in omnibus apparet, eum quidem esse corruptissimum, in imo pectore vero adhuc quidquam remansisse illius bonae indolis, quâ Socrates eum imbuerat. Libere profert consilia sua pravissima, apparatus ad ea perficienda, atque fere in eo sumus, ut Socratem condemnemus, eumque sontem putemus, cum repente, nobis nihil de eâ re suspicantibus, ejus innocentiam testatur. Ἐν γὰρ ἴσει, inquit, μὰ θεοῦς, μὰ θεᾶς, οὐδὲν περιττότερον κατα  
δε

(1) Symp. p. 216. E.



δεδαρθηκώς, ἀνέστην μετὰ Σωκράτους ἢ εἰ μετὰ πα-  
τρὸς καθηϋδόν ἢ ἀδελφοῦ πρεσβυτέρου. *Bene enim  
sciatis, Deos ego Deasque testor! me non aliter a  
Socrate surrexisse ac filius a parente, sive frater a  
seniore fratre debuerit* (1). Quo animo me de-  
hinc fuisse putatis? pergīt, cum quidem me ab  
eo contemptum esse sentirem, ejus contra indolem,  
temperantiam, ac fortitudinem valde amarem, vi-  
rum talem nactus, qualem me nusquam terrarum,  
quod attinet ad prudentiam, et constantiam, inve-  
nīre posse credebam; quapropter neque, quo ei  
succenserem sive ejus familiaritatem repudiarem,  
habebam; neque rationes mihi suppetebant, quibus  
eum mihi conciliarem. Noveram enim, ut Ajacem  
ferro, sic eum pecuniā esse inexpugnabilem, et cum  
illud, quo solo eum expugnatum iri credebam, irri-  
tum cecidisset, inops sane consilii fui atque in  
servitutum redactus ab hocce homine, ut alius nul-  
lus ab alio, circumvagabar. Haec omnia mihi  
antea evenerunt, deinde nobis simul militia fiebat  
in Potidaeā.

Hisce dictis narrabat Alcibiades eam militiam,  
semper Socratis constantiam, patientiam ac fortitu-  
dinem laude persequens; quae cum fecisset, quasi  
clausulam adjicit haecce: Ταῦτ' ἐστίν, ὧ ἄνδρες, ἃ ἐγὼ  
Σωκράτη ἐπαινῶ· καὶ αὖ ἃ μέμφομαι ξυμμίξας ὑμῖν  
εἶπον ἃ μὲ ὕβρισε. Καὶ μέντοι οὐκ ἐμὲ μόνον ταῦτα  
πε-

(1) Sympt. p. 219. D.

πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ Χαρμίδην τὸν Γλάυκωνος καὶ Εὐθύδημον τὸν Διοκλέους καὶ ἄλλους πανυ πολλοῦ, ὅς ἐστις ἐξαπατῶν ὡς ἐρατῆς παιδικὰ μᾶλλον αὐτὸς κἀθήσεται ἀντ' ἐρατοῦ. Ἄ δὲ καὶ σοὶ λέγω, ὦ Ἀγάθων, μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τοίτου, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἡμετέρων παθημάτων γινόντα εὐλαβηθῆναι, καὶ μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, ὡς περ νήπιον παθόντα γινῶναι. *Haecce sunt, conviviae, in quibus Socratem laudo, et contra, quae ei vitio verto, immiscens, etiam vobis dixi, in quibus me injuriose tractavit. Et sane, non ego solus haecce ab eo passus sum, sed et Charmides Glauconis, et Euthydemus Deoclis filius, et alii permulti, quos ille sub amatoris specie ita decepit, ut amator amasius magis exstiterit quam amator; quae quidem et tibi dico, o Agathon, ne simili modo ab illo decipiaris, sed a nostro periculo edoctus, tibi caveas, neque, ut est in proverbio: accepto incommodo stultorum in modum sapias (1).*

Haec quae maximā cum modestiā proferebat Alcibiades, ita ut delicatis ipsis auribus non laedant, satis mihi indicare videntur, quale habuerit in scribendo Symposio propositum Plato. Socrates cum dicendi vices ad se pervenissent, suam artem amatoriam tradit; Alcibiades eum reverā illam artem coluisse ostendit, atque tamquam philosophi amatoris exemplar exhibet. Non solum autem haecce tradit; sed imprimis memorat, quomodo ipse  
ab

(1) Symp. p. 222. B.

ab eo deceptus sit. Se enim, libidinis gratia Socratem suam familiaritatem quaerere, opinatum fuisse, dicit, longe alia autem expertum fuisse, quippe qui Socratem omnino inexpugnabilem cognovisset. Accusat eum ergo ὑβρέως *spretae injuriæ formæ* ante convivas judices, δίκασαι γὰρ ἔστε τῆς Σωκράτους ὑπερηφάνιας dicit (1), atque etiam Agathonem cavere jubet, ne eodem modo decipiatur. Si porro his adjungamus præclaram Socratis innocentiae affirmationem atque ardorem, quo ejus temperantiam, constantiam, atque abstinenciam prædicet, et si reputemus hæc omnia majorem orationis efficere partem, equidem abesse non possum, quin *hypothesin nostram veram* ducam, ita ut, si rumor de Socratis famâ non affuerit, neque Plato eum in Symposio refellere voluerit, plane inops consilii sim neque Alcibiadis orationem explicare possim.

Sed non hæc unica sunt, Amicissime! quae ex Alcibiadis oratione nobis afferre licet. Omnis præterea orationis ratio, verborum constructio, singulaeque dictiones tam singulares sunt, ut indicare videantur, huic dialogi *partis proprium quoddam consilium inesse*. Ipsa etiam Alcibiadis ebrietas non sine causâ videtur, ut nempe ejus verbis majorem probabilitatem faceret, atque venia ei esset, quâ omnia liberius proferre posset. Quamvis

vis

(1) Symp p. 219. C.



vis, ebrius sit, tamen omni modo sibi fidem parare studet. Τάληθῃ ἔρω, dicit initio Socrati . . . . ἔάν τι μὴ ἀληθὲς λέγω, μεταξὺ ἐπιλαβῶ, ἂν βούλῃ, καὶ εἰπέ ὅτι τῶτο ψεύδομαι. ἕκων γὰρ εἶναι οὐδὲν ψεύσομαι (1). — Tales affirmationes, se verum dicturum, saepius repetit. Inprimis etiam notanda sunt, quae dicit, priusquam intimam suam familiaritatem describit. Quae hactenus dicta sunt, inquit, sine rubore proferri possunt, quae vero sequuntur, non prius audietis, quam proverbium, δῖνος ἄνευ τῆ παίδων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής (2). Injustum praeterea esset in Socratis laudatione, superbum illud et pervicax ejus factum praeterire. Ad haec simili modo affectus sum, ac ii, qui morsi sunt a viperis. Dicuntur enim illi non alii cuidam dicere velle, quomodo se habeant, quam ei, qui idem passus sit. Phaedrum autem, Agathonem Eryximachum, Pausaniam, Aristodemum et Aristophanem videns, libenter narro, quomodo affectus fuerim in Socratem. Vos omnes enim participes fuistis illius ex philosopho furoris bacchatique estis. Omnes ideo audietis; οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλος τε καὶ ἀγροῖκος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὤτιν ἐπίθεσθε. *Famuli vero, et si quis alius adsit profanus, sive agrestis permagnas auribus imponant fores* (3). Hic totus locus omni-

(1) Symp. p. 215. A.

(2) Symp. p. 217. E.

(3) Symp. p. 218. B.

no mysteria redolet atque indicat, sequentia esse magni momenti, quasi nemini, nisi initiatis, fanda, in quae Plato imprimis lectorum attentionem movere voluisse videtur. Illa sequentia nunc continent praeclaram illam magistri sui innocentiae affirmationem, quae ergo omnium in toto dialogo maximum pondus mihi habere videntur.

Hisce nunc omnibus, quae ad nostram Hypothesin probandam adhuc disputavimus, bene consideratis, non abesse possum quin eam omnium, quas inveni hac de re sententias, verisimillimam putem; quaproptet eam assumo. Haecce igitur est mea sententia: Platonis in scribendo Symposio fuisse *propositum, ut suspicionem impuri amoris, quae in populo ferebatur, cuique ipse fortasse in vitus ansam dederat, a Socrate abstergeret.*

*Sophon.* Satis mirari tua verba nequeo; digna enim te et Platone locutus es, Amice! Copiose omnino et dilucide tuam explicuisti Hypothesin, ita ut hanc sententiam, quae mihi antea, quippe modo paucis ab Antonio in nostro convivio prolata, inanis videbatur, nunc omnium probabilissimam habeam. *Philopl.* Nonne et veram eam dicis? *Sophon.* Minime. Jam enim tecum facio, quod nullam hac in re sententiam nobis veram dicere liceat, ea vero assumenda sit, quae verisimillima videatur. Haecce multo aptior inquirendi ratio. Nam, si verum velimus, statim unum assumendum est, si autem verisimilitudinem sequamur, varias  
de

de quâdam re sententias videntes, nullam temerè rejicimus, sed investigantes, quae in unâquâque sententiâ, pro et contra dici possint, eam assumimus, pro quâ plurima, et contra quam paucissima invenimus, sive eam, quae nobis veritati proxima videtur. Sic et tu potissimum in Platonis Symposii propositum inquisivisti; ego vero, unicùm verum volens, inepte me gessi. — *Philopl.* Nunc sane inepte te geris, Amice! tua autem sententia mihi minime inepta videtur. *Sophron.* Num eam igitur probabilem putas? *Philopl.* Omnino, si eam modo magis explicemus. Ex solo enim dialogi argumento propositum derivasti; nullam autem rerum externarum rationem habuisti, quod maxime opus fuerat. Si enim in universo de scriptorum in libris suis propositis quaeramus, patet *eos vel aliis, vel sibi ipsis prodesse voluisse*; quod si ad Symposium transferamus, dicere nobis licet, Platonem in eo aliis hominibus prodesse voluisse. Inquirendum igitur est, *quibus*, et deinde *quâ in re* prodesse voluerit; quapropter quam maxime ratio est habenda externarum rerum, sive temporis, quo vixit Plato, atque aliarum opportunitatum. Si autem ex solo libri alicujus argumento auctoris propositum derivemus, nullum aliud invenire possumus, quam, *ut argumentum illud tradere voluerit*. Facile id est dictu, non autem rem explicat. Nam eâdem formulâ nobis de omni re utilicet, *v. c. ego facio aliquam rem, ut eam faciam*; ego  
 pro-



*profero sententiam, ut eam proferam, sic et: Plato eo proposito vim et naturam amoris in Symposio descripsit, ut eas describeret; est explicatio, quae in se ipsam redit. Si autem nunc tuam de dialogi argumento inquisitionem ulterius explicemus, atque ad eam externas res adhibeamus, sine dubio non improbabilem assequemur sententiam. Sophron. Plane mirum mihi videtur, Amicissime! quod nunc meam, magis explicatam, sententiam probabilem dicas, quamvis modo aliam longe a meâ diversam sententiam protulisti. Philopl. Non amplius tibi mirum futurum spero, si prius explicavero, cujusmodi sit meum propositum.*

Omnia enim, quae in Symposio tractantur, quamvis quandam cognationem inter se habere videantur, tamen ad id non eo modo referri possunt, ut Socratis Apologia unicum Platonis sit propositum. Vidimus modo hoc propositum inprimis in Alcibiadis oratione apparere, ad quam ceteras orationes quodammodo referre tentavimus, ita ut his *indirecte* indicetur, et quasi praepararetur, quod in illâ *directe* affirmatur. Caeterae illae orationes tam praeclarae sunt, ut injuriam nos facere crederem, si Platonem illas tantummodo eo consilio adjecisse putaremus, ut lectorum animos praepararet ad Socratis Apologiam. Imo probabilius mihi videtur, alia praeterea eum in his habuisse consilia, quae cum dicto proposito conjungebat. Haecce sine dubio ex ipso dialogi argumento proxime deri-

van-

vanda sunt; quam investigandi rationem tu tenuisti. Videamus igitur de argumento.

Quamvis convivae ex pacto omnes unam eandemque rem, amorem nempe, tractent, tamen ob magnam dicentium varietatem, quorum quisque suo modo munere fungitur, varium argumentum primo aspectu deprehendere nobis videmur. Cum autem dialogum accuratius contemplerur, unum quidem finem omnibus inesse agnoscimus, qui tamen nobis non sufficit, ut omnia inde explicemus. Inquirendum igitur de aliis finibus. — Duos potissimum tractandi modos, duasque partes in Symposio reperimus, unde cum diversi in iis fines conspiciantur, duo etiam proposita, praeter illud de quo vidimus, derivamus.

Prima pars contineri mihi videtur tribus prioribus orationibus, cum unam eandemque rem, *amorem* scilicet *popularem*, in his tractari videam. De hujus amoris origine ac ratione jam supra dixi. Ad civitatem pertinebat, ejusque salutem quidem quam maxime promovebat, simul autem turpi libidini uberrimam ansam dabat, ita ut quasi duo existerent amores, ratione fere similes, effectibus autem plane diversi. Hi amores, cum unâ crescerent, et a plerisque quodammodo confunderentur, maximum damnum, tum singulis civibus, tum reipublicae afferebant. Philosophia huic malo medicinam admovebat, imo illud expellere ac delere studuit: „suscepit autem eo modo,  
„ qui

„ qui et ipsam deceret, et hominis conveniret natura. Nam extirpare non studuit in hominum animis amorem, quod frustra tentasset, et pessimo eventu, sed convertit eum a rebus turpibus et abjectis ad pulchra, honesta, decora” (1), quod summâ ope nisus est Socrates, et Plato in Symposio voluisse videtur, et quidem in primâ ejus parte. Phaedrus enim ibi popularem laudat amorem, et jure. Efficacissimus scilicet erat ad reipublicae salutem promovendam, atque damnum unice inde oriebatur, quod pravo instituebatur modo. Opus igitur erat Platoni, ut modum indicaret, quo instituendus esset amor. Hocce munere fungitur Pausanias. Distinguit enim accuratissime utriusque amoris rationem, quam distinctionem probat Eryximachus ex aliis rebus. Tres priores igitur Amorem tractant popularem, et quidem eo modo, ut purus amor ab iis laudetur, hominibusque commendetur, impurus vero vituperetur; quapropter hocce Platonis in iis mihi consilium fuisse videtur, ut *aequales suos a turpi ad honestum converteret amorem.*

Altera, de quâ diximus, pars longe alium habet finem. Continetur haec orationibus Aristophanis, Agathonis, Socratis et Alcibiadis, in quibus longe alius dicendi, argumentandique modus reperitur. Non commendatur neque vituperatur Amor, sed

(1) Verba sunt viri cl. van Heusde, P. I. p. 106.



sed inquiritur, quid tandem sit. Agathon atque Aristophanes de Amore exponunt, qui inter homines existit; Socrates autem amantibus per pulcra ad immortalitatem viam ostendit, sive ἐρωτικά sua tradit, dum Alcibiades narret, quomodo ea ad homines accommodaverit. Quapropter, ut prior pars ad morum doctrinam, sic haec ad philosophiam mihi pertinere videtur, atque Platonis in eâ quasi tertium consilium fuisse puto: ut *philosophiam pulcri explicaret, et sic viam pararet philosophiae veri.*

*Sophon.* Sublime omnino mihi hocce videtur consilium, nondum autem plane percipio, cum tu haecce postrema arctioribus verbis complexus sis. Ut ea mihi magis explices, te rogarem, nisi jam domum abeundi tempus esset. *Philopl.* Sedem teneas, Amicissime! nisi tibi, mihi saltem non molestum, quaedam adhuc disserere. Nondum enim absoluta hodierna quaestio. — Non miror postremum propositum te non plane percipere. Id autem nunc explicare, longius foret, neque ad hanc quaestionis partem, quae tantum est de proposito, pertinet. De eo verbo monuisse, sufficiat. Si autem tibi placeat, ceteras duas partes, eodem modo tractabimus, unde fore spero, ut postrema tibi satis clara fiant. *Sophon.* Lubentissime etiam cetera audibo. Quod autem ad propositum attinet, dixisti, ni fallor, nondum absolutam esse quaestionem. *Philopl.* Non plane.

Tria

Tria enim potissimum proposita ex Symposio effecimus. Primum scilicet, quod *primarium* dicimus, ut *suspicionem impuri Amoris a Socrate abstergeret*, quandoquidem posterioris aetatis testes timonia et accusationes satis indicent, Socratem minime ab omnibus tam sanctum habitum fuisse, quam Plato eum descripsit. Suspicionem autem talem fuisse diximus, ut illaesa modestia non directe eam refutare posset; unde effecimus, Platonem dialogum scribere debuisse variis argumentis, cui Socratis Apologia, quasi temere adderetur. Ejusmodi esse Symposium, cujus argumentum, amor, non quidem ad Socratis defensionem pertinet, ab ea contra non plane alienum est. Commode igitur eum alia, quasi *secundaria proposita* primario adjunxisse, quae modo ex argumento derivare tentavimus. Hisce paucis igitur totum complecti possumus: *Platonem eo consilio scripsisse Symposium, ut suspicionem illam impuri amoris a Socrate abstergeret; cum id autem optime indirecte fieret, eum alia consilia huic adjunxisse, nempe, ut aequales ab impuro amore, ad sanctum converteret, et ut philosophiam pulcrit explicaret atque sic viam pararet philosophiae veri.* — Illud *primarium* propositum, haecce *secundaria* vocamus.

*Sophon.* Omnino probabilis mihi haecce videtur conclusio atque tibi libenter concedo, tria illa, quae dixisti, proposita in Symposio inveniri. Nondum autem video, quare unum altero sit majus.

Eo-

Eodem jure statuere nobis licet, Platonem Atheniensium mores in Symposio emendare sive depulcro agere voluisse, tum vero, cum Socratem illâ suspitione agitatum videret, atque simul de amore ageret, quasi fortuito adjunxisse Socratis Apologiam. *Philopl.* Non difficile est, hisce objectionibus respondere, amice! difficillimum autem, certo definire, quid Platonem primo ad Symposium scribendum incitaverit, sive, quodnam in animo habuerit propositum, cum Symposium scripturus stilum sumeret. Primarium autem propositum ideo Socratis Apologiam dixi, quoniam omnia aliquatenus ad hocce referri possunt; quod in aliis propositis non obtinet. Nam neque in Aristophanis, neque in Alcibiadis orationibus quidquam invenire potui, quod ad Atheniensium mores emendandos faceret, neque in Phaedri encomio quidquam, quod ad pulcri scientiam pertineret. Praeterea ex omnibus, quae Platonis supersunt, patet, eum ante omnia praeceptorem suum Socratem dilexisse, illumque pene divino honore semper celebrare, quapropter omnino probabile est, eum, cum illius famam diminutam videret, non solum primarium habuisse consilium, ut magistrum suum defenderet, sed praeterea id primo, cum incitasse, ad Symposium scribendum, ita ut, cum dialogum illum scripturus consideret, jam propositum illud primarium in mente habuerit, ut *Socratem liberaret ab impuri Amoris suspitione.*

Haec.



Haecce sunt, amicissime! quae mihi, tum ex ipso Symposio, tum ex temporis ratione, atque opportunitatibus, adhibitis aliorum sententiis, de *proposito* maxime probabilia visa sunt.

*Sophron.* Tecum plane consentio, atque gratias ago, quod tuam mihi exposuisti sententiam. Difficillimum enim ex tantâ sententiarum varietate unam eligere, difficilius etiam eam, ut certam assumere, cum Symposii argumentum tam varium sit, ut alio loco aliud videatur, ex omnibus tamen unus quidam finis eluceat. Cum vero nunc tandem opus absolutum videam, domum abibo; jam diu enim tempus est. Prius autem te admonitum volo, ut, quod promisisti, eodem modo cetera agamus. Semper enim de Platone, vel ipsum disserere, vel alium audire disserentem mihi gratissimum est. *Philo-*  
*platon.* Etiam mihi ante omnia gratum; lubentissime igitur unâ tecum, quae ex quaestione restant, tractabo et quidem, si tibi placet, proximo die secundam ejus partem.

Placuit hocce amico meo, qui per ferias meam urbem patriam visitabat. Domum ille abiit, (jam erat mediâ nocte) ego vero cubitum ivi, multa de eo, multaque de Platone cogitans.

## DIALOGUS SECUNDUS.

QUAE DIALOGI RATIO ET PROGRESSIO EST  
IN ARGUMENTO EXPLICANDO?

*Philoplaton.* Opportune appares, Amicissime! Jamjam enim litteras consignavi, quas mihi scribere necesse erat. Num bene dormivisti? *Sophronius.* Modice; Symposii propositum enim mihi in animo versans somnum abstulit. Eo magis autem hodiernum sermonem desidero. *Philopl.* Concedamus in hortum. Grator scilicet erit sermo sub divo in medio naturae templo; liberius ibi sese extollit animus ac per immensum vagatur, quod et bene noverunt veteres. Non enim in obscura sese abdidit conclavia, sed in hortis adeo atque villis et porticibus scholas habebant. Cur igitur non imitemur illos veteres? Habemus quidem non Ilissi lymphas, neque platanos, patulis

lis diffusas ramis, neque fagorum tegmina, neque Italiae Graeciaeve temperiem. Sed non invidio. Nobis enim sunt tiliae, castanaeque molles, graminaque jucunda, in quibus satis recubare atque confabulari nobis licet, et, quod maximum est, habemus libertatem, Musarum alumnam. . . . Sed, ecce! jam, quo tendimus, pervenimus. Resideamus hic sub hujus castanae umbrâ. Propositum, quod in scribendo Symposio Plato habuisse videtur, hesterno die satis contemplati sumus, nonne? *Sophron.* Satis. *Philopl.* Videamus nunc de secundâ quaestionis parte, nempe *de dialogi ratione, atque progressionem in argumento explicando.* Prius autem te rogatum velim, quid tibi hâc de secundâ quaestionis parte videatur. Certe enim eam vidisti, ac mente volvisti. *Sophron.* Vidi, non autem plane percepi. Quid velint Viri Amplissimi verbis illis *progressione in argumento explicando,* satis perspicuum; quid vero significet *ratio dialogi,* non aequè apertum. Latissimam enim significationem habet vox *ratio.* — *Philopl.* Prius et ego hoc rebar incertus. Tandem autem incidi in eam notionem, quam vide! an ipse sis probaturus. Nam mihi quidem certissima videtur. Reputabam igitur mecum in unâquâque scriptione duas esse res, argumentum ac formam. Argumentum esse illud, quod libro continetur, formam autem modum, quo argumentum proponitur. Modum illum sive formam proprio vocabulo, *dialogi rationem*



nobis vocare licet; quapropter Viri Amplissimi recte id in quaestione posuisse mihi videntur, cum illo modus denotetur, quo Plato notiones suas de amore, aliisque, quae Symposio continentur, proposuit. Duobus igitur verbis, *argumentum* et *ratione* dialogi omnia significantur, quae de ipso dialogo dicenda sunt. — *Sophon.* Nunc equidem plane percipio. Sed attendas, si placet, doctissime! superesse tertiam quaestionis partem. Si hæc omnia complectaris, quae de dialogo dicenda sunt, quid tibi observandum restabit de *explicationis conclusione*? Nisi maxime fallor, nunc in errore versaris. *Philopl.* Minime, amicissime! sed et tu attendas quid dixerim. Observavi duas esse res, argumentum et formam, quibus omnia continentur, quae de ipso dialogo dicenda sunt. Nonne et alia sunt, quae quidem non in ipso dialogo reperiuntur, verum ad eum pertinent, quippe quae ex eo deriventur et concludantur? Nonne ejusmodi est propositum dialogi? Ejusdem generis nunc est *totius conclusio*. Est quidem arctissime cum argumento conjuncta, sed tamen ab eo diversa; continet enim argumenti *doctrinam*, sive id, quod ex eo concluditur. Continere igitur mihi videtur quaestio paucissimis verbis integram Symposii expositionem; quaeruntur enim Platonis in eo *propositum*, ipsius *ratio*, in *argumento explicando progressio* atque postremo loco *totius conclusio*. — De *proposito* absolvimus; nunc de *ratione*, et *progressione*

nobis agendum est, quod eo modo faciemus, ut primo totum percurramus dialogum, quae opus videantur explicantes atque enarrantes, unde dialogi ratio satis patebit; tum vero de progressionem in argumento explicando videamus, quae ut eadem attentione atque benignitate, quâ heri usus es, audias oro rogoque. *Sophon.* Non opus tibi meam implorare attentionem. Jam gaudio effector, cum de Platone sermonem futurum videam; imprimis autem nunc, cum te non imparatum venisse videam. *Philopl.* Quae de hac parte perscripti, mecum habeo; aptius enim putavi legendo hanc materiam tractare. Spero autem fore, ut non minus lectione, quam confabulatione delecteris. Incipiamus igitur, nonne? — *Sophon.* Incipias. — *Philopl.* „ Omnium consensu Symposium, inter praestantissimos, quos scripsit Plato, dialogos collocatur, atque jure id fieri videtur, tum ob argumenti sublimitatem, tum imprimis ob formae elegantiam. Ab omni parte enim tantâ arte, tantoque orationis ornatu, atque perspicuitate elaboratus est, ut nihil in eo inventum iri credam, non solum quod reprehendas, sed et quod non optimum putes. Differre autem illum formâ et argumentum tractandi ratione a ceteris dialogis, docet id, quod in titulo perscriptum est, *Symposium*. Non enim rem in eo propositam invenimus, de quâ interrogando confabulatur Socrates, neque est rivi cujusdam ripa, neque forum, quo conveniebant dis-

discipuli, ut vel ipsi cum Socrate dissererent vel alios disserentes audirent, dialogi locus; sed varii convivae in lauto convivio, quisque suum *ἔρᾶνον*, *Symbolum*, ad delectationem conferunt, atque invicem Amorem celebrant. Dialogus igitur tantum constat ex sermonibus continuis convivarum, inter quos Socrates non primum, sed modum parem obtinet locum. „Sermones illi ex consuetudine repetendi explicandique videntur carminum convivialium. Apud Athenaeum (1) tria eorum genera censentur, quorum primum est, quod canebant omnes simul, secundum quod sua quique vice singuli, tertium quod soli canebant solertiores. Postremum genus ea continebat carmina, quae proprie *σκληρα* dicuntur. Habebant illa vel sententiam quamdam praeclaram vel vitae praecepta, vel patriae spirabant amorem et tyrannidis odium, uti celebratissimum illud in Harmodium et Aristogitonem. Plerisque autem talibus carminibus amor celebrabatur:” (2). Non mirum igitur veteres philosophos Symposia scripsisse, neque, Platonem id fecisse (3).

Dia-

(1) XV. 694. A. B.

(2) Verba sunt Clar. Vir. van Heusde, Init. p. 193, ubi fusi-  
us hac de re.(3) Non pauca ferebantur veteri aevo Symposia. Praeter hoc-  
ce et Xenophontis convivium, recensentur similia Epicuri,  
Aristotelis, Heraclidi cujusdam, Melagri, atque. Cf. Wolfii,  
Introd. ad Plat. Symp. p. 50.



Dialogus est historia convivii. Non enim personae loquentes inducuntur, sed, quae illi dixerant, narrantur ab Apollodoro amicis quibusdam. Partim igitur *narratur*, partim *agitur* res. Sed potius de ipso dialogo videamus.

Initium sumitur e medio sermone. Apollodorus enim, ex quo amici quidam convivium Agathonis percontati erant, putat se de eo non omnino ἀμελέτητον esse; nuperrime enim, cum iter Phaleris Athenas faceret, eandem rem Glauconi se narrasse. Grato animo igitur se narraturum, promittit; praeter modum enim delectari, cum sermones de philosophiâ sive ipsum habere, sive ab aliis audire sibi liceat. Ipsum autem convivio non interfuisse, sed, quae sciat, ex Aristodemo audivisse. Hujus igitur verba deinceps ab eo traduntur. — Aristodemum igitur, cum Socrates praeter consuetudinem lautus calceatusque ei obvius fieret, eum rogasse, quo tam elegans iret? — In convivium apud Agathonem, dixisse Socratem, heri propter multitudinem venire nolui, hodie autem me affuturum promisi. Visne vero tu, quamvis non invitatus, mecum pergere? — Equidem, se respondisse, si tibi videtur. Simul igitur iter fecisse. Socratem autem tardius incessisse, eumque procedere iussisse, quo, cum ad Agathonis aedes venisset, miram rem se passum esse, dicit Aristodemus. Puerum enim se repente in cubiculum duxisse, ubi jam ceteri aderant convivae. Se autem respexisse,

ac nusquam gentium Socratem vidisse. Agathonem tamen se, quamvis non vocatum, liberaliter excepisse, tum de Socrate misisse, qui in proximo vestibulo substiterat, cogitationi intentus, ut mos ei erat, venire autem volebat. Quo facto se coenare coepisse, Socrate adhuc manente. Postea autem, inquit, mediâ ferme coenâ venit, et proxime Agathonem accubuit. Coenâ peractâ, libant convivae, et, cum paeanem cecinissent, ceteraque fecissent, quae mos ferebat, ad potum se conferunt. Inde Pausanias, se ex hesterno potu potius requiem, quam nova pocula quaerere, dicit; quapropter se monere amicos, ut aliquo pacto sine ullo incommodo biberent. Consentit Aristophanes, se etiam ex numero madidorum esse dicens, ceterique sequuntur, cum Eryximachus medicus docuisset, ebrietatem noxiam esse hominibus. Deinde idem iterum convivis proponit; dimittant tibicinam, ut sibi ipsi, vel aliis, si vellet, caneret; tum terant tempus sermonibus et quidem in laudem Amoris. Non vero est mea causa, inquit, quam ago, sed Phaedri, ille enim saepenumero coram me moleste tulit, in alios deos a poetis complures confectos esse hymnos, Amorem vero, talem ac tantum Deum, ad hunc usque diem, non ullum usquam hominum encomio celebrare ausum esse, sed Deum adhuc parvi fieri; quod jure indignatus est Phaedrus. Cupio igitur, nos ei morem gerere. Dicamus, si et vobis ita videatur, invicem in Amoris laudem, quam pul-

pulcherrime quisque possit. Primus autem dicat Phaedrus, cum et primus accumbat, et pater sit sermonis. Nemo tibi hoc abnegabit, o Eryximache! dixit Socrates, equidem renuere non possem, quippe qui nihil aliud scire mihi vindicem, quam τὰ ἐρωτικά, neque ceteri repugnabunt; quae cum dixisset, omnes assentire. Aristodemum autem, (ajebat Apollodorus) non omnia recordari, quae quisque dixisset, neque se, quae ille, se autem quae posset narraturum. Primo loco igitur (pergit Apollodorus) inde fere initium dicendi fecisse Phaedrum, magnum esse Deum Amorem atque admirabilem hominibus et Diis, multis in aliis rebus, imprimis autem in rerum origine. Inter antiquissimos eum esse deos, cum nemo unquam ejus ortum celebraverit. Nam Hesiodum dicere, primo chaos fuisse, deinde spatiosam terram, tum vero Amorem exstitisse, idemque perhibere Parmenidem, Acusilaumque (1).

Ut autem nos, Amicissime! hocce Amoris in rerum origine munus bene percipiamus, attendamus necesse est, ad veterum rationem. Formabant enim, sive, quam initio habuissent, puram Dei cognitionem amisissent, sive ejus adhuc umbram retinuissent, sibi ipsi Deos, et quidem quisque suo modo. Inde illa Deorum in antiquitate diversitas! Plerumque autem naturae vires salu-

ta-

(.) Symp. 137. A. B.



tares, visus terribiles, Numinum effectus et quasi signa habebant; non raro etiam ipsas illas vires Deos nuncupabant. Hujusmodi Deus etiam Amor fuisse videtur. Tribuebant ei conjunctionis istum appetitum, qui tum in hominum animis, tum in rerum naturâ conspicitur, cujusque admirabilis in mundi origine operis modo mentionem fecit Phaedrus. Ex vulgari enim, quae per omnem fere viguit antiquitatem, opinione, ante Coelum et Terram fuit Chaos, rudis indigestaque moles, materia sine formâ, iners. Tum, ecce! existit Amor et statim separabantur, conjungebanturque singulae minutae particulae appetitu illo (*vi chemicâ* hodierni dicerent), et jam erat mundus formatus, quem videmus. Quid mirum igitur, et philosophos et poetas concertasse in hocce Amoris opere celebrando! (1). — Sed non tantum in mundi formatione ejus vis conspicitur, sed nos homines eam adhuc experimur. Nam pergit Phaedrus:

Ut autem veterrimus est Deorum, ita maximorum bonorum nobis auctor est. Nam juveni quid magis uberiusque prosit quam amator bonus, vel amatori quam bonus amasius, equidem non reperio. Quod enim ducere debet homines per totam

(1) Cf. hac de re Viri Clar. van Heusde, Init. I. p. 108. Nobis sufficiat unum locum attulisse Aristotelis, Metaph. I. 4. ubi, postquam modo a Phaedro laudatos memoraverat Hesiodi Parmenidisque versus; dicit: ὡς δέον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τινὰ κίττιαν, ἣτις κινήσει καὶ ξυνέξει τὰ πράγματα.

tam vitam, quotquot quidem honeste sunt victuri, illud, nec genus, nec honores, nec divitiae, nec alia qualiacunque, tam praeclare possunt efficere, quam Amor. Quid autem illud dico? Τὴν ἐπὶ μὲν τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς Φιλοτιμίαν. *Pudorem* dico in rebis turpibus, et in honestis *aemulationem*. Nam sine his nullo modo fieri potest, ut vel civitas vel civis magna et nobilia edat facinora. Statuo equidem, virum, qui amat, si turpe quid vel ipse peregissee deprehendatur vel passus ab alio per ignaviam non ultus esse, deprehensum in eo sive a patre, sive ab amicis, sive ab alio quolibet, haud tantum angi ac dolere, quantum ab amasio; et pariter amasium videmus tum erubescere maxime, quando in turpi negotio ab amatoribus sit conspectus. Si igitur quo pacto existere posset, vel civitas, vel exercitus amatorum, haud ratio est, quâ melius hi res suas ordinarent, quam abstinentes a turpibus omnibus et secum invicem aemulatione contendentes, et sane pugnantes unâ tales cives vincerent facile, pauci etiam numero, universos, ut ita dicam, homines. Ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπῶν τὰξιν ἢ ὄπλα ἀποβαλῶν ἤττου ἂν δῆπου δέξαίτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων, καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοῆθῆσαι κινδυνεύοντι, πρὸ τούτου τεθνάναι ἂν πολλακίς ἔλοιτο (1). *Amator enim ab amasio conspici vel ordi-*

(1) Symp. 178. C. 179. A.

*dines deserens, vel clypeum abiciens minus velit, quam a ceteris omnibus; et vero derelinquere in periculo amasium, vel laboranti non succurrere, praec hoc mori saepenumero malit*" (1).

Supra diximus (2) Phaedrum *quasi* confusam illam populi proposuisse notionem de amore, cujus tum eo loco mentionem fecimus. Non temere autem apposui *quasi*. Cavendum enim maxime, ne Platonem utrumque Amorem, et sanctum, et turpem, laudare voluisse putemus. Laudat tantum sanctum Amorem, *ἐνθαῦσιασμου* quoddam genus, quo civitatum rectores utebantur ad virtutem, tum bellicam, tum civilem promovendam. Amor existebat inter juniorem et seniore, quorum hic illum ad virtutem hortabatur, ille vero huic serviebat, quae servitus sola inter Graecos decora habebatur, atque jure. Miros enim effectus habebat, atque solam virtutem spectabat. — Ὅυδεις οὕτω κακός, dicit Phaedrus, ὄντινα οὐκ ἂν αὐτός ὁ Ἔρως ἐνθὲν ποιήσειε πρὸς ἀρετήν. Dolendum autem, hunc amorem obtentum praebuisse flagitiis istis turpibus, quo fiebat, ut idem amor turpis et honestus evaderet, vel potius duo existerent amores. Phaedrus tantum honestum amorem celebrat, non autem distinguit ab altero; qua in re *confusam* populi *notionem* proposuisse videtur.

Com-

(1) Verba haecce sunt Viri Clar. v. Heusde, Init. I. p. 108 sq.

(2) Pag. 30.



Commendat deinceps Phaedrus hominibus amorem. Dicit enim: Diis eum esse gratissimum; Alcestem nempe, quae sola pro marito mortem appetat, ex inferis esse remissam; Achillem vero, cum in ulciscendo Patroclo majus amoris documentum dedisset, in fortunatorum insulas esse permisum. Ex quibus omnibus concludit: Ἐρωτα θεῶν πρεσβύτατον καὶ τιμιώτατον καὶ κυριώτατον εἶναι εἰς ἀρετῆς καὶ εὐδαιμονίας κτήσιν ἀνθρώποις καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασι (1).

Eodem modo Amorem sine distinctione laudasse videntur alii quidam, quorum verba non meminerat Aristodemus. Eos ergo praetermittens Pausaniae orationem narrat. Reprehendit hic continuo Phaedrum.

Non pulcre tua oratio mihi processisse videtur, o Phaedre, inquit, quippe quae tam simpliciter amorem celebret. Si enim unus esset amor, bene sese haberet; nunc vero minime. Omnibus enim notum, duas esse Veneres, unam Urani filiam antiquiorem, alteram Jovis et Diones juniorem, quarum utraque Amorem comitem habet. Duo igitur etiam sunt Amores *εὐράνιος*, *caelestis*, unus, alter vero *πάνδημος*, *vulgaris*. Prius ergo nobis videndum, qualis sit uterque amor, ut inde pateat, quis laudem mereatur; quod etiam in aliis rebus opus est. Omnis enim actio per se neque honesta, neque turpis, sicut, quae nos nunc facimus, bibere, canere, colloqui, fit autem turpis sive honesta,

(1) Symp. 179. B. 150. B.

prouti turpiter siye honeste agatur. Sic et non quilibet amandi modus nec amor honestus et laudabilis, sed modo is, qui nos ad honeste amandum impellit (1).

Hisce praemissis Pausanias deinceps utriusque Amoris, quem jam distinxerat, modum describit, atque inquit, quinam amandi modus *honestus*, quinam *turpis sit*. Vulgaris enim Amor, inquit, ad viles pertinet homines. Amant tales potius feminas, quam mares, et quam possunt amentissimas, cum unice libidinem spectent. Qui vero caelestem sectantur Amorem, corporis pulcritudinem negligunt, mentis vero amplectuntur. Hi boni sunt, vulgares autem amatores, quippe turpe quid spectantes, amorem opprobrio exposuerunt, ita ut quidam dicere audeant, *turpe esse amatoribus morem gerere* (2).

Hancce suam sententiam, Amorem vulgarem *turpem*, caelestem vero *laudabilem* existere, deinceps probat ex legibus institutisque, quae Athenis vigeant. Quid enim in aliis civitatibus lex de amore statuatur, in promptu est; cum in Elide, apud Boeotos, et ubicunque homines sunt incultiores, sine distinctione constitutum sit, pulcrum esse amatoribus morem gerere; in Jonia contra et tota barbarâ regione turpia habeantur et *παρ-*

(1) Symp. 180. C. 181. A.

(2) Symp. 181. B. — 182. A.

δερᾶσις et litterarum gymnasticaeque studium. Non convenit enim regnantibus, magnos fieri subditis animos. Quid vero apud nos legibus sancitum sit, difficile est inventu. Pulcrius enim dicitur aperte, quam clanculum amare. Tum favent omnium cohortatio, atque lex tantopere amori, ut, quae in aliis summum dedecus putantur, amatoribus laudi habeantur; ex quibus nobis efficere liceret, pulcherrimum esse amorem. Cum vero contra patres filiis paedagogos adhibere videamus, ne cum amatoribus colloquantur, atque aequales, si tale quid perpetratum comperiant, id maxime reprehendere, rursus idem turpissimum haberi videtur in nostrâ civitate (1).

Patet igitur jam, idem Athenis obtinere, cum amor partim pulcher, partim turpis ibi existimetur; quod porro ex iis, quae praemiserat, explicat Pausanias. Dicit enim: quaenam vero hujus rei causa? Est illa, quam initio dixi, quod scilicet non simplex sit amor, neque per se turpis, neque honestus; sed si turpiter agatur, turpis, si honeste, honestus. Turpe quidem est improbo obsequi, honestum vero probo morem gerere. Improbis enim est vulgaris amator, corpus magis quam mentem amans, qui vero bonam spectat indolem amor, per vitam manet, utpote stabile quid amplectens. Hos nunc amores accurate a se invicem distingui, at-

(1) Symp. 182. B. — 183. D.



atque hunc promovere, illum extirpari vult lex nostra (1).

Ex hisce omnibus denique concludit: unam amandi gerendi morem honestam viam relinqui, αὐτῆ δὲ εἶσιν ἡ περὶ τὴν ἀρετὴν. Legibus enim nobis constitutum est, ut, si quis aliquem colat eo consilio, ut ab eo ad sapientiam sive aliam virtutis partem perducatur, id non turpe esse. Si igitur eo modo instituatur amor, ut ambo *virtutem* amandi finem habeant, honestus est; alias autem nullo modo. Nam οὗτος εἶσιν ὁ τῆς Οὐρανίας θεοῦ ἔρωσ καὶ οὐράνιος καὶ πολλοῦ ἀξίος καὶ πόλει καὶ ἰδιώταις, πολλὴν ἐπιμέλειαν ἀναγκάζων ποιεῖσθαι πρὸς ἀρετὴν τὸν τε ἐρῶντα αὐτὸν αὐτοῦ καὶ τὸν ἐρώμερον· οἱ δ' ἕτεροι πάντες τῆς ἐτέρας, τῆς πανδήμου (2).

Haecce omnia si nunc bene perpendamus, non difficile nobis erit agnoscere, quasnam partes Phaedrus, quasnam Pausanias agat, neque, ambos convenientissime suis partibus dicere. Priori enim amoris ad civitatis salutem effectum tributum videmus, rem maximâ laude dignam, cum cives amore quasi divino spiritu inflati, omnia privata commoda et pericula contemnant, unice vero bonum publicum spectent; quae omnia ille tanto ardore ac dicendi ornatu describit, ut ipse divino illo spiritu inflatus videatur. Pausaniae contra lon-

ge

(1) Symp. 183. D. — 184. C.

(2) Symp. 184. C. — 185. C.

ge alia res tractanda est. Ostendit enim ille non omnem amorem esse laudandum, atque inquit, quomodo instituendus erit ut laudem mereatur. Accurate omnino, et sedato animo hoc suo munere fungitur. Non laudat amorem, sed syllogisticâ ratione de eo inquit, ita ut quasi hypothesin praemittat, hanc ex experientiâ confirmet, ac tandem ex omnibus concludat. Si praeter ea ad viros ipsos respiciamus, qui hasce habent orationes, haud abesse possumus, quin admiremur Platonis ingenium. Est enim Phaedrus idem ille juvenis, flagrantissimâ audiendi habendique de amore sermones cupiditate imbutus, qui fortior ad Ilissum Socratem, nisi loqueretur, minitatus est. Quamvis mollis ac delicatus esset, atque medicorum consiliis ad valetudinem, non sine ipsius culpâ imbecillem, sustentandam opus haberet; erat tamen *σὸφος τὰ ἐρωτικά*. Lysiae Tisiaeque rhetorum praecepta magni faciebat, quod in oratione ejus satis apparet. Viget enim copiâ ornatuque dicendi, ac omnino tot splendidis ac fucatis, quippe pariter cadentibus similiterque sonantibus, verbis sese effert, ut jure eam *poëticam* dicamus (1). Aptissimus igitur et homo et oratio ei fini, cui Plato eum destinaverat, ut nempe amorem in promovendâ civitatis salute laudaret. Sed quidem ornate, non tamen aequè accurate rem suam

(1) Cf. G. Groen v. Prinsterer, *Prosop. Plat.* p. 216 sqq.

suam tractat; laudat enim amorem ἀπλῶς, quod reprehendit Pausanias, de quo non multum aliunde nobis notum est. Non comtā, sed omnino dilucidā ac distinctā utitur hic oratione, atque contemplatur et emendat, quae Phaedrus laudaverat. Non autem ea satis exposita sunt, nam, quod Pausanias inchoaverat, persequitur Eryximachus.

Dicendi vices ex ordine ad Aristophanem pervenerant; ille vero, quominus munere fungatur, singultu prohibetur ex nimio cibo potuque orto. Ad proximum igitur se convertit, ad Eryximachum medicum, atque ab eo postulat, ut vel singultum a se abstergeret, vel suā vice diceret. Ego vero, inquit Eryximachus, utrumque faciam; dicam enim tuo loco, tu postea meo; quod ad secundum attinet, contineas spiritum, vel aquā per lūas fauces, vel titillando rares sternuas, quo, si vel gravissimus est, cessabit singultus.”

Equidem, Sophroni! in eodem fere, quo Aristophanes, sum loco. Exarescit enim recitando mihi lingua, ita ut abluendi mihi copiam esse, velim. — Ecce! quam apportune puerum, vinum poculaque afferentem, video! Exoptate advenit, nam quamvis non ut Socrates, magnis par simphialis, tamen minime pocula modica odio habeo. — *Sophron.* Bibamus igitur. Per omne enim tempus vinum amabant litterarum studiosi. Illos saltem studiosos, qui Socratis scolas frequentabant,



bant, vinum non respuisse, ex Symposio satis apparet. — *Philopl.* Equidem credo, amicissime! si quis illos nobiscum comparare vellet, eum nos parcissimos reperturum. Sed et erant illi Socratis discipuli, καλόκαυθοι homines, qui non solum liberaliter studebant, sed etiam, si ita eveniret, liberaliter bibebant. Ad rem autem redeamus. Pervenimus ad Eryximachi encomium. Nonne? — *Sophon.* Pervenimus. — *Philopl.* Attendas ergo; „ Jam breviter Amoris in rerum origine mentionem fecerat Phaedrus, nunc vero Eryximachus ejus vim ad totam extendit naturam. Distinguit etiam duos amores, dicit enim: Pausaniam, quippe duplicem Amorem contemplantem, pulcre quidem initium fecisse, non vero item absolvisse. Non enim solum in hominum animis duplicem illam rationem observari, verum etiam in animalium corporibus, ac, ut uno verbo dicam, in toto mundo. Haecce se cognovisse ex medicâ suâ provinciâ.

Primo igitur in hominum corporibus duo distinguit sibi contraria το ὑγιές et τὸ νοσοῦν, quorum huic coelestem adscribit Amorem, illi vero vulgarem. Circa haec versatur medica ars. Debet igitur medicus duos illos amores bene noscere, atque illi gratificari, huic vero adversari, hunc alere, illum pellere inimica ac contraria inter sese permutando conjungendoque, quae omnia qui optime faciat, optimus est medicus. In *gymnasticâ*

et

et *agriculturâ* idem obtinet. *Musicam* vero nihil aliud esse, quam concentum variorum tonorum, qui antea contrarii nunc vero consentientes harmoniam constituent, quis nescit? In eâ autem harmoniâ nondum uterque amor conspicitur, sed modo cum ad homines adhibeatur, quod *παιδεία* vocatur. Hac in re etiam musica adhibenda est ut *κοσμιότεροι* fiant homines, *καὶ οὗτος ἔστιν ὁ καλός, ὁ οὐράνιος, ὁ τῆς Οὐρανιάδος Μούσης ἔρως* atque hic est pulcher ille, atque caelestis. *Uraniae Musae amor*; alter vero Polyhymniae amor, est *vulgaris* iste. Hic cum cautione adhibendus est hominibus, ut voluptatem quidem afferat, nullam vero intemperantiam pariat. Maximam quoque vim uterque amor in quadripartitâ anni tempestatum divisione exercet. Cum enim contraria illa, calida et frigida, sicca et humida temperate inter se commixta sint, affert illa commixtio, sive amor bonus, sanitatem hominibus, animalibus, ac plantis, omniaque bene sese habent. Cum vero alter tumidus dominetur amor, multa pereunt, ac corrumpuntur. Crebrae tum fiunt pestes, atque aegritudines bestiis ac plantis; ac simul pruinae, grandines, segetum rubigines ex malâ commixtione illorum contrariorum proveniunt. In religione eadem cernitur duplicis amoris vis. Omnis enim impietas inde existere solet, si quis non temperato gratificetur amori, alterum vero sequatur in officiis suis erga parentes

vivos atque mortuos, nec non erga Deos praestandis (1).

Proposuimus igitur breviter Eryximachi orationis argumentum, quod mirum nobis omnino videtur, quippe amorem ad omnia extendens. Si autem quaeramus, num, quae dixit ille, vel ipsius, vel Platonis, vel alius fuerit sententia, nobis ipsis respondendo imparibus, ad alios confugiamus necesse est. Astius dicit (2), Platonem hic spectare illud veterum physicorum et imprimis Heracliti placitum, qui elementa semper mutari statuit. Causam vero illius mutationis positam esse in duabus viribus contrariis, consensu et dissensu. Dissensus prior est, quo elementa invicem contra se excitantur, atque ita deinceps coeunt, ut consensus existat. Nec mirum hocce. Eryximachus enim ipsius Heracliti de musica sententiae, obscuris propositae verbis, mentionem facit (3) atque ulterius explicat. Dicit enim causam, qua varia ac contraria, tum in corporibus, tum in rerum natura, conjunguntur ac consensus ex dissensu existat, esse amorem, eundem fere ac illum, cuius jam supra ad Phaedri orationem mentionem fecimus, conjunctionis appetitum. Contraria autem illa in rerum natura conspiciere non

(1) Symp. 186. A. — 188. E.

(2) Cf. Wolfii annot. ad h. 1.

(3) Symp. 187. A.



difficile; sunt frigida et calida, acerba et dulcia, arida et humida, multaque alia, quae opposita inter se, conjunctionis appetitu sive amore conjunguntur, ita ut consensus ex dissensu existat. Non autem semper bene conjunctio instituitur; non raro in eâ pravus obtinet modus, qui omnia mala profert. Cum prius enim obtineat το ὑγιές in corporibus, τὸ κοσμικόν in musicae usu, et in religione εὐσεβεία existit; cum vero posterius, contraria, τὸ νοσοῦν, ἀκολασία, et ἀσεβεία oriuntur. Amor igitur etiam hic per se neque bonus neque malus, sed modo tum bonus malusve fit, cum bene maleve agatur, quapropter recte eosdem amores, quos modo Pausanias in hominum animis distinxerat, etiam in aliis rebus nunc distinguit Eryximachus; atque jure initio dixisse videtur; se illius sermoni finem imponere tentaturum esse (1). Qui vero illum amorem, quatenus ad homines accommodatur, tractat, (vocat enim hunc δημιουργόν,) utramque ejus *rationem* bene distinguere, atque malam pellere, bonae vero gratificari debet; quod maxime in re medicâ ac in musicâ usu venit. Jure igitur Plato hancce amoris in ceteris rebus distinctionem Eryximacho tribuisse videtur, quippe qui medicam artem exerceret; omnino etiam eleganter atque dilucide suis fungitur par-

(1) Symp. 186. A.

partibus, quapropter non exiguam mihi laudem mereri videtur Eryximachi oratio.

Non minus convenienter Aristophanes (1), cujus singultus cesserat, suas agit partes. Comicus enim ille poëta, atque omnia, quae dicit, tam comica sunt, ut Plato in hacce oratione quasi se ipsum superasse mihi videatur. — Sed videamus et quidem, ut ceteras, etiam hanc perscrutemur orationem, et quae possimus explicemus.

Incipit dicendo, se alio quodam modo, quam Pausaniam et Eryximachum Amorem celebraturum. Homines enim, ex ejus sententiâ, prorsus Amoris vim nesciunt, nam alias maxima ei parent templa, aras, sacrificia, cum sit ex omnibus Diis hominum amantissimus. Procurat enim homines, atque omnino eas res sanare studet, quae, si sanatae essent, maxima oriretur humano generi felicitas. Ego igitur vobis ejus vim explanare conabor, vos vero audietis. Prius autem vos de humanâ naturâ ejusque affectibus certiores ut faciam, necesse est.

Hisce praemissis, Aristophanes Amoris *originem*

ac

(1) Mirum quibusdam visum est, Platonem in Convivio, in quo Socrates non exiguum obtinebat locum, etiam Aristophani partes tribuisse. Inter hos enim viros odium intercessisse putant, cum ille hunc fabulâ suâ Nubibus in scenâ exagita-  
verit. Vid. hac de re Wolfii introd. ad Plat. Symp. p. 35.  
nec non Groen v. Prinsterer. Prosop. Plat. pag. 176. sqq.

ac *naturam* exponit, docetque, quid tandem sit Amor, unde ortus, et quâ in re se manifestum faciat. Est in hominum animis, igitur ex eorum ratione deducendus.

Erat enim, inquit, antiquo tempore nostra natura non, quae nunc est, bifaria, masculina et feminina; sed tria erant hominum genera, cum ad masculinum et femininum accederet tertium quoddam genus ex utroque mixtum, cuius nomen superest *ἀνδρόγυνον*. Praeterea humana forma erat integra ac rotunda, quippe instructa quatuor pedibus, totidem manibus, duabus vultibus, omnibusque ceteris membris, quibus hodie duo gaudent homines. Recte plerumque incedebat illa forma, cum vero celeritate opus esset, in circulum se volvebat, invicem pedibus manibusque innixa, quod cum octo fieret membris, incredibilis fere erat ejus celeritas. Sed non solum duplici celeritate gaudebant illi antiqui homines, verum etiam vires, prudentia, et cetera, quae hodierni simplicia habent, iis duplicia erant. Non mirum igitur, arroganter illos sese gessisse, imo in coelum ipsum ascendere atque Diis manus violentas injicere voluisse. Jupiter, si prius, cum Gigantes idem tentarent, trepidasset, nunc non minus timuit. Illico magnum Deorum concilium in Olympum convocavit, atque trepidanter consuluit. Non enim parva agebatur res, cum, si homines ut Gigantes fulmine deleret, nullum superesset mortalium



genus, a quo honores expectaret, neque contra eorum insolentia ferenda esset. Tandem, cum diu cogitabundi sedissent Dii, Jupiter se rationem invenisse dicit, quâ restingueret hominum procacitatem, simul sibi pararet majores honores. Dissecabo, inquit, istos, ut viribus imbecilliores sint, numero vero plures. Duabus tum incedent pedibus. Si vero eo statu nondum quietem agant, rursus dissecabo, ita ut uno pedetum subsultare cogantur. Quae cum dixisset, assentiebant ceteri Dii; Jupiter vero se ad homines convertit, omnesque eos sectione in duas separavit partes, ex quâ dissectione Amor exortus est. Nam ἐπειδὴ ἡ Φύσις δίχα ἐ-  
 τμήθη, ποθοῦν ἕκαστον τὸ ἡμισυ τὸ αὐτοῦ ξυνῆει.  
 Quamvis separati essent illi dimidiati homines, suâ sponte tamen ad se ferebantur, atque brachiis se invicem complexi continuo incedebant, nil de victu tantum de restauratione prioris naturae cogitantes. Moriebantur igitur fame. Jupiter autem, misericordiâ motus, huic malo medicinam attulit, quâ fiebat, ut se ad res gerendas vitaeque curam converterent. Ἐσι δὲ οὖν ἐκ τόσου ὁ ἔρωσ ἐμφυτος ἀλλήλων τοῖς ἀνθρώποις καὶ τῆς αρχαίας Φύσεως συναγογεύς, καὶ ἐπιχειρῶν ποιῆσαι ἓν ἐκ δυοῖν καὶ ἰάσασθαι τὴν Φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην. *Est nimirum ex eo tempore amor mutuus hominibus innatus, qui antiquam eorum naturam, unum ex duabus faciendo humanamque naturam sanando, restituere conatur* (1).

Vi-

(1) Symp. 189. C. — 191. D.

Vides igitur, Amice! qualis sit Amor ex Aristophanis sententiâ, nempe *restitutor humani generis*. *Sophron*. Omnium, quae in Symposio inveniuntur, encomiorum illud Aristophanis mihi maxime placet. Comice quidem, sed non minus accurate ac distincte sententiam suam proposuit poeta. Statim videmus, quid velit, cum veritas in fabulâ tam clara sit et quasi ante oculos posita, ut vix ac ne vix quidem quendam latere possit. Rejectis enim illis involucris, et fabulae coloribus ornamentisque, ad auditorum delectationem allatis, remanet amoris, qualis inter homines conspicitur, descriptio. Melius autem eam describere non potuit. Nam si illum nobis inditum amoris ardorem verbis definire voluisset, nihil aridius, frigidiusque excogitari potuisset. Nunc autem fabulae formâ sententiam suam exposuit, atque omnia, quae dixit, vivida sunt. Risum movent, sed simul veram amoris naturam tam clare ac distincte ostendunt, ut continuo eam agnoscamus. Omnia comicam habent formam.

Inprimis mihi placet Apollinis muneris descriptio. Illud caput ad sectionem convertere, cutem in nodum contrahere, ut mulieres apud nos marsupia conficiunt, atque illud rugas laevigare, quae ex contractione remanserant, sane ridicula sunt. Est Apollo quasi sutor, qui crepidam conficit. *Philopl.* Ridicula et mihi videntur; sed, quod

quod modo dicebas, fabulae sententiam interpretari tam facile esse, nondum tibi concedo. Videamus, quae clarissimus van Heusde hac de re dicat, in Initiis suis, pagina, ut credo, 119. — Libellus hic, si de Platone res est, semper mihi ad manus est. — Jam locum inveni; dicit enim:

„ Fabulas interpretari, quae apud Platonem occurrunt, difficillima sane res est. Nam uti nolumus illas accipere ut narrationes quasdam inanes, quibus puerorum instar oblectemur tantummodo, ita cavendum est maxime, ne iis sensum et significationem tribuamus a philosophi mente abhorrentem. Sed in ipsâ etiam exquirendâ auctoris mente et sententiâ facile committimus hocce, ut formâ neglectâ destituamus eas omni gratiâ et venustate imo vi maximâ, quae formâ, habitu, imagine unice exprimitur et veluti oculis proponitur. Quid igitur? In philosophiâ tradendâ Platonis enarrandae nobis tantummodo sunt, quae apud eum occurrunt, fabulae? Imo vero explicandae videntur, simul et illustrandae, sed ex ipsâ antiquitatis et Platonis ratione.” Cavendum igitur ne temere hanc explicemus fabulam. *Sophron*. Putasne igitur in eâ aliud quidquam contineri, quam amoris originem ac naturam. *Philopl*. Minime, tecum plane consentio. Non unice autem illa inde derivanda, ceteraque temere, tanquam ornatus causa addita, rejicienda mihi videntur; existi-



mo enim toti fabulae vim inesse Platoni propriam. Sed porro videamus, explicat enim ipse Aristophanes suam fabulam.

„Unusquisque nostrum, inquit, ergo non homo est, sed modo hominis dimidia pars, quippe qui dissectus sit, ita ut ex uno duo fierent. Quaerit nunc quisque suum alterum dimidium. Ideo, qui ex ἀνδρῶγυνου sectione orti sunt, viri mulieres amant, mulieres vero viros; quae autem dimidiae existunt partes antiquae mulieris, mulieres tantum quaerunt, atque eodem modo, qui ex sectione viri provenerunt, dum pueri sunt, a senioribus amari cupiunt, cum vero ipsi seniores sint facti, rursus pueros amant. Atque hi omnium optimi existunt homines; strenuissimi enim sunt naturâ, quare et ii, qui ad rempublicam gerendam se conferunt, tantum ex horum numero sunt. Naturâ conjugium respuunt sed legibus ad id coguntur, sufficit enim iis coelibes inter sese agere vitam.” — Venia sit verbis! Amiscissime! quibus rem tradidi. Oporteret quidem me, ut Socratem, coöperto dicere capite, atque Pudorem, ne irasceret, invocare. Sed pergam. „Talis igitur est amor, ex sectione illâ oriundus, priorem hominum naturam restituere conatur. Nam videmus, cum modo quis suum alterum dimidium videat, suumque σύμβολον in eo agnoscat, continuo impletur magno amore, amplectitur illud atque nihil aliud desiderat, nisi ut sem-

semper unâ sint, ita ut, si adstans cum instrumentis Vulcanus rogaret: quid vultis? homines! an rursus in unum conflari per me cupitis? hoc esset, quod peterent. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἰτιον, ὅτι ἡ ἀρχαία φύσις ἡμῶν ἦν αὐτὴ καὶ ἡμεν ὄλοι τοῦ ὄλοῦ οὖν τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ διώξει ἔρωσ ὄνομα. *Hujus enim causa in eo posita est, quod antiqua nostra natura eadem erat nosque integri eramus. Integritatis igitur cupidini ac venationi nomen Amoris inditum (1).*

En, Amicissime! jam Aristophanis etiam percurrimus orationem, atque vidimus, quinam in fabulâ lateat sensus. Explicat enim ipse auctor, cum primo loco nostrum priorem statum enarret, tum inde amorem derivet. Totam fabulam autem non ad nostrum pertinere aevum, sed unice ad Platonis tempora referendam esse, non nemo statim videt, cum, ut tria hominum genera, etiam tres in eâ distinguantur amandi rationes. Ex eo tempore igitur, atque ex totâ Platonis dicendi ratione explicanda est.

Est quaestio, num ex ingenio suo eam effinxerit, an ab aliis assunserit Plato? Prius minus probabile mihi videtur, cum tantâ perspicuitate confecta sit, atque omnino severiores contineat res, quam ut inanem fabulam, modo ad auditorum delectationem effinctam, putem. Praeterea an-

(1) Symp. 191. D. — 193. A.

tiquitatem plane redolet, atque cum veterum physicorum opinionibus convenit. Posterius igitur restat, fabulam nempe ab aliis mutuatum esse. Sed a quonam? Longam inquisitionem hoc loco instituere possemus, num antiquum physicorum placitum fuerit, vel ex Orphicis poëtis eam hauserit Plato, vel etiam num Mosaicam de mundi creatione narrationem ante oculos habuerit (1). Sed non opus est. Dicit enim Aristoteles in libro de *generatione animalium* (2). Ἐμπεδοκλῆς — Φησὶ ἐν τῷ ἄρῃνι καὶ ἐν τῷ θῆλει οἶον σύμβολον εἶναι, ὅλον δὲ ἀπ' οὐδετέρου ἀπιέναι, unde satis apparet, quod non primo a Platone excogitata sit sententia, quâ hominibus σύμβολον quoddam inesse statuitur, quo viso magno amore impleantur, sed omnino ante eum inter philosophos adfuisse. Quid mirum igitur, si hanc ante oculos habuerit Plato sententiam, atque fabulae formâ proposuerit, ut ita amoris indolem vivide explicaret. Ut id autem simul ridiculo modo fieret, Aristophani has partes tribuit; est enim hic idem ille poëta comicus, cujus fabulas nobis servavit aetas. Caveamus autem, ne, Platonem illam sententiam risui exponere voluisse, putemus. Bene enim hic distinguenda sunt *argumentum* ac *forma*; non enim res tractata, verum unice forma ridicula. Illa potius mi-

(1) Vid. Wolf. in introd. ad Plat. Symp. pag. 53.

(2) Arist. de gen. anim. l. 18. cf. loc. cit.



mihî severa videtur, gravis ac per se quasi obscura, cui ratione ridiculâ majorem lucem ac vitam addere voluit Plato. Non *καταγελάστω* *deridenda* se dicturum sperat Aristophanes, sed *γελοῖα* *ridicula*, quod lucro sibi esset, suaeque Musae conveniens (1). Aristophanes igitur, quamvis ridicule dixerit, tamen omnino rem severam tractasse mihi videtur, nempe amoris originem et indolem. Mira res nobis nonnunquam videtur amor atque jure; repente et ex improvise oritur, ac tantam in amantes exserit vim, ut tabescentes, morientes ipsos eos videamus. Hujus rei causam quaeramus, necesse est. Explicat eam Aristophanes, et quidem eo modo, ut rei obscurae plurimum lucis adspergat, quapropter non tantum res tractata mihi severa, sed et forma, quamvis ridicula, tamen excellentissima videtur, quippe quae naturae nostrae maxime conveniat (2). Aristophanes quidem proprie Amoris originem explicat, breviter autem simul ejus naturam attigit, quam nunc accuratius nobis exponet Agathon.

Cum enim dixisset comicus poëta, duo tantum

re-

(1) Symp. 189, A.

(2) Non praetermittendum hoc loco, quod Astius dicit in vitâ Platonis pag. 512. Platonem Satyri munus tribuisse Aristophani, quo in aliis dialogis fungitur ipse Socrates, ut nempe eo purior et integrior illius oratio prodiret. Eum ideo Phaedri, Pausaniae, Eryximachique orationes eorumque humiles de Amore sententias in suâ fabulâ ironiâ perstrinxisse.

relicti erant, sed ii viri graves, Agathon nempe et Socrates, ambo dicendi periti. Socrates autem se timere significat, Agathonem, qui prior dicturus erat, sibi nihil, de quo ageret, relicturum. Ille vero, ne expectationem auditorum nimis auget, rogat. Socrates rursus Agathonem laudat, donec tandem Phaedrus, qui pater erat sermonis, Agathonem, ut diceret, admonet. Incipit igitur ille.

Ego sane, inquit, prius dicere in animo habeo, quomodo celebrandus sit Amor, tum celebrare. Ceteri enim potius homines beatos praedicarunt, non Amorem laudarunt. Ego igitur prius exponam, qualis sit Amor, tum qualium rerum auctor. Est enim ille omnium deorum beatorum beatissimus, quippe qui pulcherrimus sit, atque optimus. Est praeterea natu minimus, cum senectutem quam maxime fugiat atque odio habeat, juvenibus autem semper adsit, quapropter non assensio Phaedro, qui eum antiquiorem, quam ipsum Japetum atque Saturnum dixit. Non solum autem juvenis, verum etiam tener. Solus Homerus Dei mollitiem depingere posset. Non enim in terrâ, neque per crania hominum incedit, sed in moribus, animisque humanis sedem suam ponit. Ad haec tenuitate omnia pervadit, elegantiam allicit.

Nunc de virtutibus ejus agendum. Quod maximum est, neque afficit, neque afficitur *injuriâ*,

unoquoque ei suâ sponte serviente. Voluptates vincit, atque appetitibus superior est, quare propria ei temperantia. Strenuitas etiam maxima in eo invenitur, quandoquidem ipse Mars ei succubuerit. Quid vero de ejus sapientiâ dicam. Nam non tantum nullus poëta sine eo, sed et in procreandis, alendisque bestiis, atque in artium dispositione summa ejus prudentia conspicitur. Amore scilicet incitante atque provehente Apollo medicinas atque vaticinia, Musae musicam, Vulcanus fabrilem artem, Minerva historiam, atque ipse Jupiter Deorum hominumque gubernationem invenerunt. Οὕτως ἐμολ̄ δοκεῖ, ὦ Φαίδρε, Ἔρως πρῶτος αὐτὸς ὢν κάλλιστος καὶ ἀριστος μετὰ τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἄλλων τοιοῦτων ἀτίος εἶναι. Ita mihi videtur, o Phaedre! Amor, cum prius ipse pulcherrimus sit atque optimus, ceteris deinde aliarum talium rerum auctorem esse. — Nam:

Ille Deus pacemque viris, pelagoque serenum,  
Et ventis praestat quietem, requiemque dolori,

In sacris atque choris nobis dux existit, simultatem depellit, comitatem affert. Et ut uno verbo dicam, deliciarum omnium atque elegantiae, venustatis, desiderii, studiique patrem, omnium rerum bonarum auctorem, mallarumque profligatorum nobis se praestat.

Haecce magno cum impetu, ac verborum ornatu protulit juvenis poëta, atque omnino ita in



iis exsultavit ejus ingenium, ut omnes convivae eadem mentis concitatione abrepti, plauderent atque uno ore clamarent, dignam eum et se ipso et Deo habuisse orationem.”

*Sophon.* Recte plausisse mihi videntur convivae, nam plane poetica erat Agathonis oratio, tantaque verborum copiâ splendens, ut statim in eâ agnoscamus poëticum ingenium. *Philopl.* Recte et tu, Amicissime! Agathonis encomium poëticum fuisse dicis; num autem Socratis respiciens verba illud plausu dignum esse, contendis? *Sophon.* Etiam Socrates Agathonis verba recte mihi refutasse videtur; quippe quae nimis fucata sint, atque Sophistarum arrogantiam redolent. Sed stat nihilominus Agathonis honor; poëta enim erat, cui ex communi dicto *mentiri fas est*; quare Socratis refutatio minime poëtae laudem diminuit. Convivas etiam reprehendere nolo, cum homines non *verum*, sed unice *pulcrum* laudent atque celebrent. Agathonem enim pulcre locutum esse, nemo negabit, quamvis etiam nihil veri in ejus verbis inveniat. *Philopl.* Caveas, Amicissime! ne Agathonis verba falsa esse putes; sed nobis tantum de eorum formâ res est. „Mirabiliter ejus ingenium et dicendi consuetudinem in illis ad veritatem expressit Plato. Nam poëtam eumque tragicum, non mediocrem, fuisse Agathonem ex ipso Symposio manifestum est, quippe quod victoriae causa celebraretur,

quam

quam *primâ* suâ tragoediâ reportaverat (1). Igitur sine dubio ei etiam *secunda*, fortasse et *tertia*, et *quarta* in tragoediarum certamine victoria fuit. Invida autem aetas nullam nobis earum tragoediarum servavit, ex quâ de ejus dicendi genere judicare possemus. Sed ab Aristophane dicitur (2), καλλιπής Ἀγαθῶν, atque ex fragmentis, quae ejus supersunt, eum grandibus uti solere verbis, satis apparet. Praeterea erat καλὸς τε κἀγαθὸς τὴν φύσιν τὴν δ' ἰδέαν πάνυ καλὸς (3), et in ipso juventutis versabatur flore. (4). Maxime idonea igitur ei tribuit Plato verba, atque non minus idoneas in partes. Laudat enim amorem. Aristophanes hujus originem fusius explicaverat, non autem item copiose de ejus *indole* ac *effectibus* egerat. Id nunc suscepit Agathon, magnâ cum fiducia, se de amoris *naturâ* et *effectibus* dicturum, praedicans, quod etiam tam pulcre perfecit, ut omnes plauderent convivae.

Etiam plaudebat, qui solus nondum dixerat, Socrates, dicit autem, se post οὕτω καλὸν καὶ παντοδαπὸν λόγον ῥηθέντα non copiam pulcre dicendi habere; καὶ τὰ μὲν ἄλλα θυχομοίως θαυμαστά· τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ κάλλους τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τίς

(1) Symp. 178. A.

(2) Thesmoph. v. 52.

(3) Protagoras pag. 315. E.

(4) Cf. Groen v. Prinsterer. l. l. pag. 166.

οὐκ ἂν ἐξεπλάγη ἀκούων; *cetera quidem non similiter omnia mirabilia; quod vero ad finem attinet, quis non pulcritudinem obstupesceret verborum dictorumque* (1)? Sed ironice haecce dixit Socrates; continuo enim omnia, quae Agathon dixerat, subvertit. Erant quidem pulcra, nimis autem ingenio suo indulserat juvenis poëta. Praeterea longe alium amorem laudat Socrates, quare ei pene necesse erat, ut Agathonem refutaret. Ironiâ igitur eum primo perstringit. — Metuere enim se dicit, ne ridiculus evaderet, cum, in vice suâ amoris laudem promittens, se δέλιον τὰ ἐρωτικὰ prædicasset, nunc vero laudando non par esset. Se enim, stoliditate quâdam opinatum fuisse, de quâcunque re *vera* dici oportere, nunc vero multo aliter sibi videri, cum quisque, quam posset pulcherrima in laudem amoris dixisset, an falsa verave essent, non curans. Qui laudandi modus cum sibi plane ignotus esset, se partibus fungendis minime parem esse. Si autem vellent convivae, se ex more suo vera dicturum. Hujus veniam datâ rursus, an sibi paucula quaedam et parvula ab Agathone rogare liceret, petivit, quod etiam ei concessit pater sermonis.

Recte sane, inquit, o Agathon! prius Amorem ipsum, tum ejus opera te laudatum dixisti; sed hocce mihi explices, utrum Amor per se sit amor

nul-

(1) Symp. 193. B.



nullius rei, an vero alicujus rei, ut pater non est per se pater, sed pater filii? — Alicujus rei, respondet Agathon. — Num Amor illud, cujus est, appetit nec ne? — Appetit. — Num igitur jam habens illud, quod appetit et amat, adhuc appetit et amat; an non habens? — Non habens ut videtur. — Non verosimile est, sed omnino necessarium, appetens appetere quo caret, sive non appetere si non careat. Nam quis, qui magnus est, magnus esse vellet? quis celer celeritatem, quis sanus sanitatem appeteret? Hocce absurdum esset, nonne? — Omnino. — Amor igitur est amor alicujus rei, quam non habet. Dixisti nunc, ni fallor, in encomio tuo amorem esse pulcritudinis. — Est. — Amor igitur non habet pulcritudinem, cum sit amor rei, quam non habet. — Id sequitur. — Quid! quod pulcritudinem non habet neque unquam habuit, num dices esse pulcrum? — Minime sane. — An porro igitur, si haecce ita sese habeant, Amorem pulcrum esse affirmabis? — Videtur, dixit Agathon, nihil eorum quae modo dixi, esse verum. — Nihilominus pulcre dixisti; sed paullulum adhuc mihi respondeas. An bona tibi pulcra videntur? — Videntur. — Si igitur Amor pulcris careat, pulcra autem bona sint, etiam bonis caret, neque bonus dici meretur. — Ego tibi contradicere non possum, o Socrates! sed sit ita, ut dicis. — Veritati contradicere non potes; Socrati vero facillime" (1).

So-

(1) Symp. 199. C. — 201. D.

*Sophon.* Subsistas paululum, si placet, carissime! Prius enim te rogatum velim, an recte tibi Socrates Agathonem refutare videatur? Equidem non valere puto ejus argumentationem. Dicit enim ille: *amorem appetere, et quidem id, quod non habet*, quae major ejus conclusionis propositio est. Sed hocce non verum est. *Amor* enim non appetit, sed *amans*, cum amor nihil aliud sit, quam *τὸ appetere*. De amante igitur quidem valet conclusio; eum nempe, si pulcrum appetat, non pulcrum habere; non ideo vero amori pulcritudo abneganda videtur. Imo, cum amor semper in pulcris, bonis et juvenibus versetur, jure propter communitatem ei adscribere possumus pulcritudinem, bonitatem ac juventutem, quare nunc fere probabiliora mihi videntur ea, quae Agathon dicit, quam quibus Socrates eum refutat. *Philopl.* Non miror te hoc attendisse; idem scilicet scrupulus et mihi antea obvius fuit. Re autem bene perpensa eum exemi, atque vanam esse objectionem comperi. Nam amor, quem hic ante oculos habet Socrates, non est *τὸ appetere*, sed *id quod in nobis appetit*, de quo recte dicitur eum appetere, quod non habet. *Appetere* non ipse amor est, sed modo ejus effectus. Hunc amorem igitur Agathon pulcherrimum atque optimum vocavit, quod recte Socratem reprehendisse ex sequentibus magis nobis patebit. Agnoscit statim suum errorem Agathon, ac lubentur confitetur. „ So-

crates autem eum dimittit atque, [quae ipse ex *Diotimâ* audiverat, narrat. Advertamus vero miram modestiam, quâ utitur Socrates. Ceteri omnes, quae de amore dixerant, sive a se ipsis excogitata, sive ab aliis mutuata ut sua venditant. Socrates autem, quamvis reliquos longe sapientiâ superaret, tradit quae audiverat ex *Diotimâ*, quae in his multisque in aliis rebus docta erat, quippe quae morbum aliquando ab Atheniensibus abstersisset (1). Inprimis oppositae sunt Agathonis ac nostri philosophi orationes, atque illum eo arrogantius sese gerentem fecisse Plato videtur, ut eo clarius Socratis conspiceretur modestia. Sine retentione suam priorem inscitiam fatetur. Se enim, eadem fere quae nunc Agathon opinatum, ad *Diotimam* venisse, inquit, eodem vero etiam modo ab eâ refutatum esse, quod nempe amor neque bonus neque pulcher sit. Quid! ei dixisse, estne igitur turpis ac malus? Bona verba, quaeso! quod non pulchrum est, non ideo turpe existit. Non enim pulcher amor neque bonus est, neque contra malus nec turpis, sed est quasi medium quoddam inter haecce. Et quidem, se dixisse, omnes consentiunt esse magnum Deum. Sunt, qui esse Deum omnino negent. — Quinam hi? — Unus tu, atque una ego. Nam nonne Dii beati habentur? ad beatitudinem vero bona et pul-

cra

(1) Cf. Vir. clar. v. Heusde Init. I. p. 185. seq.



cra pertinent, quibus caret Amor, quapropter neque beatus neque Deus est praedicandus. — Quid tum est Amor? se stupefactum rogasse. Num mortalis? — Ut modo dixi, medium inter mortale et immortale? — Quis igitur est Amor? — Est *magnus Daemon*; nam omne Daemonum genus medium est inter Deum et hominem. — Qualem vini habens? — Ἐρμηνεύον, respondisse Diotimam, καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τὲ καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. *Interpretandi atque nunciandi fungitur munere Diis quidem hominum preces atque sacrificia, hominibus vero Deorum praecepta atque sacrorum restorationes.* Deos inter et homines quod spatium interest, implet, ita ut vinculum quasi existat, quo inter se invicem conjunguntur. Dii per se nullum cum hominibus commercium habent, per hosce autem Daemones omnis consuetudo et colloquium. Tales nunc Daemones multi ac varii sunt; unus autem eorum est Amor. ,, Si quaerimus, unde ortus sit Amor, Porum habuit patrem, matrem vero Peniam. Nam quando nata erat Venus, convivium celebrabant Dii, cum ceteri, tum Metidis filius Porus. Cum autem coenati essent, cibum mendicatura, quippe affluentibus illic epulis, accessit Penia, et adstitit foribus. Tum Porus in Jovis progressus hortum nectare ebrîus gravatusque dormiebat. Penia igitur hoc agitans consilium, ut, inops ipsa

ex Poro filium conciperet, juxta illum accubuit, et concepit Amorem” (1). Veneri deinde comes additus est, tum quia in natalibus ejus conceptus, tum quia naturá pulcri amans, Venusque pulcra sit. Diversa autem ejus natura, cum ex patre Poro, divitiarum omnisque ubertatis Deo, ex matre Peniâ, paupertate, ortus sit. Ex matre enim semper egens reperitur, minime tener neque pulcher, sed potius durus est ac squalidus, nudis pedibus, ad fores sub divo dormiens. Ex patre contra bonis et pulcris insidiatur, virilis, audax, sagax venator, facundus, atque per omnem vitam philosophans existit. Neque mortalis neque immortalis est. Saepius enim eodem die nascitur, vivit, atque, voti compos, moritur; per patris naturam autem semper reviviscit, quo fit ut semper adsit. Neque eget Amor unquam, neque dives est. *Σοφίας τε αὖ καὶ ἀμαθίας ἐν μέσῳ ἔστιν. Medius rursus inter sapientiam atque ignorantiam collocatus est.* Haecce enim res est. Deorum nullus sapientiam appetit, sunt enim sapientes; neque rursus imperiti sapientes fieri volunt. Sapientiam igitur appetunt tantum ii, qui neque sapientes neque imperiti existunt, ex quorum numero est Amor, quippe ex patre sapiente et ex matre non sapiente oriundus. Amor ergo est vere *φιλόσοφος*.

Vidimus ergo, dixisse Diotimam, qualis sit Amor, atque unde ortus, nunc explicemus quamnam ho-

(1) Verba sunt Vlr. clar. v. Heusde, Init. I. p. 119.

minibus praestet utilitatem. Est enim Amor pul-  
 erarum, ut tu dixisti, vel potius bonarum rerum.  
 Bonarum amans, ut sibi *fiant bona*, sive ut sit  
*felix*, appetit; felices enim bonarum rerum pos-  
 sessione felices sunt. *Amor ergo est felicitatis ap-  
 petitus*, qui omnibus est communis hominibus.  
 Non vero omnes amare dicuntur, quod mirum vi-  
 detur, non vero est: ἀφελόντες γὰρ ἀρχὴ τοῦ ἐρωτῶς  
 τι εἶδος ὀνομάζομεν, τὸ τοῦ ὅλου ἐπιτιθέντες ὀνό-  
 μα, ἐρωτᾶ, τὰ δὲ ἄλλα ἄλλοις καταχρώμεθα ὀνό-  
 μασιν. *Amoris enim quandam speciem detrahen-  
 tes, huic totius nomen imposuimus, atque Amorem  
 vocamus, ceteras vero species aliis designamus ver-  
 bis.* Sic quoque vox ποιῆσις proprie commune  
 nomen est ejus actionis, quā unaquaeque res a  
*non esse ad esse* perveniat, sed tantum uni illius  
 actionis parti, quā nempe circa musicam et mē-  
 tra versatur, inditum. Idem de amore obtinet.  
 Proprie enim omnes homines eatenus amant, qua-  
 tenus felicitatis studio omnes incitantur; qui vero  
 felicitatem sibi per divitias, honores, vel philoso-  
 phiam parare student, non amatores nuncupantur,  
 sed solum ii, qui unam speciem illius universi  
 appetitus sequuntur, cui speciei totius nomen *amor*  
 tribuitur. Dicunt quidam, homines dimidia sua  
 ac συμβῆλα quaerere, integritatemque amare, ego  
 vero dico, amorem neque dimidii, neque integri  
 esse, nisi bonum sit, quandoquidem homines pe-  
 des ipsos atque manus sibi abscindi paterentur,

si



si modo bonum esset: ὡς οὐδὲν γε ἄλλο ἐστὶν οὗ ἐρῶσιν ἄνθρωποι ἢ τοῦ ἀγαθοῦ, ita ut, quod homines amant, nihil aliud sit, quam bonum. Amor igitur est boni studium; sed non simpliciter. Homines enim non solum bonum sibi esse volunt, sed et semper esse, quod addendum." (1).

*Sophon.* Amicissime! priusquam pergas, rursus te quidquam rogare velim. Quid nempe putas de hacce amoris descriptione? *Philopl.* Pulcherrima mihi videtur. *Sophon.* Num item vera? *Philopl.* Explices tuam sententiam. *Sophon.* Faciam. Cum enim superiore anno unâ Symposium legeremus, haecce, quae de amore dicit Diotime, et nobis quidem, ut tibi, pulcherrima visa sunt, sed non adeo amori, qui saltem inter nos viget, convenientia. Nam, qui amore inflammantur, non prius num bonum sit inquirunt, sed potius, veniunt, vident, amant, quod quidem egregie expertus est noster Cratinus, qui, ut scis, deperdite amat. Nam, cum multis aliis sedato placidoque animo apud amicum quendam sedebat, sermonibus sese immiscens, cum intraret quaedam, tunc plane ei ignota puella; adspicit eam, tremiscit illico, atque jam magno correptus est amore. Non existimo igitur amorem esse boni studium, sed potius esse affectum animi internum, ortum ex *harmonia inter animos*, quam hodierni *sympatiam* vocant.

*Phi-*

(1) Symp. p. 199. C. — 206. A.

*Philopl.* Jam video tibi magis illud Aristophanis placere *σύμβολον*. — *Sophon.* Excepto illo, quo nos dimidiatos esse homines dicat, equidem hujus sententiam verisimiliorem duco. Primo ad spectu enim amantes amant, non vero postquam diu cogitabundi sederunt, num bonum, malumve sit perpendentes. Praeterea non felicitatis esse studium amorem, satis docet experientia, cum amantes, voti compotes, saepe infelices fieri videamus. *Philopl.* Quod postremo loco ex experientia attulisti non probandi vim habet, cum et ii, qui alio modo, ex. gr. avari, cumulandis nummis felicitati student, non semper felices sint. Praeterea amantes quidem non praemissis rationibus amant, imo potius temere et sua sponte iis amor existit, sed inde non sequitur amorem non esse felicitatis studium. Nonne amicus tuus ex sua puella, ut se redamaret, speravit? Nonne in illo mutuo amore beatitatem sibi mente finxit? Nonne semper majorem sibi parare felicitatem studet? *Sophon.* Vera sunt, sed tamen amor mihi potius ex animi affectu oriri videtur, quam ex felicitatis studio. *Philopl.* Sed et attendas, si placet, amice! quid dixerit Diotime, felicitatis studium etiam animi affectum esse, cujus pars est, quem hodie vocamus, amor, oportere autem universum affectum hoc nomine designari. Recte ergo dicit Diotime, bonum appetere amorem. Caveamus autem ne omnia, quae illa dicit, ad nostrum amorem

referre velimus. Alium enim amorem ante oculos habuit, quippe quae eum φιλοσοφου dicat, quod certe de nostro non est dicendum. *Sophron.* Quemnam amorem memoras? *Philopl.* Ex sequentibus tibi id manifestum futurum spero. *Sophron.* Pergamus igitur. *Philopl.* Omnino. Pervenimus, ni fallor, ad eum locum, ubi dicit Diotime, homines bonum sibi esse non solum, sed etiam semper esse, cupere. Nonne! *Sophron.* Pervenimus.

*Philopl.* Si igitur ejusmodi sit amor, pergite Diotime, dicas, quomodo appetant ii, qui amant, et quamnam in actione appetitus ille et contentio amor vocetur? — Hoc a te scire vellem, dixit Socrates. — Dicam ergo: ἐστὶ γὰρ τοῦτο τόκος ἐν καλῷ καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν. *Est enim illud partus in re pulcrâ, et quod ad corpus, et quod ad animum attinet.* Praegnantem enim sunt omnes homines animo et corpore, et quum ad certam pervenerint aetatem, parere gestit natura nostra. Parere autem in re turpi non potest, verum in pulcrâ. Viri atque mulieris enim congressus est partus, quod ad corpus attinet. Pulcritudo autem ei partui necessaria, atque Lucinae Parcaeque munere fungitur. Quidquid igitur praegnans est, cum pulcro adhaereat, gaudio perfunditur ac lubenter foetus edit, cum vero turpi, dolet, ac non parit; est ergo *amor non pulcri, sed partus in re pulcrâ studium.*



Partus vero ipse *aeternum* quid, atque *immortale* existit. Patet hoc ex animantium dispositione; magno impetu sese misceri student bestiae, et simul ac foetus editus sit, magnâ curâ eum prosequuntur, ita ut non solum eum alant, sed et imbecilliores cum robustioribus pro iis pugnam inire et mortem ipsam oppetere paratae sint. Quenam autem hujus amoris causa? Non aliud est, quam ut suum genus in aeternum servari cupiant. Ipsae enim vivunt, senescunt, atque tandem obeunt; genus autem in foetibus servatur, quod cum procreando semper extendatur, immortalitate est atque aeternum. Procreando igitur mortales immortalitatem parare student, quapropter *amor immortalitatis est studium*.

Sed non solum in corporibus id obtinet, verum etiam in animis. Animi foetus sunt οἱ τρόποι, τὰ ἤθη, δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἡδοναί, λύπαι, φόβοι, qui non semper unicuique adsunt, verum modo nascuntur, modo abeunt, quod eodem modo in scientiis obtinet. λήθη γὰρ ἐπιστήμης ἕξοδος, μελέτη δὲ πάλιν καινὴν ἐμποιοῦσα ἀντὶ τῆς ἀπιούσης μνήμην, σώζει τὴν ἐπιστήμην, ὥς τὴν αὐτὴν δοκεῖν εἶναι. *Oblivio enim est scientiae mors et exitus; meditatio vero novae scientiae memoriam in locum superioris nobis reparans, servat scientiam et quidem eo modo, ut semper eadem esse videatur.* Hocce modo igitur omne mortale servatur, non quia semper idem manet ut divinum, sed quia, quod-

cun-

cunq̄ue recedat atq̄ue abeat, aliud quid novum sibi simile relinquit. Recte igitur, o Socrates! dicimus: *amorem esse immortalitatis studium.* (1).

Haece cum dixisset sapientissima Diotime, miratus Socrates eam rogavit, num vere ita sese haberent? Neque nos miramur, amicissime! Socratem miratum fuisse; ipsi enim à nobismet ipsis quaerimus, num idem amor sit, quem prius laudaverit mulier? Non enim uno gradu, sed sensim sensimque ad hocce amoris fastigium pervenimus, quo non terrena illa et caduca amplius amplectimur, sed inter ipsa divina atque immortalia versamur. Non credimus, ut Socrates, illum amorem, vilem et abjectum, ut apparet, nobis immortalitatem parare, atque rursus rogamus, an vere ita sese res habeat? — Explicabit ulterius Diotime; res autem sublimior est, quam ut illam interrogandi atque respondendi rationem, quam adhuc tenuerat, servaret. Relinquit ergo atque deinceps non dubitanter atque negative, ut mos erat Socrati, sed magnâ cum fiduciâ atque positive sequentiâ protulit, ut Sophistae illi dicere consueverant, qui ipsi perfecti etiam perfecto modo loquebantur. Atque jure Diotime hanc secuta est consuetudinem; non enim amplius versabatur in amoris naturâ describendâ, verum jam

mi-

(1) Symp. 206. B — 208. B.

miros ejus effectus Socrati proponere in mente habebat. — Respondet ei igitur.

Sine dubio omnia ita sese habent. Nam, si modo hominum gloriae cupidinem consideraveris, statim comperies nihil aliud esse, quam ut aeternam esse suam gloriam velint, pro quâ omnes labores subire cupiunt, etiam majores, quam pro liberorum salute, atque omnia tentare, atque ipsam mortem subire parati sunt. Nam putasne, Alcestim pro Admeto, Achillem pro Patroclo, atque ipsum Codrum nostrum pro patriâ mortem petituros fuisse, nisi gloriam suam aeternam futuram credidissent? Minime, dicebat: ἀλλ' οἶμαι, ὑπὲρ ἀρετῆς ἀθανάτου καὶ τοιαύτης δόξης εὐκλεοῦς πάντες πάντα ποιοῦσιν, ὅσω ἂν ἀμείνους ᾖσι τοσοῦτω μᾶλλον τοῦ γὰρ ἀθανάτου ἐρῶσιν. *Sed puto; immortalis virtutis atque ejusmodi nobilis gloriae gratia omnes omnia agunt, et quo meliores existunt, eo magis; immortalitatem enim amant.* Qui enim corpore praegnantem existunt, ad mulieres sese convertunt; qui vero *animo*, conceptas enim habent prudentiam caeteramque virtutem, sunt οἱ ποιηταί, πάντες γεννήτορες, καὶ τῶν δημιουργῶν ὅσοι λέγονται εὐρετικοὶ εἶναι, aliique. Maxime vero ad eos pertinent rerum publicarum privatarumque rectores, qui conceptas gerunt temperantiam atque justitiam. Horum si quis jam a teneris praegnantem fuerit, maturus parere gestit. Quaerit igitur pulcrum, in quo pariat, in turpi enim nunquam ge-  
ne-



nerabit. Cum verò in generosum inciderit animum, statim eum amplectitur, atque apud hunc hominem continuo copiâ pollet verborum de virtute, honestate, temperantiâ ceterisque. Tum, quod jam diu conceptum habuit, parit atque, quod paruerit, simul cum amico fovet atque educat, ita ut multo firmiorem amicitiam habeant, quam quae patrem inter atque matrem intercedit, quippe qui pulcrioribus iisque immortalibus natis conjungantur. Unumquemque autem tales sibi natos fieri malle quam corporeos, patebit, si modo Homerum, Hesiodum, nec non Lyncurgum respiciamus, qui tales filios reliquerunt, ut non solum sibi ipsi immortalitatem paraverint, verum etiam aliis, Lacedaemoniis adeo, atque, ut dicam, universae Graeciae salutem attulerint (1).

Vides igitur, Sophroni! quam miros illud immortalitatis studium sive amor effectus habeat, qualesque foetus, qui illum sequuntur, generent. Talis sine dubio etiam Socratis amor fuit, quo pulcros solertesque juvenes venabatur, ut παιδικα sibi efficeret, talesque sine dubio partus edere studuit. Nunc nobis non magis nefaria videtur illa παιδεργασία atque in limum abjecta, sed parâ planè ac coelestis, quippe immortalitatem amplectens, apparet. Sublimia quoque et ferme divina sunt Diotimae verba, ac planè mysteria redolent.

Sed

(1) Symp. T. 208. C. — 209. B.

Sed et in mysteriis versatur mulier, non quidem in Eleusiniis, verum in aliis, quibus ἐρώτικα nomen inditum. Jam partim initiatus erat Socrates. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐρωτικὰ ἴσως, ὦ Σώκρατες, καὶ σὺ μυηθείης· τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικά, ὧν ἕνεκα καὶ ταῦτα ἔστιν, εἴαν τις ἑρβῶς μετήη, οὐκ εἶδ' εἰ οἶός τ' ἂν εἴησ. *In hisce igitur amatoriiis sacris tu fortasse, mi Socrates! initiatus jam es; num vero perfecta illa et magna, quorum causa haecce sunt si quis recte accedat, consequi par sis, nescio (1).* Si autem haecce recte intelligere velimus, attendamus necesse est ad mysteriorum Eleusiniorum, e quibus haec sumta sunt, rationem. Tres enim erant initiationis gradus. Primus gradus erat κάθαρσις, πρότελειαι, quo initiandi ab omni labe pravisque profanorum opinionibus puri reddebantur; qui vero tum eos ad minora mysteria ducebat, secundus gradus, μύησις dicebatur, quem si rite attigissent, ad fastigium tandem, τὰ τέλεα καὶ ἐποπτικά μυσήρια, quorum causa omnia priora erant, pervenire iis licebat, si videlicet iis pares essent (2). Per priores duos gradus jam Diotime Socratem initiaverat. Prius enim ei pravas profanorum opinioes, quas vindicaverant Aristophanes atque Agathon, ademit. Hunc aperte refutat, ostendendo amorem neque pulcrum neque

(1) Symp. p. 210. A.

(2) Vid. Wolfius, ad h. l.

bonum esse; illius vero amoris definitionem puriorem reddit, adjectâ conditione. Dicit enim: ὁ δὲ ἐμὸς λόγος οὔτε ἡμίσεος Φησιν εἶναι τὸν ἔρωτα οὔτε ὅλου, εἰ μὴ τυγχάνῃ γέ που, ὦ ἑταῖρε, ἀγαθὸν ὄν (1). Secundum hos gradus in tres partes nobis distinguere licet Socratis orationem, quarum prima hancce Agathonis Aristophanisque sententiarum continet *emendationem* (2). Deinde vero Diotime de *modo*, quo sese manifestat amor ac de ejus fine agit, quam secundam partem vocamus (3). In hisce amatoriis forasse jam Socratem initiatum esse agebat; num vero eodem modo ad summum gradum pervenire posset, nesciebat; sequi tamen jubebat. Viam enim ei mox indicabit, quâ ad summum fastigium ei aditus pateat. Hæc nunc tertiam mihi partem (4) efficere videntur.

Qui enim rite initiari vult, inquit, ei jam juveni pulchra adenda sunt corpora, et, si recte fiat, unum amandum est. Deinde putare debet pulchritudinem non in uno sitam esse corpore, neque eam singularem, sed omnibus corporibus communem esse, quod si bene intellexerit, ecce! jam omnium pulchrorum amator existit. Posthæc in animis pulchritudinem majoris facere, quam in corporibus

(1) Symp. 205. E.

(2) Symp. 199. C. — 206. A.

(3) Symp. 206. B. — 209. E.

(4) Symp. 310. A. — 212. A.



debet, ita ut, qui ingenuo sit animo, quamvis exiguum formae florem habeat, ei sufficiat, et amet illum, et fovet, et pariat tales sermones, et quaeratur, quibus adolescentes meliores fiant; quo facto, ad vitae communis officia et leges ei convertendum est. Inde autem sese conferat ad ipsas scientias necesse est, ut earum contempletur pulcritudinem atque, oculos ad tantam pulcri amplitudinem convertens, non magis ut servus vilis puerum, sive hominem, sive unam rem amet, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαιος τετραμμένος τοῦ καλοῦ καὶ θεωρῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους καὶ μεγαλοπρεπεῖς τέκτῃ καὶ διανοήματα ἐν φιλοσοφίᾳ ἀφθόνως, ἕως ἂν ἐνθαῦθα ῥωσθεὶς καὶ αὐξηθεὶς κατὶδῇ τινα ἐπιστήμην μίαν τοιαύτην, ἣ ἐστὶ καλοῦ τοιοῦδε. Sed ad immensum pulcritudinis aequorem sese conferens atque cum contemplans, multos, et pulcros, et magnificos pariat sermones, atque sententias in philosophiâ sine fine, donec illic corroboratus confirmatusque conspiciat aliquam doctrinam unam, quae est pulcri (1).

Doctrinam illam atque pulcrum nunc describemus, dicit Diotime, tu vero, o Socrates! omnes mentis vires intende. — Etiam nobis animum intendere opus est, carissime Sophroni! non enim magis in terris, sed jam in altissimis coeli tractibus versamur, ubi immensus ille pulcritudinis in-

ve-

(1) Symp. 210, A — D.

vēnitur aequor. Ad Platonis alterum de amore dialogum, ad Phaedrum, confugiamus necesse est. Ibi enim hominum animus describitur tanquam equorum alatorum jugum, quos gubernat tanquam auriga. Priusquam autem corporibus includantur hi animi, per coelum equitant, *verum* adspicere cupientes. Est autem hoc verum ἡ ἀχρωματός τε καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἀναφῆς οὐσία ὄντως οὐσία, tēnetque locum ὑπερουράνιον; quod, tantum Diis beatis immortalibusque adspectabile, hominum animis non nisi per partes videre licet. Quod autem *verum* in Phaedro poetice describitur, a Diotimā mirā simplicitate, formā ἐπιστήμης, nobis proponitur.

Quicumque enim, dicit illa, hocce modo initiatus et jam ad finem perductus est, illico conspiciet *pulcrum*, mirabilis naturae, cujus causa omnes priores suscepti sunt labores; est enim ita: πρῶτον μὲν αἰεὶ ὄν, καὶ ὅτε γιγνόμενον, ὅτε ἀπολλύμενον, ὅτε ἀυξανόμενον, ὅτε φθίνον, ἐπεῖτα οὐτὴ μὲν καλόν, τὴ δ' αἰσχρόν, οὐδὲ τοτὲ μὲν, τοτὲ δ' οὐ, οὐδὲ πρὸς μὲν τὸ καλόν, πρὸς δὲ τὸ αἰσχρόν, οὐδ' ἔνθα μὲν καλόν, ἔνθα δὲ αἰσχρόν, ὡς τισι μὲν ὄν καλόν, τισι δὲ αἰσχρόν. Neque imaginatione hoc pulcrum existit, ita ut parte quādam contineretur, sive corpore quodam, sive sententiā, sive aliā quādam re; sed pulcrum, de quo dicimus, est αὐτὸ καθ' αὐτο μεθ' αὐτοῦ μονοειδὲς αἰεὶ ὄν. Cetera omnia, quae pulcra vocantur, pereunt, atque

mutantur, hoc vero semper manet. Hic est verus atque unicus modus, quo ad ἐρωτικά pervenimus et quasi per gradus adscendimus. Ab uno enim ad duo, a duobus ad omnia pulcra corpora, a pulcris corporibus ad pulcra studia atque ab his ad pulcras scientias nos convertimus, donec tandem pervenimus ad illam doctrinam, quae est non alius, quam ipsius illius pulcri scientia. Qui ad id pervenit, ei modo est vita vitalis. Omnia corpora parvipendet; modo pulcrum illud, purum, sincerum atque simplex intueri cupit. Nonne tu talem vitam maximi facis? Nonne existimas, qui ipsum pulcrum intuetur, illum non virtutis *imagines* parere, sed ipsam *virtutem*, quippe qui veritatem consecutus sit? Cum vero virtutem veram paruerit atque aluerit, Deo amicus et, si quis alius, immortalis existat necesse est (1).

Hactenus Diotimae verba, quibus se in amatoriis sacris initiatum esse, dicit Socrates. Haecce, inquit, o Phaedre ceterique! sunt, quae dixit Diotime; persuasus sum ipse atque item persuadere tento omnibus, quod nulla alia res hominibus efficacius ad immortalitatem adjuvet, quam amor:

διὸ δὴ ἐγωγέ: Φήμι χρῆναι πάντα ἄνδρα τὸν Ἔρω-  
τὰ τιμᾶν, καὶ αὐτὸς τιμᾶ τὰ ἐρωτικά, καὶ διαφε-  
ρόντως ἀσκῶ, καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι, καὶ νῦν  
τε καὶ ἄει ἐγκωμιάζω τὴν δυνάμιν καὶ ἀνδρείαν τοῦ

(1) Symp. p. 210. C. — 212. A. B. ἡ ἀρετὴ τοῦ σώματος



"Ἐρωτος καὶ ἕσων ὁσος τ' εἶμι. *Equidem ideo affirmo, unumquemque virum Amorem colere oportere; ipseque res amatorias colo, atque eximie iis studeo, aliisque eas commendo, et nunc, et semper Amoris vim ac strenuitatem, ut possum, laudo.*

Haec cum dixisset Socrates, ceteri eum laudarent et Aristophanes quidquam dicere gestiret, repente aulae porta pulsatur auditurque commissatorum magnus clamor. Agathonem, dicit Aristodemus, servos jussisse, ut, quinam essent, cognoscerent; se deinde in aula Alcibiadis vocem audivisse, valde ebrii et magno cum strepitu, ubinam Agathon esset, quaeritantis. Servos vero eum in cubiculum duxisse, caput coronam vittisque redimitum atque significantem, se Agathonis coronandi gratia venisse. Consedissee ad hunc et Socratem, posteriorem tamen non agnovisse, coronis scilicet visum impredientibus. Discalceate, pueri! Alcibiadem, Agathonem jussisse. Optime! hunc respondisse, quisnam vero nobis tertius conviva? Simul respicientem eum agnovisse Socratem; quo conspecto, exterritum subsiluisse, illum increpasse, mox vero coronasse. Turbis sopitis paulum: nimis, inquit, sobrii estis ac tristes. Bibendum! Adfer, puer! magnam phialam. Illum et Socratem tunc bibisse. Tum autem eum reprehensum esse ab Eryximacho atque monitum, eam lege se bibere, ut singuli ad popula laudes amoris celebra-

brarent. Alcibiade conditionem accipiente, de nullo autem alio, nisi de Socrate, dicere volente, convivas id concessisse, illum dixisse. — Hujus autem orationis ut ceterorum summam tradere, non opus mihi videtur, tum quia jam hesterno die ejus mentionem fecerimus, tum quia in postrema parte copiosius de eâ exponere commodius sit. Praeterea etiam argumento non tam arcte cum ceteris cohaeret, quippe non amoris sed Socratis laudem continens. Prius enim comparisonem inter satyrum Marsyam silenisque, atque Socratem instituit; tum amorem ejus memorat, quem secum habuisset; atque postremo loco communem militiam enarrat. Igitur non amoris naturam neque ortum ejus neque effectus, sed modo Socratis laudes in eâ celebrari, manifestum est.

Quod vero ad orationis formam attinet, non tantum in illâ eadem, quae in ceteris, dicendi elegantia, sed et singularis quaedam vis invenitur, quâ Plato Alcibiadis mores adeo ad naturam expressit, ut non illius Symposium legere, sed hunc in in Agathonis convivio loquentem audire nobis videamur. Ut autem haecce melius percipiamus, attendamus necesse est ad Alcibiadis indolem, quam tam eleganter descripsit Nepos, ut facere non possim, quin hujus perscribam verba. Dicit enim: „Alcibiades, Cliniae filius, Atheniensis. In hoc natura, quid efficere possit, videtur experta. Constat enim inter omnes, qui de eo memoriae pro-

di-

diderunt, nihil illo fuisse excellentius, vel in vitiis, vel in virtutibus. Natus in amplissima civitate, summo genere, omnium aetatis suae multo formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque imperator fuit summus, mari et terra; disertus, ut in primis dicendo valeret, et tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei dicendo posset resistere. Idem cum tempus posceret, laboriosus, patiens, liberalis, splendidus, non minus in vita, quam victu; affabilis, blandus, temporibus callidissime inserviens. Idem, simul ac se remiserat, nec causa suberat, quare animi laborem perferret, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiabatur, ut omnes admirarentur, in uno homine tantam inesse dissimilitudinem tamque diversam naturam" (1). Talis nunc Alcibiades, cum juvenis adhuc Athenis versaretur, necessario Socratem in se attentum reddidit; videbat scilicet eum, quippe maximis animi dotibus praeditum, sive maximum emolumentum civitati, sive maximum damnum futurum. Ejus igitur consuetudinem studiose quaesivit et sibi paravit. Intima deinceps necessitudo iis intercessit, ex qua non exigua spes erat, fore, ut aliquando praestantissimus evaderet juvenis. Ambitione autem ductus, Socratem reliquit ac neglexit, quo fiebat, ut omnia, quae a Socrate acciperat,

vit-

(1) C. Nepotis vita Alcibiadis, c. I.



virtutis semina obruerentur ipseque plane dissolutus evaderet. Talis etiam omnino in Symposio describitur. Cum jam ceteri sua de amore absolvisent encomia, serâ nocte, ille in cubiculum irruit, ebrius et valde clamans. Socratem primo non conspicit; cum eum autem agnoscat, obstupescit ac continuo illius amoris meminit, quem antea erga illum habuerat. Plane se ad Socratem convertit ac nihil aliud memorat, nisi quod ad illum amorem pertinet, ita ut omnino se Socratis gerat amatorem. Si praeterea facilitatem ac festivitatem verborum consideremus, quibus ejus indolem ac ebrietatem expressit Plato, admiremur eas, necesse est. Sunt plane verba ebrii hominis, quibus tantam elegantiam et modestiam adjunxit, ut ne delicatas quidem laedant aures.

Cum suae orationi finem imposuisset Alcibiades, alios fieri sermones, ajebat Aristodemus; repente autem plures supervenisse commissatores, qui forte fores apertas invenissent. Omnia tum tumultu plena fieri, atque se ceterosque convivas ad nimium coactos esse potum. Eryximachum igitur atque Phaëdrum domum abiisse, se vero somno sopitum esse. Expergefatum tandem, cum jam luscinae canerent, ceteros dormientes vel egressos se vidisse, exceptis Agathone, Aristophane ac Socrate, qui sub pocula disserebant de eo, quod ejusdem sit poëtae, comoedias atque tra-goedias scribere. Primo autem obdormivisse Aris-  
topha-

tophanem, deinde Agathonem, cum jam lux exorta esset. Socratem autem unâ secum ad Lyceum ivisse, ibique, ut mos ei erat, sermonibus toto die peracto, sero domum abiisse.”

*Sophon.* Aristodemo domum perducto, etiam tu opus tuum ad finem duxisti, amicissime! Symposii summam mihi tradidisti, et quidem eo modo, ut non solum et rationem dialogi et progressionem in eâ explicandâ tractaveris, sed etiam mihi quam maxime placuerit tua explicatio. Lubenter plura ex te de Platone audire velim; sed sol, jam ad solum vergens jamque arboribus illis domibusque conterminis longiores umbras faciens, me admonet abeundi esse tempus. — *Philopl.* Ne surgas, Sophroni! nisi tibi abeundi necessitas. Mihi enim satis otii. Praeterea nondum opus absolutum habemus. Totum quidem dialogum percurrimus, atque, quantum potuimus, explicanda explicuimus, unde dialogi rationem satis conspicuam fore speramus; de progressionem autem, quamvis quaedam obiter adjecimus, non item munere me perfunctum esse, puto. Addere ergo non incongruum erit hujus partis quasi conclusionem; perscripsi saltem eam, quam, si placet tibi, praelegam. Sol quidem ad terram vergit, jamque mari immergere se gestit; sed vespertina aura, cum omnia luce obscuriore suffundantur, suavior est, quam aestus ille meridianus. — *Sophon.* Num adhuc mihi, ut maneam, persuadere tentas?

In-

Invito me, cum modo de Platone sermo futurus sit, manere cogor atque audire, auscultare, auresque animumque intendere. — *Philopl.* Audi igitur. . . . Si nunc totum, quem longiore mora attigimus dialogum, rursus contemplemur, atque omnia, quae tractavimus, in unum quasi complectamur, quod ad *formam* attinet, verum omnino id comperiemus, quod initio diximus: jure Symposium inter praestantissimos Platonis collocari dialogos, atque omnia in eo optima esse. Sex enim convivae, indole ac moribus plane diversi, pacto inito, totidem orationibus amorem laudant, quae orationes, quamvis omnibus idem finis propositus sit, tamen tantâ arte confectae sunt, ut singulae novum quid contineant. Quamvis igitur tanta tum personarum tum rerum tractatarum sit varietas, tamen singulis convivis proprias partes verbaque, tum sibi ipsis tum partibus suis aptissima, tributa videmus, ita ut unusquisque ex sua indole et ingenio dicere videatur. Si hisce adjungantur festivitas atque vitae actionis, nemo certe, quod diximus, verum esse negabit. Hisce omnibus ita planè abripimur, ut non Platonis Symposium legerè putemus, sed modo in ipso Agathonis convivio assidere nobis videamur, Socratem admiremur, Alcibiademque videamus; modo Apollodorum narrantem audiamus, ita ut, audiendo intenti, interdum quaeramus, unde haec omnia tam accurate scire potuerit, cum ipse tem-



pore Symposii adhuc puer esset neque igitur in eo affuisset, sed ab Aristodemo audivisset.

Quod autem ad *progressionem* attinet in argumento explicando, eam maximam esse apparebit. — Negare quisquam haec possit, atque dicere, quem nexum, verbi causa, invenis inter Eryximachi atque Aristophanis orationes? Concedo Socratis orationem esse pulcram et sublimem, sed idem non de Pausaniae, Eryximachi seseque arroganter extollentis Agathonis encomiis dicendum mihi videtur. — Humiliter verò talem sentire atque abstractionis facultate, quâ plures res in unum complectimur, non praeditum esse, manifestum. Symposium nempe considerandum mihi videtur, ut humanum corpus, quod constat ex membris, usu atque formâ inter se diversis, pedibus, pectore, capite; quae membra, si per se spectentur, alia aliis praestantiora, pleraque vero inconcinna atque deformia apparebunt; si autem conjunctim ut partes unius corporis considerentur, non tantum aptissime ad usum inter se connexa et utilissima esse, sed et formam illam egregiam constituere, patebit, quae jure omnium animantium pulcherrima existimatur. Sic et variae in Symposio obviae orationes per se pulchrae quidem, sed ratione totius dialogi atque propositi, pulcherrimae ac pene divinae nobis videntur, quare minime miror fuisse quosdam, qui huncce dialogum, omnium, quae tempus tulerit, praestantissimum habuerint.

Videamus igitur jam de singularum orationum connexione. Heri in prima parte observavimus, tria potissimum in Symposio scribendo habuisse Platonem proposita, unum primarium et duo quasi secundaria. Jam tum, quomodo unaquaeque oratio ad primum propositum faceret, paucis indicavimus; nunc vero videamus, quomodo singula tum cum duobus ceteris propositis, tum inter se cohaereant.

Tres priores convivae, Phaedrus scilicet, Pausanias atque Eryximachus, simul unum idemque tractare mihi videntur argumentum, *amorem popularem*. — Perfectam Amoris descriptionem exhibere in animo habuit Plato; recte igitur eam rationem, quae inter populum ferebatur, primo loco contemplatur. Maximi momenti erat ille *amor popularis* in Graeciae civitatibus ac primo adspectu omnino laudabilis, quippe qui mirabiliter republicae salutem promoveret. Hos miros amoris effectus Phaedrus, qui primus erat, laude extollit. Non autem sine labe erat eximia illa imago. Qui enim amorem illum accuratius contemplatur, continuo agnoscit eum non tam simpliciter laudandum, sed, cum turpi libidini copiosam ansam daret, partim honestum partim turpem fuisse. Excipit igitur Phaedrum Pausanias atque accurate amorem *coelestem* et *vulgarem* distinguit, utriusque naturam explicat. Jam satis actum erat de amore, qui in hominum animis conspicitur; sed utraque

que ratio, quam in amore distinxerat Pausanias, etiam in aliis rebus, cum civitatis salute arctissime conjunctis, in musicâ adeo et religione conspicitur. Doctrinam igitur a Phaedro *inceptam*, a Pausaniâ *emendatam* et *explanatam*, *absolvit* tandem Eryximachus. Extendit enim eandem *rationem*, quâ Pausanias suam fundaverat distinctionem, ad omnes res; praesertim autem in musicâ et religione eam ostendit, quare non tantum Pausaniae sententiam affirmare, sed et ipse reipublicae prodesse studet.

Hae tres orationes igitur primam dialogi partem mihi efficere videntur, quam, si Symposium ut humanum considerare velimus corpus, cum pedibus manibusque nobis comparare licet. Continet enim amoris effectus, *actiones* in hominum societate, ut manus et pedes potissimum in corpore *agunt*. Hae actiones in homine vulgo prius spectantur, tum de earum fonte inquiritur, qui cum in capite adsit, ceteram dialogi partem denuo cum *capite* comparamus. In eâ enim describitur amoris *natura*, ac *indoles*.

Nam cum Eryximachus finem verbis suis imposuisset, incipit Aristophanes; multo vero alia tradit. Ille enim popularis amoris expositionem absolverat, ita ut tota res nobis ante oculos posita esset. Miramur amoris tam egregios esse effectus, atque nefaria, quae illius praetextu viles perpetrant homines, detestamur; sed simul quasi  
suâ



sua sponte nobis quaestio obvenit, unde hicce amor, tum optimarum tum pessimarum rerum auctor, oriatur? et quid sit tandem? Explicat haecce nobis Aristophanes. Si vero hanc explicationem propriis verbis nobis proposuisset, obscura plane atque arida ejus propositio fuisset, quippe abstractum omnino argumentum continens. Narra- rat igitur fabulam, unde, quas tracturus esset, amoris *origo* atque *natura* luculentissime nobis apparent.

Nunc vero nos ad Agathonis orationem conver- timus, cupidiq̄ue investigamus, quemnam in orationum ordine locum illa mereatur; abstrusior enim quaestio est. Ut mihi videtur *duo* ei *fi- nes* insunt, *unus*, quo proxime cum Aristophanis encomio connexa est. Si enim hoc spectemus, desiderari in eo quidquam videtur, cum tantum amoris *originem* et *naturam* contineat, de *effec- tibus* autem nihil inveniamus. Tres priores qui- dem satis de effectibus dixerant, sed longe alia est eorum expositio. Illi enim modo amorem, ut inter populum invenitur, laudârunt; Aristopha- nes vero ex sublimiore loco illum contemplatur, quippe qui ex ipsâ animorum conditione ejus *na- turam* atque *originem* eruat.

21 Congruum igitur omnino erat, ut huicce exposi- tioni quaedam de *effectibus* adjicerentur, quibus partibus mihi fungi videtur Agathon. Longe autem alio modo id agit, quam Aristophanes. Hic enim

comice rem tractat, ita ut omnia ridicula appareant; ille vero poëtica, quo fucatus ejus verbis color inest. Hic praeterea amorem tanquam animorum affectum considerat, ille vero istum affectum ut Deum sibi fingit. Maxima diversitas igitur utrique orationi insit, fere necesse est, unde etiam quasi suâ sponte sequitur, nexum inter Aristophanis atque Agathonis orationes multo difficilius inveniri, quam inter trium priorum encomia, qui consilio sua invicem emendant atque explanant verba. Nexum tamen inesse mihi probabile videtur. Non enim cum iis facio, qui Platonem ideo tantum Agathonis orationem Symposio inseruisse putant, ut Sophistarum arrogantiam ridiculam faceret, quosque ad hanc sententiam inductos esse credo eâ orationis formâ, quae mihi *alteri fini* inservire videtur. Solus enim, qui nondum dixerat, relictus erat Socrates, qui vir in ceteris Platonis dialogis primarias plerumque agit partes et quidem eo modo, ut interrogando ad id, quod velit, adigat adversarium quendam. Talem adversarium plerumque primo absurdam sententiam proferentem facit Plato, ut inde nempe deinceps sermonis initium sumatur. Hujus nunc partibus mihi Agathon fungi videtur. Ab unâ parte amoris, quem descripserat Aristophanes, effectus tradit, id tamen ita perficit, ut ab alterâ parte Socrati justam disserendi occasionem daret. Duplicem ergo finem connexionem

que

que Agathonis oratio mihi habere videtur; diversi tamen generis, cum altera *negative*, altera *positive* sese explicet. Cavendum autem ne omnia strictim hisce finibus, ac nihil ingenii lusibus tribuamus.

Nunc ad Socratis pervenimus orationem, caput quasi et cerebrum totius dialogi, cui nemo in Symposio summum denegabit locum. Quanto enim ipse omnibus, qui aderant, sapientiâ, tanto ejus oratio ceteris sublimitate major, quippe quae philosophiam contineat *pulcri*, summum amoris fastigium. Non vero uno momento, sed gradatim lectores ad id perducit Plato. Tres priores amorem, ut *primo adspectu* sese nobis offert, tractant. Aristophanes atque Agathon ejus internam naturam, qualis se *post accuratiorem inquisitionem* praebet, perhibent. Omnes autem hae de amore sententiae, quamvis per se egregiae sint, si cum Socratis notione comparentur, fuites atque inanes apparent. Sunt enim quasi profanorum opiniones, cum Socrates *mysteria* tradat amoris, quibus ad immortalitatem quasi ducuntur homines. In ipsis autem hisce tradendis maximam observamus progressionem. Ex Agathonis oratione enim disserendi initium sumit Socrates ac primo profanorum refutat sententias; deinde ostendit *amorem esse pulcri, partim in re pulcrâ, ac tandem immortalitatis esse studium*. Cum per hosce gradus duxerit Plato lectores, mirabiles porro  
amo,



amoris describit effectus, eosque magis magisque extollit, donec tandem ad immensum pulcritudinis aequorem subsistant, ubi ulterius ascendendi non locus est.

Ultimum in Symposio locum obtinent Alcibiadis verba, argumento a ceteris longe recedentia, quae tamen, ut jam in primâ parte cum de proposito agerem indicavi, cum iis eam connexionem habent, ut, quod in prioribus *indirecte* explicaverat Plato, id in Alcibiadis oratione *directe* affirmaret. Arctissime praeterea cum Socratis oratione haec mihi conjuncta videtur. In illâ enim philosophi amoris doctrina, ἐρωτικὰ dicta, continetur, cum Alcibiades *modum* enarret, quo eam ad homines accommodaverit, ita ut Socrates ipse artis suae amatoriae partem *theoreticam*, Alcibiades vero ejusdem rei *practicam* exhibeat.”

Et ecce Amicissime! hanc secundam quaestionis partem ad finem perduximus, quae si tibi placuerit, non exigua id mihi erit laboris remuneratio. — *Sophon.* Mihi quam maxime placuit; quod autem modo praemature opinabar, te jam opus absolvisse, illud nunc contra miror. Unum aliquod enim adhuc ex te audire sperabam; quod mihi maximi momenti videtur in hâcce quaestione. — *Philopl.* De tempore fortasse, quo scripserit Plato Symposium? sive de numero convivarum? — *Sophon.* Minime! est longe aliud quid. Exposuisti enim, quomodo singulae ora-

tio-

tiones cohaereant, et quidem ita, ut progressio in argumento explicando mihi nunc satis clara sit. Sed nihil audivi de eo, quaenam Platoni propria, et quaenam ab aliis desumta sint? Quae certe gravissima quaestio mihi videtur. — *Philopl.* Non prius hujus rei tibi rationem reddam, Sophroni! quam narratiunculam, quandam audiveris.

Fertur enim in eâ regione, quam nunc sol, quem modo occidentem vidimus, collustrabit, India dictâ, regem quendam fuisse, qui regnum tenebat parvulum quidem sed egregium. Fertilem nempe terram homines inculti sed integri atque moribus puri arabant, unde tales fructus suscipiebant, qui victui vitaeque commodis copiose sufficerent. Hosce homines, cum majores nostri primo illas regiones navibus inviserent, miratos fuisset ingentia illa corpora natantia, deinde vero nautas liberaliter excepisse atque ad regem suum duxisse, historici perhibent. Ille adeo delectatus fuit nautarum formâ, vestitu, moribus, ceterisque rebus, quas videbat, ut se quosdam cum iis missurum decerneret, qui cum majoribus foedera contraherent eorumque patriam conspicerent, sibi que de eâ renunciarent. Ad hanc legationem elexit quinque viros nobiles, quibus adjunxit sextum, natu majorem, quem ob sapientiam, morumque integritatem fere divino honore colebat populus. Profecti igitur sunt hi viri in patriam nostram, ibique per

aliquod tempus degerunt. Quid vero effecerint? num jussa foedera contraxerint, nec ne? nobis non interest. Tantum ea, quae de nostrâ patriâ retulerint, ad nos pertinent. Nam, quam primum redierant, rex eos coram se vocavit cupideque de Hollandiâ interrogavit. — Omnia autem, quae illi narraverint, tradere, nimis longum est, etiam inutile, cum quae ad patriam pertinent, satis nota sint; praeterea non omnia memini. Sufficiat, eos, quamvis unam rem spectassent, idemque omnibus jussum esset, longe diversas res narrasse, quippe qui, cum diversi indole, moribus ac doctrinis essent, alii ex aliis rebus gaudium percepissent. Alius de vitae societate, alius de belli gloria exposuit, alius Hollandiam laudavit, alius vituperavit. Rex autem, cum omnes eorum narrationes ad finem usque audivisset, maxime gavisus est illosque laudibus honoribusque auctos, dimisit.

Quaenam vero tua hac de narratiunculâ sententia? — *Sophon.* Tam ingeniose excogitata mihi videtur, ut doleat, non omnes te recordari orationes illas. — *Philopl.* Quare dolet? — *Sophon.* Puto scilicet, te, si velles, egregium quidquam de patriâ nostrâ narrare potuisse. — *Philopl.* Meae parvulae vires huic operi minime pares essent. Sed si alius quis peritior illud susciperet ac satis distincte dilucideque perficeret, nonne existimas, non tantum egregium, sed et pulcherrimum opus fu-



futurum? — *Sophon.* Omnino. — *Philopl.* Si autem quisquam jam reverâ tale opus confecisset atque tu in eo invenisses illorum Indorum de nostrâ patriâ sententias, secundum varium ingenium varie propositas, num tibi, iis lectis, in mentem veniret rogare, num omnia auctori propria an quaedam ab aliis assumpta essent? — *Sophon.* Fateor me rursus inepte fecisse, ne vero in malam mihi veritas partem! — *Philopl.* Non inepta est tua quaestio, Amicissime! imo gravissima; non tamen ad nostram quaestionem, verum unice ad Platonis doctrinam pertinet. Symposium enim nobis considerandum est, ut fabula illa de Indorum rege. Est enim modo forma, quâ Plato suas de amore sententias exposuit, et quidem talis, quae non tantum lectorum delectationi maxime inserviat, sed et aptissima sit, cum, rem à variis personis proponi faciens, optime eam ab ob omni parte contemplari pleneque exponere posset. Sumsisse igitur, credo, Platonem Agathonis convivium atque finxisse sex illas orationes, ut essent quasi totidem loci (1), ex quibus amorem conspiceret, quapropter unam eandemque rem in omnibus contemplatur, varia autem de eâ profert ratione loci. Cum autem illa magnâ e parte tantum varia, non pugnancia inter se existant, nil impedit,

(1) *Verschillende oogpunten.*

dit, quin pleraque Platoni esse propria statuamus. Cavendum autem, Amicissime! ne nimis stricto sensu hoc accipiamus. Adsunt enim quaedam, quae sine dubio ab aliis mutuavit Plato, e. g. ea, quae de arte medicâ Eryximachus tradit. Probabile igitur mihi videtur varias, quae in Symposiô inveniuntur orationes, considerandas esse tamquam varios locos, ex quibus amorem contemplatus est Plato, omnia vero ei propria esse, exceptis illis paucis, quae, sive ad ornatum, sive ad singulorum convivarum indolem exprimendam, adjungere opus ei erat.

*Sophon.* Nunc demum opus absolutum habemus et simul domum abeundi tempus. Inter dicendum jam tenebrae sunt obortae. — *Philopl.* Hortum igitur relinquamus necesse est. — *Sophon.* Gratus mihi fuit hodiernus sermo; rogatum autem te volo, num tertiam commentationis partem mihi eodem modo praelegere, tibi conveniat. — *Philopl.* Non convenit. Ex improvise enim in urbem tuam patriam cras mihi iter faciendum est. — *Sophon.* Opportune evenit. Cras tecum navigabo. Dubius enim eram num crastino, an tertio die reverterer; nunc vero simul tecum ibo, atque mobilis, in navi reliquam quaestionis partem tractantibus, jucundissimum nec non fructuosum erit iter. — *Philopl.* Quam maxime mihi placet. Spero fore, ut sermo in navi nobis non pejus eveniat, quam sermo, quem in horto habuimus.

DIA.

## DIALOGUS TERTIUS.

QUAE EST MAXIME EXPLICATIONIS CON-  
CLUSIO?



*Sophon.* Jam cupiditate flagro audiendi totius conclusionem, quae sine dubio quaestionis gravissima est pars. Cetera enim . . . *Philopl.* Tace, tace, amicissime! non enim in mediâ hacce navigantium salutantiumque celebritate de Platone disserendi locus, quippe qui Graecam linguam non calleant, multo minus Platonem legerint. Jam jam, cum solverit navis, satis libere dicendi nobis copiae erit. Mercede enim conduxì posteriorem navigii partem. — *Sophon.* Optime fecisti. Suavissima ibi nobis erit confabulatio. Sed jam nautas paratos video. — *Philopl.* Conscendamus igitur navigium . . . *Sophon.* Nunc tandem soli sumus. Recites ergo, quae manu tenes; video enim te rursus quidquam conscripsisse. . . . *Philopl.* Audi ergo.  
„ Jam



„ Jam vidimus, quidnam in Symposio scribendo Platonis consilium fuisse videatur, in primâ parte, in secundâ vero explicando ita totum dialogum percurrere tentavimus, ut inde modus, quo proponitur argumentum, et progressio ejus pateret. Restat, ut nunc tertio loco inquiramus, *quae sit maxime explanationis conclusio.*” — Quenam vero sit hujus vocis significatio jam, ni fallor, hesterno die explicavimus. Nonne? — *Sophon.* Omnino; dixisti enim hâcce parte contineri id, quod ex Symposii argumento concluditur, sive doctrinam a Platone hocce dialogo traditam. Ego primo inepte opinabar, conclusionem idem esse ac argumentum; tu vero toto genere ab eo esse diversam docuisti. — *Philopl.* Recte rem meministi; non vero, quod conclusio toto genere ab argumento diversa sit. Diversae quidem sunt res, sed arctissime connexae, ut *causa* et *effectus*, cum conclusio nihil aliud sit, quam id, quod ex argumento efficiatur. Primâ quaestionis parte mihi *id* contineri videtur *propter quod*, secundâ vero *modum*, quo Plato Symposium scripserit; cum haecce denique parte *ea* explicanda sint, quae inde *concludantur*. Ut haecce rite pertractemus, prius singularum orationum doctrinas exponamus necesse est.

„ Primo loco nobis obvia fit Phaedri oratio. Continet, ut jam supra diximus, *popularem amorem* mirosque ejus ad reipublicae salutem effectus.

tus. Nova plane et inaudita est ex nostris opinionibus haecce sententia; amorem ad respublicas pertinere earumque salutem promovere. Ut autem haecce bene percipiamus, advertamus necesse est ad totam Graecarum rerumpublicarum conditionem, et quidem primo antiquissimis temporibus, ex quibus hujus amoris origo deducenda videtur.

Languent enim primo tempore homines, et animo, et corpore, quem initio gentium fuisse statum, tum historia universalis, tum imprimis Graecorum mythologia perhibet, quae glandibus eos pastos et omnino stupidos fuisse, tradit. Prometheum autem iis ignem coelestem dispertiisse, quae prima ad humanitatem fuit progressio. Hujusmodi fere fuisse videtur hominum conditio, cum ad vitae societatem perducerentur. In Asia aliisque regionibus, quas Graeci communi nomine *barbaras* vocabant, ex nomadicâ vitae ratione jam statim reges exstiterunt, quorum despoticâ potestate homines satis inter se conjungerentur. In Graeciâ autem longe aliter sese res habebat. Primo quidem etiam ibi reges fuisse videntur, sed magis nomine quam re; libertate enim fruebantur civitates. Ad officium cogebatur civis non metu regis, sed legum severitate inter sese constitutarum. Hae vero leges non satis firmum erant vinculum, quo ad unum quasi corpus connecterentur cives atque rempublicam bene gererent.

Hoc-

Hoc videntes civitatum moderatores varias excogitarunt artes, quibus incitarentur cives, ut suâ sponte legibus obtemperarent, omniaque perficerent, quae leges quidem non juberent, ad reipublicae salutem tamen necessariae essent. Varia ejusmodi erant incitamenta; inter ea autem non exiguum obtinebat locum *amor*. Cretenses hunc amorem primo adhibuisse videntur in bello, a quibus Lacedaemonios assumisise, probabile est (1).

Maximâ inde bona existere debuisse statim intelligimus, si modo tum ad ipsius amoris indolem, tum ad rerumpublicarum conditionem respiciamus. In plurimis enim Graeciae civitatibus libera reipublicae forma obtinebat; nullum erat imperium nullaeque existebant leges, nisi quas populus constituerat. Cives summam tenebant potestatem et in comitiis rempublicam tractabant. Ut otium iis esset, servos, e quibus magna, nisi major, constabat hominum pars, habebant, quo fiebat, ut plurimum operis ab his perficeretur, atque ipsis ingenuis manibus victum quaerere, pene turpe haberetur. In publico igitur versari civibus licebat, qui omnino etiam iis mos erat. Quotidie in foro, gymnasiis, balneis, theatris aliisque locis degebant, quare et publica aedificia  
mag-

(1) Vid. Aeliani: Var. Histor. lib. III. cap. 9. et Perizonij annot. ad h. l.



magnifica et ampla, privata contra angusta atque parva habebant. Longe recedebat haec vitae ratio a nostrâ, quae *domestica* omnino dici meretur. Domi plerumque res familiares agunt nostrates, Graecis contra forum domus communis erat, in quo res publicas tractabant. Inter tales nunc cives amor *μεγιστῶν ἀγαθῶν αἴτιος ἔστιν* (1), quae *ἀγάθα* sunt, ut *καλῶς* vivant. Ad reipublicae enim salutem apud Graecos majoris momenti erat, ut unusquisque civis bene sese gereret, quam apud nos, qui regnum certis mandavimus hominibus. Populus enim Graecus ipse regnabat, ac suâ sponte officia sua praestare debebant cives, cum leges ad illa eos non adigere possent, quippe quas ipsi fecissent atque, nisi placerent, abdicare possent, nemine eas vindicante. Alia habebant vincula et ad officia praestanda incitamenta, communia templa, solemnia festa, ludi, chori; nullum autem horum efficacius erat, quam *amor* (2). Frigent enim plerumque virtutis praecepta atque inania sunt; licet etiam firmissimis nitantur fundamentis. Opus est, ut affectu quodam et spiritu animentur. Illud nunc in hominibus efficit amor, quippe qui non in sedatis cadat animis, imo cum *μᾶνιξ*, *furore*, proxime conjunctus sit. Illum furorem, ut prius culpaverat So-

cra-

(1) Symp. 178. C.

(2) Symp. 178. D.

crates in altero de amore dialogo, Phaedro, deinde maximis extollit laudibus, ἡμῖν δὲ, inquit, ἀποδεικτέον ἄν τοῦναντίον, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ τῆ μεγίστῃ παρὰ θεῶν ἢ τοιαύτῃ μανίᾳ δίδεται (1). Nec mirum. Amoris illo furore correpti homines a turpibus sese abinent  *pudore*, in honestis  *aemulatione* inflammantur. Amor scilicet ille nnice virtutem spectabat ac exitebat eâ lege, ut amator amasium doceret atque ad omnia honesta incitaret, quae virtutis praecepta, quippe amoris furore animata, necessario efficacissima erant.

Sed non tantum domi, etiam bello spectantur hi amoris effectus, imo ibi multo praestantiora efficit. Affectuum enim natura, ad quos plane pertinet ille ex amore furor, ita comparata est, ut uno momento maximam habeant vim, eam vero non per longum tempus retineant, sed sensim amittant, donec tandem, nisi alantur, penitus evanescant, quod si cum praeclaris absurda nobis comparare liceat, nostris inprimis temporibus apparuit. Belgae enim, pravae libertatis furore (2) inflati, seditionem moventes, magno ardore primo pugnârunt; ubi vero nunc ille furor, ille ardor

et

(1) Phaed. 245. C.

(2) Furorem huncce, quem novo belgico vocabulo, *geestdrift*, vocamus, cum illâ Graecorum amoris ἐνθοῦσιαισει optime comparare possumus. Quae in Franco-Galliâ, et in ipsâ nostrâ patriâ saeculo superiore exeunte facta sunt, certe mihi id probare videntur.

et fortitudo? Sic et amoris furor non pacem domesticamve quietem, sed potius bella, pericula turbasque amans, uno temporis momento, in acie adeo, maxime sese effert atque mirabilia efficit, quod optime intelligentes civitatum moderatores exercitibus plerumque amantes indiderunt, eo potissimum consilio, ut et hi ipsi fortiter pugnarent et ceteros exemplo suo incitarent. Amantes enim unâ pugnantes non in fugam vertere, neque se invicem derelinquere audent *pudore* alterius, sed potius ambo mutuâ *aemulatione* ad fortitudinem incitantur, pro se invicem mori cupientes, ita ut, si exercitus esset ex solis amantibus constans, nullus ei par existeret, sed vincerent tales milites, quamvis pauci, ut ita dicam, omnes homines. Nec mirum. Duplicem enim vim habent milites amantes, duobus diis et Marte et Amore, eos inspirantibus (1).

Incredibilia haecce nobis fortasse essent, nisi affirmarent scriptores, atque historia nobis luculentissimum traderet exemplum, illius scilicet sacrae Thebanorum cohortis, quam Gorgiam quemdam primo constituisse perhibet. Constabat illa ex trecentis amantibus, mutuo vinculo conjunctis. Jure a veteribus illa invicta habebatur. Lacedae-

mo-

(1) Omnino de hisce conferre meretur Aeliani: Var. Histor. III. c. 9, 10 et 12. ubi amoris furorem ita describit, ut ipse furere videatur.



moniis enim eorum maxime operâ ad *Leuctraus* fugatis, deinde ad *Chaeroneam* ad unum omnes eodem loco, quo stabant, ceciderunt, uno alteri superstitem esse nolente. Eiusdem amoris *ἔνθουσιαισεως* plura praeclara exempla præstant. Ipsa Heroica aetas, recentiore tempore, plurima tulit illorum equitum vagantium, qui matronis vel virginibus illustribus sese devoventes, earum tuendarum gratia, omnia pericula ac mortem ipsam subierunt.

Hisce omnibus igitur bene perpensis non mirum nobis amplius fore spero, eos, quos Phaedrus laudaverat, effectus habuisse amorem neque, salutarem omnino fuisse rebuspublicis, quippe quae ejus ope intus bene sese haberent, atque extrinsecus hostibus metum infligerent. Hinc quasi suâ sponte sequitur, in maximo honore fuisse apud Graecos amorem. Laudabant atque promovebant ceteri omni modo amantes, ita ut amatori plurima decori haberentur, quae aliis turpia essent. Civitatum rectores eum etiam quam maxime tuebantur, imprimis apud Lacedaemonios. Ante pugnam enim hi sacra amatoria instituere solebant atque legem habebant, quâ non tantum is, qui amasium pecuniae causa neglexisset, mulcicaretur, sed et seniores cogerentur ex junioribus sibi amasios parare. Quare Phaedrum plane ex *vulgarî* sui temporis *opinionè* locutum esse, mihi videtur.

Sed

Sed, invitis his omnibus, quidam dicere audebant: ὡς ἄισχρον χαρίζεσθαι ἐράταις (1) respicientes ad turpes *paederastas*. Amor enim, qui ex Cretâ ortus, deinde per totam Graeciam in usum venisse fertur, primo nihil turpe habuisse, mox vero turpi libidini originem dedisse videtur. Maximopere favebant hisce nequitiis, tum communis et quasi publica vitae ratio, tum otium, tum prava mulierum conditio, quae in gynaeceis semper absconditae nullisque liberalioribus artibus instructae, viris cultissimis non sufficiebant. Cum praeterea huic malo nullum ex Deorum metu impedimentum exstaret, sed religio simul cum immoderatâ civium licentiâ illud potius propagaret, pene non aliter fieri potuit, quin magnos celeriter facerent progressus istae nequitiæ. Hinc maxima profluebat morum corruptela, cum corporis voluptatem tantum spectaret iste amor contraque naturam esset facinus. Magnum praeterea reipublicae damnum afferebat haecce libido, cum viri non nisi legibus coacti sese ad conjugia converterent, iisque sufficeret coelibes inter se vivere (2). Hi nunc sunt, qui amorem, rem tam praeclaram opprobrio exposuerunt, ita ut quidam plane turpe dicerent amare. Hinc, cum alii amorem laudarent, alii eum vituperarent, *maxi-*  
*ma*

(1) Symp. p. 182. A.

(2) Symp. 192. E. Vid. Wolfius ad h. l.

*ma confusio* necessario oriebatur. Maximi igitur momenti erat, ut haecce confusio tolleretur et, cum amor ipse partim omnia bona, partim omnia mala proferret, ostenderetur, quomodo instituendus esset, quod fecit Plato in Symposio et quidem sub Pausaniae personâ.

Distinguit enim hic, postquam Phaedrus amorem laudaverat, continuo duos amores, alterum laudabilem, quem Coelestem vocat, alterum vero turpem, quem Vulgaris nomine insignit. Sunt autem hi amores una eademque *res*, *πράξις*, per se neque honesta, neque turpis, quae, si *καλῶς καὶ ὀρθῶς* agatur, amorem coelestem efficit, si contra *μὴ ὀρθῶς* tractetur, vulgaris fit amor (1). Non igitur diversae sunt res hi amores, sed modo diversae ejusdem rei formae. Prior forma reipublicae salutem promovet, quippe quae unice virtutem spectet. Nullus enim tam ignavus, quem non hic amor *ἐνθέου* faceret circa virtutem (2). Cum vero altera amoris forma non reipublicae salutem promoveret, neque ideo virtutem (3), sed sui ipsius commoda spectaret, non *laudabilis*, sed potius, quippe turpi libidini inserviens, *turpis* est habendus. Coelestis amor praeterea non tan-

(1) Symp. 181. A.

(2) Symp. 179. A.

(3) Virtus scilicet apud Graecos erat, reipublicae prodesse.



tum laudabilis et honestus, neque vulgaris tantum turpis; sed et ille amanti salutaris, hic vero noxius est, quod recte etiam Pausanias oratione sua ostendere conatur. Virtus enim per se non amabilis est, sed modo, si commodum cum ea conjungatur; quapropter etiam ejus praecepta inania reperiuntur, nisi commendetur bonis, quae ex ea profluant. Recte igitur Pausanias amorem caelestem hoc modo commendasse videtur.” — Nonne et tibi ita videtur, Amice? — *Sophon.* Omnino. Sententiam meam plane mutant tua egregia verba. Prius enim illam Pausaniae orationem quodammodo contemsi ac vilipendi, Phaedri encomii appendicem eam existimans. Nunc contra Phaedrus unice Pausaniae gratia mihi dixisse videtur, ut nempe distinctioni ansam daret, in qua sine dubio *summa* trium priorum orationum posita est. — *Philopl.* Caveas, carissime! ne Phaedro injuriam inferas. Ille enim, ut heri vidimus, *laudatoris*, Pausanias vero *emendatoris* personam agit. Ambo vero egregie suis funguntur partibus. — *Sophon.* Recte id dicis, prior enim ornate, alter sedate et accurate loquitur; mihi tamen Pausaniae oratio *summam* continere videtur. — *Philopl.* Etiam mihi ita videtur. Nam cum de proposito ageremus, secundarium Platonis in scribendo Symposio consilium fuisse diximus, ut cives suos a turpi averteret amore. Huic proposito mihi maxime Pausaniae oratio inservire videtur, quip-

pe quae coelestem amorem commendet, vulgarem vero vituperet, Phaedro unice amorem laudante. Non autem hujus honor imminuatur, cujus oratio amoris effectus delicatâ laude celebrat, ideoque mihi minime contemnenda videtur. — *Sophon.* Nimis strictim fortasse dixi, me Phaedrum contemnere; tu tamen mihi concessisti Pausaniae oratione *summam* contineri trium priorum. — *Philopl.* Id non tantum tibi concedo, sed et ipse affirmo. Vulgarem nempe amorem noxium, coelestem vero salutarem esse hominibus, ostendit Pausanias, quod eum recte fecisse, deinceps nobis patebit.

„Vulgares amatores enim non amasios quaerunt ingenii animique dotibus excellentes, sed potius tales, ex quibus maximam voluptatem percipere possunt, unde maxima sibi ipsis incommoda profluant necesse est (1). Praeterea ex legibus et hominum aestimatione dedecus sibi et vituperationem parant. Lycurgus in legibus suis scripsisse videtur, ut turpissimum esset, si quis libidinis gratia amaret (2). Quid autem Athenis hac de re constitutum fuerit, non satis liquet. Solonem in turpes paederastas poenam quidem statuuisse ex ejus legum fragmentis patet (3) num vero val-

(1) Symp. 183. E.

(2) Cf. Aeliani Var. Histor. III. c. 12.

(3) Vid. Sam. Petisci liber, *de Legibus MSsis*, 6, 5. et in comment. p. 468.

luerint illae leges tempore Platonis, incertum est. Dicit saltem Pausanias de iis, eo modo, ut leges quidem adhuc affuisse, non vero vim habuisse videantur. Eo magis autem hominum aestimationis mentionem facit. Nam turpe, dicit, pecuniae, vel bonorum, vel aliis commodi gratia amare; turpissimum autem libidini unice satisfacere, unde tandem concludit, unam honestam obsequii viam relinqui amasiis, scilicet, quae est per *virtutem* (1).

Ab altera parte, si obsequium fiat eo consilio, ut melior evadat amasius, vel sapientiae studio, vel alius virtutis partis gratia, non tantum maxima commoda inde existunt, sed et pulcrum id esse voluit (2). Si igitur hae duae rationes, quod scilicet honesto modo fiat et ipsorum spectat commodum, in amore convenient, honesta et laudabilis res est; ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν ἐραστῆς τε καὶ παιδικῆς, νόμον ἔχων ἑκάτερος, ὁ μὲν χαρίσαμένοις παιδικοῖς ὑπηρετῶν ὀτιῶν δικαίως ἂν ὑπηρετεῖν, ὁ δὲ τῷ ποιῶντι αὐτὸν σοφόν τε καὶ ἀγαθὸν δικαίως ἂν ὀτιῶν ἂν ὑπουργεῖν, καὶ ὁ μὲν δυναμένος εἰς φρόνησιν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ξυμβάλλεσθαι, ὁ δὲ δεόμενος εἰς παιδευσιν καὶ τὴν ἄλλην σοφίαν κτᾶσθαι, τότε δὴ τούτων ξυνιόντων εἰς ταῦτὸν τῶν νόμων μοναχοῦ ἐνθαῦθα ξυμπίπτει τὸ καλὸν εἶναι πικρὰ δὲ ἐραστῆ χαριτασθαι, ἄλλοθι δὲ οὐδαμοῦ. — *Cum enim*

(1) Symp. 184. C.



*enim in idem convenerint amator et amasius, eam uterque legem observans, ille, ut, quatenus rite fiat, obsequenti amasio inserviat, hic vero, ut illi, se scientiâ bonisque moribus instituturo, legitime morem gerat, ille praeterea ad prudentiam ceteramque virtutem adjuvandam par sit, hic vero excultionem ceteramque sapientiam sibi parare cupiat; tunc sane, hisce legibus eodem concurrentibus, solum contingit, ut pulcrum sit amasios gratificari amatoribus; aliter autem nullo modo (1). Hoc modo igitur instituendus est amor, quod si fiat, pulcherrima res est, et πολλοῦ ἀξίος καὶ πόλει καὶ ἰδιωταῖς salutaris et civitati et privatis hominibus; si vero quocunque alio modo agatur, turpis est et vulgaris (2).*

Supra diximus, Eryximachum hancce Pausaniae utriusque amoris distinctionem affirmare, quod recte nos dixisse patebit, si modo ejus orationem respiciamus. Observat enim in omnibus rebus eosdem, quos ille distinxerat, amores. Inprimis autem in re medicâ, quae est ἐπιστήμη τῶν τοῦ σώματος ἐρωτικῶν illi conspiciuntur, tum etiam in agriculturâ, gymnasticâ, musicâ, ac denique in religione. Non enim in amore tantum, sed et in aliis rebus duae plerumque conspiciuntur rationes, altera bona, altera mala, quibus res vel in bonam vel in ma-

(1) Symp. 184. D.

(2) Symp. 185. B.

lam aguntur partem. Latisima haec est observatio atque philosophis tum antiquioris tum recentioris temporis, uberrimam dedit ansam, ut duo statuerent principia in rerum naturâ physicâ et morali sibi opposita (1). Hasce nunc duas rationes Eryximachus amores vocavit, quare, cum eodem fundamento ac Pausaniae distinctio tota ejus inquisitio nitatur, quod nempe res, si male agatur, mala fiat, si contra bene, bona, omnino mihi Pausaniae sententiam affirmare videtur.

Sed non affirmat tantum Eryximachus Pausaniae verba, sed et ipse docet bonam rationem in rebus esse tenendam. Maximi momenti est haecce doctrina in gymnasticâ et musicâ, quae artes ad reipublicae salutem efficacissimae erant. Ut id autem recte intelligamus, explicemus necesse est harum artium apud Graecos rationem, quae longe alia quam apud nos erat. Nostrates enim, quippe crassiore et frigidiore cincti aëre, corporis exercitia plane ignorant et musicae quidem student, non vero nisi ad delectationem eam adhibent. Graeci contra utrique arti in excolendis hominum animis non exiquam tribuebant vim, quod inprimis probavit commendavitque Plato, Duo nobis naturâ inesse, ait, alterum, quod *ἡμερον* item *Φιλοσοφον* vocat, *θυμοειδές* alterum. Recte haec diligenterque temperanda sunt, ne homo vel mollior

(1) Dualismo originem dedisse videtur.

rior fiat, quam par est, vel durior, quo valet in primis Musica. Scilicet utrique illorum artem dedisse videtur Deus, τῷ ἡμέρῳ *gymnasticam*, *musicam* τῷ θυμοειδεῖ; illam ut indoles corroboraretur placida et mitis; hanc ne insita alacritas in ferocitatem abiret (1).” Ad haecce efficienda jam pueri in gymnasiis corpora exercebant, atque musicam imbuebantur, poetarum carmina egregia canentes. Etiam adulti hasce artes exercebant festis solemnibus ludisque, ad quos tota conveniebat Graecia; choros praeterea instituebant, in quibus simul canentes atque saltantes utramque artem conjungebant. Maximi momenti igitur erat, ut in iis recta servaretur ratio, ne scilicet mala ex hisce profluerent. Inprimis autem in Musicam duae illae observabantur rationes; non autem in ipsam harmoniae rhythmique compositione, sed tum demum, cum ad homines ejus usus accommodandus sit, sive *fingendo*, quod *μελόποιον* vocabant, sive *utendo*, quod *παιδείας* nomine significabant. Poësis scilicet cum musicam arctissime erat conjuncta. Non enim recitabant Graeci poetarum carmina, sed canebant, quapropter et iis, qui carmina conficiebant, et qui ea adhibebant, bona erat observanda ratio. Cum enim usurpetur musica ad excitanda latentia virtutis semina, ad extollendos animos, vel ut uno verbo dicam, ad homines *κοσμι-*  
*κῶν*

(1) Symp. 197. D.



μὲντερος reddendos, omnia bona inde existunt, atque jure Urania talij musicae praesidet. Si ejus finis contra tantummodo sit aurium delectatio, Polyhymnia ei praeest. Haecce, nisi cautione quâdem adhibeatur, non voluptatem excitat, sed perturbationes aliosque malos affectus.) In Musicâ igitur omnino duo illi amores, sive tractandi modi adsunt, quorum alter bonum, alter malum habet effectum. Hos igitur modos agens *δημιουργος* maximopere hunc fugere, illum vero sequi debet, quae cum ita sint, non mirum magis nobis videtur, quod non omnes artes probaverit Plato, neque omnibus artificibus locum dederit in republicâ suâ, sed modo eos assumserit, qui hominum salutem promoverent. Si haecce omnia nunc bene consideremus, non difficile nobis fore spero, sequentia concludere: *in omnibus rebus coelestem amorem colendum, sive eum modum tenendum esse, qui, cum recte fiat, bonum habeat effectum.*”

Et ecce! Amicissime! de hac Eryximachi oratione absolvimus, quae, quamvis mirum habeat argumentum, tamen cum ceteris aequè procedit. *Sophron.* Recte dicis, mirum esse hujus orationis argumentum. Inauditum plane est in agriculturâ et arte medicâ amores esse.

*Philopl.* Si agricolas et medicos dixisset, fortasse non adeo mirum fuisset. — *Sophron.* Minime. Equidem antea pene in eo fui, ut res, quas agunt

agunt homines per *metonymiam* pro ipsis hominibus positas esse crediderim. Nunc autem, te explicante, omnia mihi clara facta sunt. Sed, nisi fallor, tu dixisti, tres priores convivas, quorum orationes contemplati sumus, unam eandemque tractare rem et quidem eo modo, ut alter alterius verba emendet atque explicet. Aveo igitur totius conclusionem ex te audire, nam non dubito, quin magna illa sit et praeclara. — *Philopl.* Ne tibi ipsi majorem, quam par est, expectationem moveas. Paucis scilicet simplicibusque verbis totam harum trium orationum doctrinam complecti nobis licet. Meministi certe quamnam potissimum rem tractare Phaedrum, Pausaniam Eryximachumque diximus? — *Sophron.* Popularem amorem dicis? — *Philopl.* Huncce amorem igitur Phaedrus primo laudat, ejusque ad reipublicae salutem effectus exponit, tum Pausanias ostendit amorem illos tantum habere effectus, si bene instituaturs atque colatur, cum, si contra male adhibeatur, omnia mala inde oriantur; quod denique Eryximachus affirmat, quippe qui in aliis rebus eandem observat rationem. Quid vero tu, si tua ageretur res, Sophroni! inde concluderes? *Sophron.* Non difficile videtur, dico enim: amorem popularem esse *laudabilem*, si honeste instituaturs, *vituperandum* contra, si turpiter. — *Philopl.* Sive aliis verbis: *cum in unâquâque re omnia a medio pendeant, quo peragatur, etiam in amo-*

*re honestus perficiendi modus est tenendus, vel: coelestis amor est colendus, vulgaris contra extirpandus.*

*Sophon.* Conclusionem factam, de hac parte satis diximus, quam adeo delectatus sum, ut jam de ceteris audire cupiam. — *Philopl.* Prius paululum adjicere velim, de ipsa hujus conclusionis ratione, a ceteris diversa. — *Sophon* Non difficile est hocce invenire discrimen. Doctrinam enim, quae e ceteris efficitur, magis ridicule, ornate ac sublimiter proposuit Plato. — *Philopl.* Recte id dicis, quod ad dialogi rationem attinet; nunc autem nobis de conclusione sermo est. Quid enim tibi nostra conclusio potissimum spectare videtur? Nonne morum emendationem? — *Sophon.* Videtur. — *Philopl.* An idem in ceteris conspicitur finis? — *Sophon.* Mihi saltem non videtur. Quod vero intersit, nondum clare percipio; sed a te audire cupio. — *Philopl.* Videamus. Aristophanem amoris originem exponere, jam supra diximus, item Agathonem potissimum de ejus effectibus agere, atque Socratem per amorem viam ad pulchri scientiam indicare. Omnes hi autem non amoris ad hominum salutem effectus memorant, neque commendant, neque vituperant; sed tantum contemplatione utuntur ac describunt. — *Sophon.* Nunc me intelligere puto. Tres priores enim *morum*, ceteri vero *mentis* emendationem spectant, quippe qui melioribus de amore opinionibus nos

im-



imbuere tentent. — *Philopl.* Recte dicis. Prior enim pars ad *morum doctrinam*, altera vero ad *philosophiam* mihi proxime pertinere videtur, quarum, si verbis technicis nobis uti liceat, hanc *theoreticam* dialogi partem vocamus, illam vero *practicam*, quippe quae homines ad agendum τὸ πράττειν incitet, altera rem contempletur, θεωρεῖ. Quodsi observemus non difficile nobis erit ex Aristophanis oratione id eruere, quod in eâ docetur. Progrediamur igitur legendo ad Aristophanis orationem.

„ Quod autem ad Aristophanis encomium attinet, jam supra diximus, eo amoris originem atque naturam contineri, nunc autem videamus, quaenam illa origo ac natura sit. Ipse dicit hisce verbis. Τοῦ ὄλου οὖν τῆ ἐπιθύμια καὶ διώξει ἔρωσ ἔνομα. *Integritatis igitur appetitui atque venationi amoris nomen inditum* (1). Primo enim tempore homines, ob insolentiam suam dissecati sunt, atque, qui nunc dicitur, homo revera modo hominis σὺμβολον existit. Hinc singulis desiderium quoddam innatum, quo ad suum σὺμβολον feruntur, quod est amoris *origo*. Desiderio illo acti vagantur homines inquieti, et cum tandem suam dimidiam invenerint partem, gaudent eamque amplectuntur ac nihil aliud cupere videntur, nisi ut

cum

(1) *Symp.* p. 193. A.

cum eâ ad unum corpus jungantur, quod est amoris *natura*.

Quocunque modo hanc accipiamus fabulam sive eam a Platone effinctam, sive ab aliis assumptam, sive non fabulam, sed Platoni aliorumve veram sententiam putemus, non mirum est philosophum eâ hoc loco usum fuisse. „ Nam quae continentur illâ amoris notiones, sunt hae sic propriae naturae nostrae, ut occurrant in nullis non linguis, in vocibus maxime, quibus caritatis causâ se mutuo compellere solent amantes, *partem* se invicem *sui*, *dimidium sui* (1) vocantes, ut Horatius appellat Virgilium suum :

Navis, quae tibi creditum

Debes Virgilium, finibus Atticis

Reddas incolumem, precor,

Et serves animae dimidium meae (2) (3).

Sensus enim internus, qui in juvene, cum ad certam pervenerit aetatem, existit, plane talis est, ut

(1) Nostrum *wederhelft* vim plane exprimit fabulae Platonicae.

(2) Carm. I. 3. Sic Graeci poeta, e quibus ductum est Horatianum hocce v. c. Meliager Annal. Brunck. I. p. 5.

Οὐριος ἐμπνεύσασ ναύταις

νότος, ὡ δὲ δυρερωτες, ἡμισύ μεν ψυχᾶς ἄρπασεν.

V. Mitschlerl. ad h. l.

(3) Verba hacce vir. clar. van Heusde Init. Phil. Plat. I. pag. 121.

ut non aptioribus verbis eum significare possemus. Angitur tum ejus animus, desiderat quidquam, quod nondum habet neque novit, comperit se *solum* esse, et, quum tandem quam cupit virginem invenerit, maximo statim gaudio impletur, ac continuo ei conspicuum fit hocce esse, quod tamdiu desideraverit, quapropter non absurda mihi videtur conclusio, quam modo ex ipsâ Aristophanis oratione attulimus: *amorem esse integritatis studium.*

*Sophon.* Quod dixisti, maxime affirmat exemplum nostri Cratini, cujus heri mentionem fecimus. Valde enim sese effert, quod eâ potitus sit. —

*Philopl.* Recte ille mihi sese efferre videtur; est enim pulcra res, voti fieri compotem. Sed quod ad Aristophanis fabulam attinet, inmentem mihi venit carmen quoddam poëtae excellentissimi, Jeremiae Deckeri, in quo ad eundem finem sacrae scripturae traditionem de Evae ex Adami costâ origine adhibet. Lepide omnino haecce descripsit (1). Sed pergamus.

„ Aris-

(1) Videatur *Jeremias de Decker, Rijmoef. Amst. 1659.* vol. III. 27. in carmine, titulo: *Eenzaamheid is armoede.* Dicit inter alia.

*Dat onlangs eerst gebouwde ribbe-been,  
Wierd uit den man gebroken onder 't slapen,  
En voor de Man een' Vrouw daar uit geschapen,  
En één tot twee, twee meer gemaakt tot één.*



„ Aristophanis orationem satis contemplati sumus, quod ad conclusionem attinet. In universo autem quidquam adhuc observemus necesse est. Patet enim ex hac oratione, mores tantam nonnunquam vim exserere in hominum opiniones, ut, quae reverâ turpissima sint, consuetudine adeo sese in hominum mentes insinuant, ut turpia haberi desinant non tantum, sed homines de iis loquantur tanquam de honestis.

Mirum fortasse tibi jam antea visum est, amicissime! laudabilem me vocasse παιδεραστίαν; caveas autem, ne me hocce ratione nostri aevi dixisse putes. De Graecis loquens, ita loqui tentavi, quasi ipse Graecus essem. Sic παιδεραστίαν rebûs publicis salutarem putavi, non autem in universe, sed modo quod ad Graeciam attinet; quare etiam non cum iis facio (1), qui Aristophanem reprehendant, quod tam spuriam de amore habuerit orationem. Ex aequalium enim opinione eum locutum esse credimus. Non ergo Aristophanis verba Platoni vitio vertimus, id unice ex iis derivamus, pravissimos Platonis tempore Atheniensium fuisse mores, cum hic, quamvis sui ipsius sententia non fuisse videatur, quippe παιδεραστικά τὸ παρὰ φύσιν τὸ λημμά vocantis, tamen talia in Symposio tradiderit.

Jam nobis de sequentis convivae, Agathonis  
nem-

(1) Cf. Serrani annot. In margine ad Arist. orationem.

nempe, oratione agendum. Quod hesterno die verbo monuimus, Aristophanem amorem, ut *affectum* describere, Agathonem vero eundem tanquam *Deum* sibi informare, jam nobis usu venit. Longe enim aliam viam uterque inculcavit poëta. Prior enim, comicus, fabulam narrat, quã suam de amore sententiam exponit, alter contra, tragicus poëta, sese extollit, atque ut deum sibi informans amorem, poëtice eum laudat. Quid igitur velit Aristophanes statim apparet, ipse enim explicat; quid autem alterius oratione contineatur, non explicat ipse auctor, sed potius poëticiis verbis occultat, e quibus nobis doctrina ejus est eruenda.

Argumentum hujus orationis, ut supra diximus, est expositio, tum de naturã, tum de effectibus amoris. Ad illam respiciens dicit Agathon: Cupidinem esse *καλλίσου*, ad hos vero: eum esse *ἀριστου* (1). Est enim Amor, omnium vera deorum beatorum beatissimus, quippe *καλλίσου νεώτατος, καὶ ἀπαλώτατος, προς δὲ τουτο ὑγροσ τὸ εἶδος* (2).

Quis non statim in hisce agnoscit amoris imaginem, quemadmodum etiam poëtae nostri eum verbis depingere solent, nempe ut puerulum formosissimum, aeternã juventute, vividum, delicatum

(1) Symp. p. 195. A.

(2) Symp. p. 195. B. — 196. B.

tum, malatum, sagittisque armatum. Inter nos enim etiam talis viget. Nam non excitatur deformi facie amor, neque asperitate, sed cum pulcritudine ei maxima est necessitudo, semperque mollitiem, teneritatem, comitatem, blanditiemque comitatur. Cito venit, atque omnino eos, quos tangit, adeo inspirat, ut plane mutantur omniaque alia iis proveniant, ita ut pulchra multo pulcriora iis videantur, a turpibus vero quam maxime abhorreant, quare non mirum est pulcherrimum vocasse Agathonem amorem. *ἄγῳ* ὀφείλει. Nunc de effectibus sive *περὶ τῶν ἀρετῶν ἐκ τῆς Ἐρώτος* agendum. Tribuit ei Agathon justitiam, (1) temperantiam (2) atque fortitudinem, (3) quod, si ad diversas Graecorum nostrique aevi amoris rationes respiciamus, non difficile nobis erit explicatu. Quae enim supra ad Phaedri orationem de amore observavimus populari, jam in memoriam revocamus. Proponimus nobismet ipsis rursus illos amantes, amoris furore inspiratos, atque se invicem ad praeclara omnia, tum domi, tum bello incitantes, ac statim inter haecce et quae Agathon dixit, maximam agnoscimus similitudinem. Quae vero ibi ex aemulatione et pudore efficiuntur, hoc loco poeta ex ipsa amoris natura derivat. Amor

enim

(1) Symp. p. 196. B.

(2) Symp. p. 196. C.

(3) Symp. p. 196. D.



enim inter amantes comitatem atque benevolentiam efficit, quae longe injuriam arcent, ideoque *justus* est. Praeterea, cum nullus amore major sit affectus atque, hoc dominante, malii recedant neque voluptates neque perturbationes in animis cadant amantium, ubi facile *temperantiam* servant. Denique in bello *μῆλς ἀνδρείαν Ἐρωτι οὐδέ ἼΑρης ἀνθιστάται* (1). Nec mirum: amator enim miles duobus inflammatur Diis, et Amore, et Marte, quod diserte memorat Aelianus. Dicit enim de illo, qui non amat, tamen cum amatore pugnam init. *Δέδοικε γὰρ τὸν ἕτερον ἄτε ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα· καὶ οὐ μὰ Δία, τοῦτο τὸ κοῖνον· ἔξ ἸΑρης ἄλλ' ἐξ Ἐρωτος μανέντα.* *Metuit enim hic alt- rum, quippe divino spiritu inflatum, et non, ut per Jovem, secundum commune illud dictum, ex Marte, verum ex Amore furentem* (2). Lausque in hoc . . . Laudat postremo loco Agathon amoris *σοφίαν*, quippe qui *ποιητῆς* sive auctor sit tum poësis, tum animalium generationis, tum artium *δημιουργίας*, (3) quae tria nemo ei abnegabit, qui modo et antiquioris, et recentioris temporis poëtarum, Anacreontis, Ovidii, Petrarcae aliorumque carmina legerit, ad rerum naturam animaliumque pro foetibus curam attenderit ac tandem multa-

rum

(1) Symp. p. 196. D.

(2) Aeliani Var. Hist. L. III. C. 9.

(3) Symp. p. 196. D. — 197. C.

rum artium inventionem cognoverit. Non mirum igitur Agathonem hisce conclusisse verbis : "Ερως πρῶτος αὐτὸς ὢν κάλλιστος, καὶ ἄριστος, μετὰ τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἄλλων τοιούτων αἰτιος εἶναι (1), neque ceteros convivas plausisse, praesertim, cum ipse tam elegans esset, atque oratio formae et ingenio conveniret. Pulcre enim amorem laudaverat." —

Nonne et tibi ita videtur, Sophroni! — *Sophron.* Pulcre quidem Agathon mihi dixisse videtur, sed non item vere. — *Philopl.* Quare non? — *Sophron.* Socrates scilicet totam ejus orationem refutat, aliamque profert sententiam, quae si vera sit, ut omnino videtur, sine dubio Agathon non vere dixit. Duo enim contraria simul vera esse nequeunt. — *Philopl.* Si te scepticorum morem sequens rogarem, quid sit *verum*, quidque *falsum*, cum ita de *vero* jactes, quidnam responderes? Illi enim nobis persuadere volunt, nullum esse *veri criterium*; sed modum *verum videri*, ita ut fieri posset, ut aliud aliis verum videatur; quod, quamvis per se inutile, tamen hoc loco nobis aliquatenus adhibendum esse credo.

Supra enim, cum de progressionem ageremus, nisi fallor, diximus, varios convivas varias agere partes omnesque orationes considerandas esse ut ejusdemque rei explicationes ex variorum hominum ingeniis varie propositas. Necesse igitur est,

(1) Symp. p. 197. C.

est, ut diversae sint orationes; quamvis autem diversae existant, inde tamen non sequitur, unam eorum veram ceterasque falsas esse. Res enim vario modo bene et vere conspici potest. Quod etiam quam maxime hac in re observandum esse, mihi videtur. Quamvis non is sum, ut totam Agathonis probarem orationem, atque, si accuratius inspiceretur, nihil in eâ inventum iri contenderem, quod absurdum esset, (puto enim multa inesse, quae nimis ornate dicta sunt,) tamen miror eorum sententiam, qui Platonem hanc orationem unice eo consilio ceteris inseruisse putent, ut Sophistarum, inprimis Gorgiae, arrogantiam atque magniloquentiam illuderet. Causam hujus opinionis talem habuisse videntur, quod nempe nimis sese efferat oratio ornamentis et praesertim quod Socrates eam deinde refutet. Quod ad primum attinet, omnino conveniens mihi videtur oratio, et Agathonis et argumento, quod tractat. *Ἐνθούσιχου* enim quoddam genus est amor, ad quod describendum non verbis humilibus nobis uti licet, sed plane sublimia ac magnifica adhibere debemus. Quodsi in Agathone reprehendamus, etiam reprehendendi sunt omnes poëtae, qui amorem celebrarunt. Quis enim eum non *pulchrum* vocavit. Quod autem ad secundam causam attinet, non mirum est, Socratem Agathonem refutasse. Longe aliam personam agit, longeque alium amorem describit. Agathon erat poëta,



ta, Pausaniae amator, Socrates contra philosophus. Hic universum contemplatur illum affectum, quo omnes homines bona appetunt, ille vero τὴ εἶδος hujus amoris detrahens, id laudat. Agathoni igitur, quippe poëtae, omnino talia proferre licebat, quae philosopho, rem intime perscrutanti, non ferenda erant; sed ideo non inania sunt habenda neque reprehendenda ejus verba. — *Sophon.* Philosophice igitur ea falsa censes, poëtice quidem vera. — *Philopl.* Si scolastici fuissent Agathonis convivae, ulterius hac de re ageremus, cum vero fuerint Athenienses philosophi, homines καλοκᾶγὰ-θοι, inter magna pocula disserentes, hanc de vero jactantiam missam faciemus. Stulti enim est in poëticiis operibus de *vero* inquirere. Potius videamus de sequentibus, de iis scilicet, quae ex Agathonis Aristophanisque orationibus efficiantur; si tibi nempe placet. — *Sophon.* Multo magis, amice! quam illa inquisitio, num, si Agathonis oratio in philosophorum pondereretur staterâ, vera an falsa reperiretur. Rem nobis nunc esse credo de amoris naturâ, quam duabus hisce orationibus contentam esse dixisti. Nonne? — *Philopl.* Dixi.

„ Si nunc in universo de duobus Aristophanis Agathonisque orationibus quaeramus, patet, utrumque poëtam unam eandemque rem tractare, *amorem scilicet, ut animi affectum consideratum*; eo autem modo, ut prior ejus originem investiget, alter de effectibus agat, ex quibus haec nobis

concludere licet. Amorem nempe ortum ducere ex sensu quodam indigentiae, hominibus innato, quo ad alios, quos ament, feruntur. Hos autem non omnes amare sibi obvios, sed solos eos, in quibus secum similitudinem invenerint, quosque ut sua συμβόλα agnoverint. Talem si reperit quisquam, amor huic et illi continuo existit, cujus amoris ea est indoles, ut semper unâ esse velint. Amorem praeterea in juvenibus esse solere iisque mitissimis, et pulcrum appetere. Effectus ejus tandem magnos existere. Haec omnia si perpendamus, ac cum prioribus de amore populari comparemus, nobis conspicuum fore spero, recte initio dixisse Agathonem: δοκοῦσι γὰρ μοι πάντες οἱ πρόσθεν εἰρηκότες οὐ τὸν θεὸν ἐγκωμιάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους εὐδαιμονίζεν τῶν ἀγαθῶν, ὧν ὁ θεὸς αὐτοῖς αἴτιος· ὁποῖος δὲ τις αὐτὸς ὦν τᾶντα ἐδωρήσατο, οὐδεὶς εἶρηκεν. *Videntur enim mihi omnes, qui prius dixerunt, non Dei laudes celebrasse, sed potius homines beatos praedicasse, quippe bonorum participes, quorum auctor est Amor, qualis autem ipse tandem sit, qui haecce largitus sit, nemo dixit* (1). Ipsum autem simul cum Aristophane hocce functum esse munere, nemo negabit.

Non autem hi suas partes ita egerunt, ut Socratis reprehensionem effugerunt. Is enim erat philo-

(1) Symp. 195. A.

philosophus, qui res inquit, non ut *videntur*, sed ut *sunt*, ac praeterea putat se de una quaque re vera dicere debere; quod est veri philosophi munus, non *externam* rerum *formam* sibi sufficere existimantis, sed ad ipsam earum *essentiam* penetrantis. Sic et Socrates de amore agere voluit, ac necessario duas priores orationes reprehendere debuit. Primo adspectu enim amor quidem pulcher, bonus, beatus, ac Deus videtur; non vero est, cum bona, pulcra beataque appetat, et, quae appetit, non habeat. Agathon igitur tantummodo amoris speciem contemplatur; Socrates contra ejus internam *essentiam* describit, et ostendit, non pulcrum esse amorem. — Et tamen mirus omnium amorem laudandi consensus, ita ut fere nullus usquam terrarum sit, vel fuerit poeta, qui amorem non pulcrum dixerit. Non solus igitur Agathon contra philosophiam erravit.

*Sophon.* An male igitur amorem a poetis laudari dicis? — *Philopl.* Bona verba! quaeso! Non enim Amoris Musarumque iram in me contrahere auderem. Causam audias. „ Hujus rei causam etiam ostendit Socrates, dicit enim: ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὸ ἐρώμενον Ἔρωτα εἶναι, οὐ τὸ ἐρῶν (1). Error igitur Agathonis, aliorumque poetarum in eo situs est, quod *amorem* cum *rebus amatis* confuderint et has laudaverint, quare jure

(2) Symp 204. C.



mihī philosophus poëtam reprehendisse videtur. Amor enim per se nec pulcher, nec beatus, cum ex eo anxietas, animi perturbatio et ipsa desperatio oriri solet. Primo, cum amare aliquis incipit, totum se id, quod amat, occupat, semper in animo versans omnemque quietem exstirpans. Tum sibi parare studet, ambit, quod si bene eveniat, magno gaudio impletur. Gaudium vero illud non ex amore oritur, sed unice ex eo, quod voti compos factus sit.

Cum talis igitur sit Amor ex Graecorum opinione, qui Deos beatos dicebant, non dignus ille erat, qui Deus nuncuparetur; sed inter Daemones, qui spatium mortales inter et immortales implebant, locum occupabat, atque ex patre Porro ac matre Penia originem deducebat, quae optime nos ejus naturam edocet. Alii aliud amoris laudaverant, Socrates vero id contemplatur, quod in nobis appetit, amat, quodque et amorem vocat, ceteros hujus tantum τὴ εἶδος laudasse dicens.

Hic igitur universus amor est ille ὁ μέγας Δαιμονῶν, ex *egentiâ* et *ubertate* ortus, quod nos jam de ejus naturâ certiores faciet. Ex matris enim naturâ eum semper pauperem esse dicit, atque egentiam comitem habere: κατὰ δὲ αὐτὸν τὸν πατέρα ἐπίβουλος ἐστὶ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς καλοῖς, ἀνδρείος ὢν καὶ ἴτης καὶ ξύντονος, θηρευτῆς δεινός, ἀεὶ τινας πλέκων μηχανὰς, καὶ φρονήσεως ἐπιθυμητῆς, καὶ πόριμος, φιλοσοφῶν διὰ παντὸς τοῦ βίου, δεινός γόης καὶ

Φαρμακεύς καὶ σοφιστής. Quod autem ad ejus patrem attinet, bonis pulcrisque insidiatur, naturâ strenuus, audax, acer, venator sagax, aliquos semper nectens dolos; est praeterea prudentiae studiosus, in eâque quaestuosus, per omnem vitam philosophans, ingeniosus incantator, praestigiator et sophista (1). Talis igitur est amor, quem Socrates laudavit, tum egens neque bonus neque pulcer, tum haecce sibi parare studens, ex quibus statim apparet, longe alium eum esse, quam quem celebraverat Agathon. Multo magis adhuc id ex sequentibus patet.

Dicit enim Socrates, pulcra non tantum appetere amorem, sed et ut sibi fiant cupere; non autem hujus rei proprium existere nomen; si vero de bonis res est, omnino. Appetere enim bonorum possessionem, cui *beatitudo* nomen inditum. Amorem ergo beatitudinis studium esse (2), quod jam nobis rem in clarissimâ luce ponit. Hocce enim studium omnibus inditum est hominibus, ac per totam regnat vitam. A periculis nos avocatur, ut vitam servemus; quâ servatâ, ad ejus delectationem voluptatemque nos hortatur, atque omnino nos impellit ad paranda ea, quae nobismet ipsis bona, et aversanda, quae mala videantur. Maximam quidem vim exserit illud studium his

tem-

(1) Symp. 205. D.

(1) Symp. 203. A.

temporibus, multo magis vero apud veteres conspiciebatur, imo, cum nullos illi poneret limites religio, unicus fere iis agendi fons erat. Cicero vocat illud „appetitionem, quae agendum impellit, limur, et id appetimus, quod visum est” (1). Si haec bene perpendamus, non mirum amplius nobis videbitur, Socratem amorem dicere τὴν εἶδος effectus illius, cui proprie amoris nomen competit, neque dubitamus, quin ille affectus ex Socratis sententiâ nihil aliud sit, quam id, quo homines non ad homines tantum, sed ad omnes alias res feruntur, sive aliis verbis, quod in nobis appetit, quodque Stoici ὄρμην (2) sive agendi principium vocabant.

Hic igitur amor nos strenuos reddit, et audaces, ingeniosos ac sapientiae studiosos. Ex indigentia originem ducit, cum quod habemus non appetamus. Si voti compotes fiamus, amor quidem recedit, non vero plane evanescit. Natura enim nostra ita comparata est, ut, si quidquam habeamus, mox ejus nobis taedeat, ac novum semper quaeramus, quo fit, ut amor, quamvis nonnunquam recedat, semper autem ad aliud convolet ac nos per totam vitam nunquam relinquat. Semper bona appetimus, unde recte mihi efficere videtur Socrates, οὐτε ἡμῖσέος εἶναι τὸν

ἔρω-

(1) Cic. Acad. prior. I. II. c. 8. 24 ed. Orell.

(2) Cf. Cic. I. c.



ἔρωτα, οὔτε ὅλου, εἰ μὴ τυγχάνῃ γέ που ἀγαθὸν εἶναι,  
*neque dimidiae partis neque integritatis esse*  
*amorem, nisi bonum sit (1).*”

*Sophon.* Sistas paululum, si placet. Videtur mihi enim ex hisce, Socratem eodem modo, quo et Agathonis verba reprehenderat, etiam Aristophanis egregiam fabulam refutare. — *Philopl.* Ad eam respicit Socrates, non vero plane eam refutare ac inanem reddere puto. — *Sophon.* Et tamen dicit Socrates distinctis verbis, non integritatis sed boni esse amorem. — *Philopl.* Attendas, quomodo sententiam suam proferat, integritatem quidem appetere, sed non, nisi bonum sit. Non refutat igitur Socrates Aristophanis sententiam, sed modo ei conditionem adjicit, quâ puriorem eam reddat. Eodem modo de Agathone prius egit. Hic nempe in eo erraverat, quod non *amans*, sed *amatum* amorem putaret. Eximit ergo Socrates his, quae hactenus disputaverat, auditoribus pravas de amore opiniones. — *Sophon.* Sive aliis verbis, his primus initiationis gradus continetur. Memini enim te supra dixisse, mysteriorum Eleusiniarum morem Socratem secutum fuisse. — *Philopl.* Recte meministi, amice! — „Diximus enim tum tres esse initiandi gradus, secundum quos Socratis orationem in tres nobis dividere licet partes. De primâ parte jam absolvimus.

Pri-

(1) Symp. 205. E.

Primum enim gradum, diximus, esse καθάρσιν, προτελείαν, quo initiandi ab omni labe, pravisque profanorum opinionibus puri reddebantur. Aristophanes atque Agathon nunc nihi illas profanorum opiniones proponere videntur. Tres priores enim popularem amorem tractant; initiatio vero est de amoris naturâ, de quâ vulgo homines pravas habent opiniones. Non enim ad internam ejus essentiam penetrant, sed modo externam formam contemplantur. Pulcrum atque bonum vocant amorem, quamvis neque bonus neque malus sit; hujus rei causa in eo posita est, quod tantummodo τί εἶδος amoris contemplantur, i. e. unice ad amorem respiciant, qui inter homines existit. Hanc causam nunc sustulit Socrates; ostendit enim neque pulcrum esse amorem, neque inter homines solos esse, sed id proprie amoris nomine vocandum esse, quod in nobis appetit; quapropter non difficile, hujus partis tradere conclusionem: *non est amor pulcher, neque bonus, cum haecce ad res amatas non ad amorem pertineant, neque est integritatis studium nisi bona sit.* — Jam auditorum animi ab omni profanorum labe puri sunt, atque digni, qui ad secundum initiationis gradum perducantur, de quo nunc nobis res est.

Vidimus amorem neque pulcrum esse, neque integritatem appetere, sed *bonum sibi esse cupere.* Non vero tantummodo esse cupit, sed et

*semper sibi esse*, quod addendum. Ἐστὶ ἀρὰ συλλήβ-  
δην ὁ ἔρωσ τοῦ τὸ ἀγαθὸν αὐτῷ εἶναι ἀεί. *Est igitur*  
*summamim amor, ut bonum sibi sit semper* (1).

Haecce verba definitionem continent universi illius  
beatitudinis studii, quod ad agendum nos incitat,  
cuique proprie amoris nomen competit. Non au-  
tem semper *amor* vocatur. Nam si verbi causa  
cibum potumve appetimus, non *amare nos* dici-  
mus, sed *esurire* vel *sitire*. Necesse ergo est,  
si de verâ amoris naturâ certiores esse velimus,  
ut ostendatur, quaenam sit conditio, quâ *studium*  
illud *amor* vocetur. Id explicat nobis Diotime.  
Quaerit nempe a Socrate quinam sit persequen-  
di *modus*, et quaenam sit *actio*, in quâ studium  
illud boni amor vocatur. — Socrates respondere  
nequit. — Dicit ergo Diotime *modum* illum τὸκου  
ἐν καλῷ, *partum in pulcro*. Obscurius id nobis  
est; nec mirum, cum ipse Socrates, illud profe-  
rente Diotimâ, diceret, μαντείας δεῖται, ὅτι ποτὲ  
λεγεῖς, καὶ ὁ μανθάνω, *vaticinio opus est ad id*  
*quod dicis, equidem non intelligo* (2), quare, nisi  
vaticinio, saltem explicatione, quantum vires va-  
leant, adjuvante Diotimâ, illud illustrare conabi-  
mur.

Dicit enim mulier: omnes homines concipiunt et  
animo et corpore; cum vero ad certam pervenerint

ae-

(1) Symp. 206. A.

(2) Symp. 206. B.



aetatem, parere gestiunt; parere autem non possunt in turpi, verum in pulcro (1). Obscura nobis haec adhuc essent, nisi vir clar. Heusdius nobis docuisset *τικτεῖν*, apud Graecos, et subinde apud Latinos *parere*, de feminis non tantum, sed item de viris usurpari, totamque hanc disputationem ad viri naturam conditionemque referri (2). Quod ad corpus attinet, viri feminaeque *ξυνουσία* est *τόκος*, sive *modus*, quo bona sibi comparare student (3). In hac actione *boni studium amorem* vocari, unicuique manifestum, non item autem, quod ad animum attinet, quam etiam praegnantem dixit Diotime. Ut hoc autem bene intelligamus, attendamus necesse est, ad Platonis de animarum origine sententiam. Ortas enim eas ex coelo esse voluit, in quo multo puriore statu, quippe non corporis sordibus impeditae, versantes, plurimas rerum *ideas* conceperunt. Deinde vero in terram delapsae, atque corporibus infusae, conceptas hasce tenent ideas ac praegnantem sunt. Tum eas proferre ac parere gestiunt, quod imprimis tum fit, cum unus quisque ad certam pervenerit aetatem. *Discit* enim tantummodo puer atque ab aliis *accipit* doctrinam, donec tandem, cum pueriles annos egres-

sus

(1) Symp. 106. C.

(2) Vid. Imit. Vol. I. 182.

(3) Symp. 206. C.

sus sit, ipse *docere*, et *proferre*, et *parere* velit, et *promere* eas ideas, quas jam diu conceptas tenuerit et magistri excoluerint. Maxima tum commutatio conspicitur in juvenili animo, alia plane appetit, alia agit. Prius ludi omniaque puerilia cum totum occupabant, nunc vero hæc taedio ei sunt, intime sentit, se *proferre* quidquam debere; autea domos chartaneos extruxit, nunc autem ipsas domos efficere studet; parere omnino gestit id, quod jam diu conceptum tenuit. Ille nunc *pariendi* appetitus, qui in primis in certâ aetate conspicitur, *animi est amor*. Non miremur autem hisce placitis usum fuisse Platonem; haud abhorrent enim ista a naturalibus mentis humanæ rationibus, quæ linguis dicendique usu continentur. Quis enim populus, paulo quidem cultior, suâ non linguâ has ipsas, quibus nos uti sumus, voces dictionesque usurpat? Dicentes audimus homines, qui dudum consilia quaedam mente agitarunt, his consiliis se *plenos gravidosque* fuisse (1). Ingenia memorantur *foecunda*, item *sterilia* (2). Omnes tam docti quam indocti libros vocant *ingeniorum foetus* (3), scriptorum *prolem*, aliaque multa (4). Rec-  
te

(1) *Zwanger gaan van ontwerpen.*

(2) Uberem et foecundum Periclem vocat Cicero Orat. c. 4.

(3) *Herzenyruchtou.*

(4) Pleraque hæcce habemus ex clar. viri v. Heusde Init.

te igitur mihi dixisse videtur amorem τῆς γεννήσεως καὶ τοῦ τόκου ἐν τῷ καλῷ (1).

Vidimus nunc omnes homines bona appetere, cum vero ad haec consequenda *pariamus*, tum appetitum amorem vocari. Quaerimus suâ sponte, quoniam *bonum* in partu illo appetamus? quoniam sit pariendi *causa*? Non difficilis videtur responsio; continuo enim dicimus, bonum, quod *partu* suspicere speramus, est *proles*. Talis autem finis humilior est, quam ut a philosopho amore dignus judicaretur, imo multo altius sese extollit ejus animus, per *prolem* enim *immortalitatem* sibi parare student *amantes*.

Id in animalibus maxime conspicuum est, dicit Diotime. A naturâ ipsi bruti ducuntur ad faetus procreandos, fovendos, alendos, neque ullam ob aliam causam id fit, quam ut genus suum *in aeternum* servetur. Ipsi caduci evadunt, nascuntur, vivunt, abeunt; genus autem procreando manet, et sic quamvis mortales immortalitatis sunt participes. Idem in animis obtinet. Conceptas enim tenent voluptates, opiniones, sententias, maxime autem scientias, quae semper veniunt ac recedunt, et sic, continuo mutando, aeternae sunt. Non mireris igitur, o Socrates! dixit Diotime, si, cum hac solâ arte mortale immortalitatis particeps sit, omne ex se prolem relin-

(1) Symp. 206. E.



linquere studeat; immortalitatis enim gratia unusquisque amat. Mirabatur tamen Socrates, non enim est vulgaris sententia, *immortalitatem summum nostri laboris esse finem.*

Explicabat igitur docta mulier, ac, de tam sublimi materia actura, etiam dignis omnino ac sublimibus utitur verbis (1). Si modo, ait, gloriae cupidinem consideraveris, jam statim me intelliges. Nihil enim aliud est, quam quod nostrum nomen servari, velimus. Quodcunque agamus, cupimus, ut id laudent primo amici tum aequales; summum vero cupidinis fastigium est, ut etiam posteri probent, et servetur nostrum opus in aeternum. Omnes homines praegnantes sunt, atque id, quod conceptum habent, parere gestiunt, et quidem in eum finem, ut immortalitatis participes sint. Qui corpore conceperunt, ad mulieres sese convertunt; qui vero animo, multo praestantiora hi proferunt. Conceptas enim habent scientiam aliamque virtutem, quaeque ad civitatem pertinent, temperantiam ac justitiam. Ejusmodi sunt poëtae *genuini*, quippe qui ex ingenio producant, et artifices, qui *inventores* dicuntur. Pariunt hi, cum aptam nacti sint materiam, alii aliam causam habentes, omnes tamen in eo convenientes, quod unum pariendi finem habeant, immortalitatem. Tales *genitores* sunt Homerus, Hesiodus, Lycurgus,

So-

(1) Symp. 208. C.

Solon, alique praeclaris viris, qui vere immortalem reliquerunt prolem. Concludere igitur nobis licet, *amorem esse immortalitatis studium.* — Nonne et tibi ita videtur? — *Sophon.* Credo, ita rem sese habere, obscurior tamen adhuc mihi est, quam quod eam plane perspiciam. Amorem enim dixisti esse *pariendi* studium, hujus autem *finem* esse immortalitatem, recte igitur conclusisti, amorem esse immortalitatis studium. Haec clara; non vero intelligo, quod *amantes* eo consilio *parere* velint, ut immortalitatem sibi comparent. Nam si haec ita essent, plurimi sane reperirentur infelices scriptores, quorum opera vix ad aequalium perveniunt cognitionem. — *Philop.* Rem non bene te perspicere opinor. — Putas quid fallor, *amantes* eo consilio parere, ut immortales fiant, quod absurdum esset. et etiam a Diotima redarguitur. Dicit enim de iis (1), qui corpore praegnantibus sunt: *homines parere gestire, quisquam putare posset, quia ratiociniis inducantur, apud bestias vero id fieri, naturam incitante, quod perspicuum est.* Non igitur immortalitas ad *amantes* pertinet, sed potius ad *amorem.* — *Sophon.* Nunc percipio. Putabam modum ineptus, ad nos pertinere, nos immortalitatem pariendi causam habere. Nunc autem video pariendi illam causam esse.

(1) Symp. 207. C.

C. 207. C. (1) Symp.

amorem, amoris vero immortalitatem (2). — *Philopl.*  
 Omnino; amor nos ideo ad pariendum incitat,  
 ut nos hoc modo immortalitatis participes fiamus.  
 Varia efficit amor, summum autem est immorta-  
 litas. Huc pertinent omnes nostri labores; ideo  
 nostrae naturae *inditum* est illud pariendi, pro-  
 ferendi, agendi studium, atque, nisi Platonem ni-  
 mis ex nostris opinionibus judicemus, hinc con-  
 cludere possumus, *naturam nostram immortalita-*  
*ti esse destinataam.* Sed pergamus.

Vidimus ergo *amorem* esse *immortalitatis*  
 studium, illum nobis *inditum*, hanc vero illius  
*finem* existere. *Rem* autem atque *actionem*, in  
 qua conspicitur amor et per quam *finem* conse-  
 quitur, esse *partum*, quae omnia, quantum potui-  
 mus, explicavimus. Unam vero rem, eamque maxi-  
 mi momenti, omisimus, *pulcritudinem* nempe; non  
 enim est *partus* per se, sed *partus in pulcro*.  
 Cum *parturiant* homines, vehiculum quaerunt, in  
 quo pariant. Id vehiculum nunc est *pulcritudo*,  
 quam recte in partu Lucinam vocat Diotime.  
 Cum enim id, quod praegnans est, in turpe in-  
 ciderit, tristitia ac dolore contrahitur, involvi-  
 tur, ac non promit foetum, sed aegre gerit (1),  
 cum contra pulcro appropinquet, magno gaudio  
 afficitur atque statim parit. Id non solum in his,

(1) Symp. 207. A.

(2) Symp. 206. D.





genuina erat Socrati. Alliciebat ille ad se juvenum animos, atque in iis pulcri amorem excitabat eo consilio, ut *boni*, imo *maximi boni*, *immortalitatis* participes fierent. Praeclara haecce nobis videntur; sed nondum plane perspicimus. Nec mirum. Modo enim intravimus templi illius magnifici propylaeum, cui inscriptum ἐρώτικα, intus enim latet totius summa. Sed propylaeum illud miras nobis movit investigandi cupidines, atque iis similes sumus, qui in Eleusiniis mysteriis initiandi, jam duos gradus experti, ardore flagrant, ut tota iis aperiatur res.

Sed properemus ad ipsum templi adytum, ubi conspiciemus illa τὰ τέλεα καὶ ἐποπτικά; jam enim cognoscendi cupiditas nos diutius morari, non sinit. Ut Socrates, Diotimam sequi tentemus, nobis viam monstrantem. Primo pulcra nobis adeunda sunt corpora atque unum amandum. Hujus pulcritudine perceptâ ad aliud corpus veniamus ejusque pulcritudinem alterius cognatam existimemus, necesse est. Tum a duobus ad tria, ac inde ad quatuor corpora nos convertere, et sic per gradus escendentes putare debemus, unam eandemque pulcritudinem omnibus corporibus esse communem. Hinc ad animos, deinde ad studia et scientias veniamus et sic sensim escendamus necesse est, donec tandem ad magnum illud pulcritudinis pelagus subsistamus, ac videamus pulcrum, quod est αὐτὸ καθ' αὐτὸ μέθ' αὐτοῦ μονοεῖδές

ἀεὶ ὄν, circa quod omnes priores labores suscepimus.

Jam pervenimus ad id, quod tantopere desideravimus attigimus; enim τὰ τελέα ἐρωτικά, nondum autem mente percepimus. Illum per gradus adscensum quidem audivimus, quid vero sit illud *immutabile pulcrum*, nescimus. Age! viam reparemus, magis vero ex nostris opinionibus; nihil aliud enim esse videtur, quam *abstractionis* via, ut recentiores dicunt. Videmus, verbi causa, tabulam pictam certi generis pulcram; deinde aliam ejusdem generis, in qua vero alio modo colores sunt dispositi, quae si rursus nostram moveat admirationem, jam in nobis aliqua pulcritudinis notio oritur, illi tabularum generi propriae. Cum vero plurimas ejusmodi tabulas adspiciamus, existat nobis necesse est abstracta quaedam pulcritudinis idea. Si hanc pulcritudinem rursus abstrahamus, atque ad omnes tabulas pictas transferamus, atque inde ad omnia opera artificiosa, purior ac purior fiat necesse est, donec, semper denuo abstrahendo, tandem ad pulcritudinis notionem perveniamus, quae omnia, quae sunt, complectitur ac talis est pulcri, quale modo nobis descripsit Diotime. Tale autem pulcrum nobis non revera existit. Abstrahendo quidem ad ejus notionem obscuram pervenimus atque concludimus tale esse debere, quale descripsit Diotime, non vero percipimus; majus enim est; nostro  
cap-



captu ; terreſtribus rebus adſtricto. Nobis , qui caduci ſumus , modo conſpicienda eſt pulcritudo mutabilis et caduca , quippe corporibus adſtricta. Noſtra natura autem ita comparata eſt , ut nonnunquam ſe ſupra terram extollere , atque notio- nem conſequi poſſit pulcritudinis *uniſerſalis* , obſcuram quidem , ſed eo clariorem , quo magis unuſ- quiſque ſe a corpore abſtrahat. Sed perfectam ; immutabilem immortalẽque pulcritudinem perci- pere homini non licet. Hæc ſedem ſuam in cae- lo locavit , atque ipſa immortalis , inter ſolos im- mortales verſatur.

Si hæc igitur conſideremus , nondum perſpi- cuum eſt , quid nobis ex illis Diotimæ verbis concludendum ſit. Agit enim de pulcro immuta- bili , cujus in caelo ſedes poſita eſt ; concludi- mus ergo ad immortalitatem pertinere illud pul- cri pelagus , quod jam nobis aliquatenus rem ex- plicat. In memoriam enim revocamus , quæ mo- do diximus , immortalitatem nempe , quippe ſum- mum bonum , amoris eſſe finem , medium autem , quo amor illud bonum conſequitur , eſſe pulcrum. Socratem hæc doctrinã uſum fuiſſe , tum dixi- mus , ut juvenes immortalitatis participes redderet , quod tunc obſcurum , nunc nobis jam clariuſ fit. Vidimus enim , quomodo nobis per pulcra ad caelum adſcenuſ pateat.

Sed nihilominuſ obſcura manet hæc doctri- na , quapropter advertamus necesse eſt ad to-

ἀεὶ ὄν, circa quod omnes priores labores suscepimus.

Jam pervenimus ad id, quod tantopere desideravimus attigimus; enim τὰ τελέα ἐρωτικά, nondum autem mente percepimus. Illum per gradus adscensum quidem audivimus, quid vero sit illud *immutabile pulcrum*, nescimus. Age! viam reparemus, magis vero ex nostris opinionibus; nihil aliud enim esse videtur, quam *abstractionis* via, ut recentiores dicunt. Videmus, verbi causa, tabulam pictam certi generis pulcram; deinde aliam ejusdem generis, in qua vero alio modo colores sunt dispositi, quae si rursus nostram moveat admirationem, jam in nobis aliqua pulcritudinis notio oritur, illi tabularum generi propriae. Cum vero plurimas ejusmodi tabulas adspiciamus, existat nobis necesse est abstracta quaedam pulcritudinis idea. Si hanc pulcritudinem rursus abstrahamus, atque ad omnes tabulas pictas transferamus, atque inde ad omnia opera artificiosa, purior ac purior fiat necesse est, donec, semper denuo abstrahendo, tandem ad pulcritudinis notionem perveniamus, quae omnia, quae sunt, complectitur ac talis est pulcri, quale modo nobis descripsit Diotime. Tale autem pulcrum nobis non revera existit. Abstrahendo quidem ad ejus notionem obscuram pervenimus atque concludimus tale esse debere, quale descripsit Diotime, non vero percipimus; majus enim est; nostro

cap-

captu; terreſtribus rebus adſtricto. Nobis, qui caduci ſumus, modo conſpicienda eſt pulcritudo mutabilis et caduca, quippe corporibus adſtricta. Noſtra natura autem ita comparata eſt, ut nonnunquam ſe ſupra terram extollere, atque notionem conſequi poſſit pulcritudinis *uniuerſalis*, obſcuram quidem, ſed eo clariorem, quo magis unuſquisque ſe a corpore abſtrahat. Sed perfectam, immutabilem immortalẽque pulcritudinem percipere homini non licet. Hæc ſedem ſuam in caelo locavit, atque ipſa immortalis, inter ſolos immortales verſatur.

Si hæc igitur conſideremus, nondum perſpicuum eſt, quid nobis ex illis Diotimæ verbis concludendum ſit. Agit enim de pulcro immutabili, cujus in caelo ſedes poſita eſt; concludimus ergo ad immortalitatem pertinere illud pulcri pelagus, quod jam nobis aliquatenus rem explicat. In memoriam enim revocamus, quæ modo diximus, immortalitatem nempe, quippe ſummum bonum, amoris eſſe finem, medium autem, quo amor illud bonum conſequitur, eſſe pulcrum. Socratem hac doctrinã uſum fuiſſe, tum diximus, ut juvenes immortalitatis participes redderet, quod tunc obſcurum, nunc nobis jam clariuſ fit. Vidimus enim, quomodo nobis per pulcra ad caelum adſcenuſ pateat.

Sed nihilominuſ obſcura manet hæc doctrina, quapropter advertamus necesse eſt ad to-



tam Platonis philosophiam. Magnificum omnino et praeclarum ei tribuit munus philosophus; *ut nempe nobis immortalitatem repararet.* Omnis enim anima ex Platonis sententiâ immortalis est (1). Prius multo puriore statu in caelo versabatur, per immensum vagans atque *veritatem* per partes adspiciens. Deinde vero suâ ipsius pravitate in terram delapsa atque in corpore inclusa hominem constituit. „ In corpore vinctum esse animum, dicit Plato, eique veluti conglutinatum (2); singulas voluptates, singulos dolores quasi clavos esse, quibus animus corpori affigatur et connectatur (3).” Tali modo corpori inclusus, animus divinus latet, quippe impeditus corporis sordibus, neque vim suam propriam exserere potest. Affectus, dolores, perturbationes ceteraque id prohibent, quibus etiam non raro in vitâ ejus indoles adeo depravatur, ut caelestem ejus originem non magis agnosci liceat. Non semper autem id fit. Quamvis enim a corpore impediatur animus, tamen se ab eo abstrahere ac caelestia, immutabilia, immortalia contemplari potest, et, qui id faciunt, *veri sunt philosophi.* Post mortem ergo, cum a corporibus separentur animi, ceteri in alia corpora transeunt, philoso-

(1) Phaedr. 245. C.

(2) Phaedone. 82. E.

(3) Phaedone 83. D. cf. viri clar. v. Heusde, Init. pag. 81  
cujus verba haecce.

phorum animos in coelum abire, probabile est (1). Nec mirum, ceteri enim, affectibus voluptatibusque agitati, plane in vitâ sese bestiis similes reddunt, quare et post mortem in tales abeunt, quarum mores potissimum secuti sunt (2). Sic, qui ventri per vitam dediti fuerunt, in asinos; qui injuriam, tyrannidem atque rapinas egerunt, in lupos, accipitres, aliaque animalia transire, par est (3). Recte autem philosophantes non tantum divitias, gloriam vitaeque cultionem, quas vulgus amat, contemnunt, sed et se a fallaci sensuum perceptione avocant. Animum suum a corporis labibus purum reddere, et sic ad priorem statum reducere conantur, quam possunt maxime se a terrâ abstrahentes coelumque suspicientes. Quapropter, si quis alius, certe *philosophus* statim post mortem *in caelum abit*, ac *immortalitatem sibi reparat*, quippe qui suâ ipsius operâ et labore his se dignum atque aptum effecerit. Ad haecce percifienda artes quasdam adhibent philosophi. Hae artes imprimis circa tria versantur, *pulcrum* scilicet, *verum* et *justum* (4), quae quasi totittem philosophiae Platonicae partes constituunt. Quae autem

(1) Phaedone. 82. B.

(2) Phaedone 81. E.

(3) Phaedone 82 A. B.

(4) Cf. viri clar. v. Heusde, Init. I. 71.

tem circa *pulcrum* versatur ac ἐρώτικη dicitur, de eâ nunc nobis agendum est.

Recte primo loco memoratur *pulcrum*, quippe maxime sub sensus cadens nostraeque naturae maxime conveniens. Quae enim in priore statu *veri justique* ideae a nobis perceptae sunt, in vitâ abstrusiore loco latent, neque nisi ratiocinando et cogitando in memoriam revocari possunt. Veruntamen *pulcrum*, quod illic lucebat summo splendore, hic habet clara et splendida simulacra, quae non mentis abstractione, sed ipsis sensibus et maxime visu, qui est acutissimus, percipere nobis licet. Primo igitur nos ad pulcra advertere par est, quae, cum flagrantissimum excitent amorem, et in nostram memoriam revocent illas prioris vitae ideas, primum ad *philosophiam* primumque ad *immortalitatem* constituunt gradum.

Ad hancce doctrinam pertinere mihi videtur amor ille, quem nobis descripsit Diotime. Dixit enim amorem inter alia Φιλοσοφῶν, quippe qui medium inter sapientiam atque ignorantiam obtineat locum (1); quod plane vim exprimit verbi *philosophiae*. Nihil enim aliud est, quam *discendi amor* (2), *sapientiae studium*. Praeterea eum esse *amorem pulcri* (3), qui cum philosophiâ arc-

(1) Symp. 203. E. sq.

(2) *Leerzucht*.

(3) Symp. 204. B.



arctissime conjunctus est. Nam primos nobis *per pulcrâ* gradus suppetit, quibus ad priorem escendamus statum. Primo, quae in singulis corporibus pulcra inveniuntur, nos appetere facit, tum, quae in universo iis insunt. Hisce perceptis, ad ἐπιτηδεύματα, *studia*, et deinde ad ἐπιστημὰς, *ipsas scientias* nos ducit amor, ut fruamur eorum pulcritudine, atque inde ad immensum veniamus pulcri aequorem, in quo adspiciendo cum jam firmati corroboratique simus, tandem deprehendimus unam *scientiam*, quae est unius pulcri, omnia alia pulcra complectentis, et reverâ ei similis, quod antea in coelo percepimus. Immutabile enim est. Cum haec assecuti simus, jam ad finem ἐρωτικῶν, *sacrorum amoris* pervenimus (1). Quam tunc vivimus vitam, vero vitalem nobis nuncupare licet; adspicimus enim ipsum pulcrum, quod majoris facimus, quam aurum, vestes, omniaque alia, quae nunc admiramur. Est scilicet pulcrum neque humanis carnibus, neque coloribus, neque aliis ejusmodi nugis pollutum; sed distinctum, purum, sincerum, divinum, immutabile. An putas adjungit Diotime, o Socrates! ejus, cui tale pulcrum adspicere licet, vitam esse vilem, neque fore, ut is non virtutis imagines, sed ipsam virtutem pariat? τεκόντι δὲ ἀρετὴν ἀληθῆ καὶ θρεψαμέ-

νῶ

(1) Symp 210. E.

ὅφ' ὑπάρχει θεοφιλεῖ γενέσθαι, καὶ ἕπερ τῷ ἄλλῳ ἀνθρώπῳ, ἀθανάτῳ καὶ ἐκείνῳ; *qui vero veram virtutem pariat atque alat, ei contingit, Deo carum, et, si cui alio, immortalem existere* (1).

Praeclara haec conclusio illas quae hactenus de *amoris* cum *philosophiâ* nexu disputavimus, quam maxime probat. Est enim *amor pulcri*, quo philosophus sibi talia comparat, quibus Deo carus atque immortalis existat, sive aliis verbis, quibus sibi *in coelum reditus patet*. Haecce autem *pulcri doctrina* arctissime cum *veri philosophiâ* cohaeret, nam pulcra apud Platonem quasi invitamenta sunt ad eliciendum *veri amorem*. Hujus autem doctrina non ad nostram pertinet provinciam (2). Sufficiat de pulcro quantum vires valeant explicuisse."

Sed paululum in lectione subsistamus, jam enim pervenimus in ipsum *adytum*, quod mihi praeclarum videtur ac sublime. — *Sophon*. Contrarium puto, cum non amplum neque magnificentum adytum, sed potius angustum ac humile adspiciam. — *Philopl*. De hocce navis cubiculo dicis. — *Sophren*. Omnino. Navigium mihi templum existit, atque hic locus interior ejus adytum; hic enim, te duce, Socratis ἐρωτικὰ cognovi. Nam, quam-

(1) Symp. 212. A.

(2) Fusius huncce nexum explicat vir. clar. v. Heusde in Init. Vol. II. p. I. pag. 35 sqq.

quamvis cubiculum non praeclarum dici mereatur; praeclarae tamen erant res, quas in eo audivi. Equidem nunc Socratis percepi *artem amatoriam*, quam antea *iroricam* quodammodo, et plane a philosophiâ alienam putaveram. — *Philopl.* Comparasti fortasse eam cum Ovidii *arte amandi*. — *Sophon.* Omnino mihi placuit tua expositio, atque jam Socratis admiror artem celebratam; obscurum vero mihi adhuc est, quomodo illam artem ad homines accommodaverit. — *Philopl.* De *modo* nunc nobis agendum est, auscultes tantum. Egimus ultimo loco de *pulcri doctrinâ*.

„ Cum hoc nunc artissime cohaeret παιδερασια pura ac sancta, quae non virtutem civilem spectabat, multo minus turpe quid habebat, sed ad philosophiam proxime pertinebat. In Phaedro, ubi poëtice Plato animarum originem descripsit atque novem earum genera distinguit, aliis aliam sortem, optimam vero, id est, reditum in caelum, tribuit animae τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως, ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας (2). Semper igitur etiam primum in pulcri amore locum obtinet. Qui corpore praegnantibus sunt, inquit Diotime, ad mulieres sese convertunt, qui vero animo, sunt enim hi multo praestantiores, pulcrum quaerunt, in quo *pariant*. Talis, cum pulcrum invenerit animum, continuo hunc

(1) Phaedr. 249. B.



hunc complectitur, ac sermonibus abundat de virtute colendâ ac de aliis, quibus quis bonus vir evadat (1). Praeterea, qui per eam, quam indicavimus, viam ad pulcri scientiam sese conferat, animorum pulcritudinem majoris facere debet, quam corporum faciem, ita ut, si quem invenerit modo aequo animo praeditum, quamvis non formosus sit, huncce sibi sufficientem putat, eum amet, ac tales sermones pariat, quibus non juvenes tantum meliores evadere possint, sed et ipsi cogantur ceteram ad pulcri scientiam inculcare viam (2). — Haecce doctrina ergo, quam in Diotirnae verbis primum locum obtinere videmus, plane genuina erat Socrati, quippe qui praedicaret, nihil se scire, nisi exiguam aliquam disciplinam, τὰ ἐρώτικα, ut alia ab aliis hanc certe a Socrate assumpsit Plato (3), atque in Phaedro ac Symposio tradidit. Nihil aliud fuisse videtur, quam ea doctrina, quâ pulcri amorem in juvenum animis excitabat summus philosophus, cuique arctissimâ amicitia (4) eo majorem vim et efficaciam tribuere conabatur, eo potissimum consilio, ut *pulcri* appetitu eos deinceps ad omnia alia *studia* ac tandem ad *veri* perduceret *amorem*, sive, aliis verbis

(2) Symp. 209. C.

(2) Symp. 210. C.

(3) Cf. viri clar. v. Heusde, Init. I. 72.

(4) Symp. 209. C.

bis eos *philosophos* redderet. Pulcra enim primo nos movent, quippe sub sensus cadentia, ac inde primum ex sopore impetum accipit animus noster. Hocce bene sciens Socrates, primo ad se alliciebat juvenes, deinde pulcri in eorum animis sensum excitabat, quo excitato illum sensim puriorem reddere studebat, donec tandem pulcritudinem in corporibus inanem ac futilem putantes, sese ad sublimiora converterent. Hoc quotidiano usu, disserendo aliisque modis efficere studebat, maxime autem internam consuetudine, ad quam tantum eos admittebat juvenes, in quibus eximiam indolem deprehenderet.

His nunc omnibus bene perpensis, unicuique perspicuum fore puto, celebratam illam Socratis *artem amatoriam* in Diotimae verbis proponi. Primo illa, modum initiationis sequens, pravas de amore opiniones abstergit, atque ostendit eum etiam ad *philosophiam* pertinere; tum ejus naturam describens, exponit, quomodo per pulcra sibi bona paret; ac tandem summum ejus fastigium explicat, quo nempe ad immortalitatem nobis aditus patet. Prima igitur philosophiae Platonicae pars, quae *pulcro* continetur, hac oratione absolvitur. Ducit enim nos Diotime ad *pulcrum* immutabile, in coeli altissimis tractibus versans, ubique cum *vero* coalescens. De *pulcro* ergo, quod ad *sensus* pertinet, absolvitur, ac via praeparatur ad *verum*, quod *mente* percipitur.

Socrates, cum Diotimae verba ad finem tradidisset, iis adjungit: se persuasum esse, ac aliis persuadere conari, ut amorem optimum naturae humanae adiutorem existiment; se igitur ἐρωτικῶς colere, aliisque commendare (1).

Praeclara haec nobis videtur Socratis assertio, cum inde luculentissime pateat, quod modo diximus, Diotimae verbis contineri Socratis *artem amatoriam*, atque inde suâ sponte concludamus, nihil impuri habuisse illam artem. Non autem opus est, ut hoc temere assumamus. Adest enim in Symposio septima adhuc oratio, diversum quidem a ceteris argumentum habens, id tamen maxime efficiens, ut illam Socratis assertionem probet.

Cum nempe, Socratis oratione finitâ, ceteri de eâ disserere inciperent, venit Alcibiades ac non in amoris, verum in ipsius Socratis laudem orationem habet, et quidem eo modo, ut luculentissime pateat, vera esse, quae modo affirmaverat Socrates. Optime de his agere potuit Alcibiades, ipse enim Socratis amorem intimamque ejus consuetudinem expertus fuerat. Quamvis nunc gloriae cupidine ad rempublicam, ac amicorum blanditiis ad perversam vitae rationem delatus, philosophi disciplinâ non amplius uteretur, tamen illum adhuc adeo diligebat ut, ex improvise in

Ag-

(1) Symp. 212. B.



Agathonis convivio ei obvius factus, statim rursus ad eum ferretur, ac priorem vitam sibi in memoriam revocaret. Laudat Socratem, et quidem per imagines, non vero ridiculi sed veritatis gratia (1).

Primum eum cum satyro Marsyâ comparat, qui, quamvis deformis, tamen adeo tiliarum modulatione valebat, ut, eo modulante, totus Olympus eâdem concitatione abreptus, simul caneret (2). Socratem omnino deformem fuisse, tum hinc, tum aliunde patet, eo praestantior vero erat ejus alliciendi facultas. Allicit enim homines, dicit Alcibiades, non cantu, neque modulatione, sed nudis verbis, quorum tanta vis est, ut, si quis, sive femina, sive vir, sive puer sit, illum ipsum vel alium ejus verba tradentem audiat, obstupescat ac detineatur. Equidem hoc expertus sum, atque nunc experior. Cum enim eum loquentem audiam, cor mihi quasi bacchanti subsultat, lacrymae aboriuntur, quod non solus ego passus sum; permultos alios eodem modo affectos vidi. Maximâ vi ad eum raptor, ita ut, nisi ad eum considens senescere velim, illum, ut Ulixes Sirenas, effugare cogar obturatis auribus. Erga illum solum pudore afficior, quem ad me pertinere antea nesciebam (3).

Ta-

(1) Symp. 215. A.

(2) Symp. 215. C.

(3) Symp. 215. C. — 216. C.

verit atque latentia simulcra viderit; ἄλλ' ἐγὼ ἤδη ποτ' εἶδον, καὶ μοι ἔδοξεν οὕτω θεῖα καὶ χρυσᾶ εἶναι καὶ πάγκαλα καὶ θαυμαστὰ, ὥσε ποιητέον εἶναι ἐν βραχεῖ, ὅτι κελεύει Σωκράτης; *sed ego aliquando illa vidi, et mihi visa sunt tam divina, aurea, pulcra et mirabilia, ut exsequenda esse mox putarem, quae Socrates juberet* (1).

Hinc satis apparet, Socratem alium fuisse in foro, alium domi, quod vitio fortasse ei nonnulli vertunt, nobis vero omnino laudandum esse videtur. Populus scilicet non sublimibus capax est notionibus, neque aures praebet seriis praeceptis, sed potius ludos ac jocos amat, quod bene percipiens Socrates, sese ad ejus indolem accommodavit. Plerumque in foro degebat, ridendo jocandoque diem transigebat, semper tamen id agens, ut, aliis quam maxime prodesset. Morum opinionumque pravitates perstringebat acerrime, non aperte, sed per ambages, ac si nihil sciret, ita ut recte de eo affinari possit, *ridendo illum dixisse verum*. Sermones etiam et verba, quibus utebatur, plane erant ad populi captum accommodata. Ridicula primo adspectu videntur ejus verba, dicit Alcibiades, loquitur enim de asinis, clitelariis, de fabris, de sutoribus, coriariis, ac semper idem de iisdem rebus dicere videtur, ita ut

(1) Symp. 216. D. — 217. A.

ut imperitus quis eum derideret (1), quod nobis etiam videre licet, si illius a Xenophonte traditos sermones cum Aristotelis, Ciceronis aliorumque operibus comparemus. Mirum plane est; huncce philosophum, quem tot saecula tantâ laude celebrârunt, non libros scripsisse, quibus obscuras quaestiones explicaret, neque systema protulisse doctrinae suae, neque sectam condidisse, sed tantummodo inter plebeculam de quotidianis rebus disseruisse. Verum enim vero, si consideremus, qualis ille fuerit qualeque sit philosophi munus, statim comperiemus ejus laudem in eo potissimum positam esse, quod haec non fecerit. Socrates enim erat ille vir, qui philosophiam a caelo avocavit atque in urbes introduxit. Non quaestiones inextricabiles explanatione sua obscuriores reddere tentavit, sed ipsis hominibus prodesse voluit, atque ad eos plane sese accommodavit. Huic fini omnes ejus sermones inserviebant. Primo aspectu ridiculi nobis videntur, cum vero eos penitus perscrutemur, divini apparent ac plurima continent simulacra virtutis (2). Sic etiam in publicâ vitâ ridiculus videbatur, in internâ consuetudine autem manifestum fiebat, qualis tandem esset. Tunc apparebant illa divina simulacra, sublimes illae de *pulcro* et *bono* notiones,

(1) Symp. 221. E.

(2) Symp. 222. A.



nes, e quibus, tanquam ex uberrimâ fonte, quaecunque publice ageret, profluebant. Publicae sententiae erant modicae, ad vulgus captum accommodatae; fontes autem iis existebant excellentes illae *ideae*, quarum unam modo nobis delineavit Diotime. Externa ejus forma erat ridicula ac vulgaris, intus autem illas plane divinas, aureas ac pulcras habebat *ideas*, quas tantummodo intimis suis amicis aperiebat.

Quod vero maximi momenti est in Alcibiadis oratione; dicit: ἔρωτικῶς διακεῖται τῶν καλῶν, καὶ ἄει περὶ τούτους ἔστι καὶ ἐκπέπληκται, *amore afficitur erga puleros, semper cum illis versatur ac eos admiratur* (1). Si enim, quae in primâ parte diximus de *turpi rumore*, reputemus, non improbable nobis videtur, ex hoc Socratis more originem illum duxisse. Nam valde formosorum juvenum (2) appetebat consuetudinem, ita ut eos quasi venaretur, unde aliis facile concludere licebat, libidinosum Socratem existere; sed ipsis etiam hisce Alcibiadis verbis luculentissime ille rumor redarguitur. Ad externam enim ejus formam pertinebat ille mos; internâ consuetudine contra plenus erat temperantiae atque ea negotia quam maxime contemnebat, quae in publico appetere vi-

(1) Symp. 216. D.

(2) Cf. quae dicit Diotime 209. B: τὰ τῶν οὖν σώματα τὰ καλὰ μᾶλλον ἢ τὰ ἄισχρα ἀσπάζεταιται ἅτε κυῶν.

deretur. Tunc demum aenigma solvebatur ejus publicae vitae, quae, cum alias virtutis propugnatorem morumque emendatorem, alias furentem amatorem sese praeberet, necessario populo mirari videri debuit; ac simul manifestum fiebat, non libidinem, sed multo sublimiorem rem, *partum in pulcro* (1) amoris causam se habere. Quod omnino sese expertum fuisse, dicit Alcibiades. Cum enim formâ superbiens Socratem suam consuetudinem quaerentem videret, se putasse, Socrati, tali ac tanto viro, sibi gratificandum esse. Omnem copiam igitur ei fecisse omniaque intendisse ad Socratem corrumpendum; haecce autem irrita cecidisse, cum in eo tantam reperisset prudentiam atque abstinentiam, quantam in nullo viro adesse credidisset, quippe qui multo magis, quam Ajax ferro, invulnerabilis existeret divitiis ac pulcritudine (2).” — Quid vero tu inde efficeris Sophroni? — *Sophon.* Quid? Socratem alium fuisse in foro, alium domi. Inprimis autem mihi indicare videtur Alcibiades, Socratem non, quod ipse aliique opinabantur, impura amandi consilia habuisse, sed omnino *sanctum fuisse paederastam*; in memoriam enim revoco primum nostrum sermonem, qui erat de *proposito*. — *Philopl.* Hoc in universo ex Symposio conclu-

(1) Cf. Symp. 207. C. et 210. C.

(2) Symp. 219. E.

simus, nunc autem de singulis agendum. Quaero enim de hujus orationis conclusione. — *Sophon.* Hanc ex te scire aveo. — *Philopl.* Legendo igitur tibi aperiam.

„ Si nunc omnia, quae hactenus de Alcibiadis oratione disputavimus, consideremus, non dubium amplius fore spero, quin, quod supra diximus, in eâ affirmetur Socratis assertio: *se illum amorem colere, quem descripsit Diotime*, ita ut hae duae posteriores orationes unam eandemque rem complectantur. Prior enim Socratis *ἑρωτικὰ* continet, quam nobis partem *theoreticam* vocare licet, altera vero, cui *practicae* partis nomen competit, modum ostendit, quo *ἑρωτικὰ* sua in homines accomodaverit. Explicat enim Alcibiades, quomodo juvenes ad se alliceret philosophus quoque ardore ab iis amaretur. Primo scilicet eos modo ad singula pulcra ducebat, jocosae atque ironice de iis disserens; deinde vero philosophicam suam rationem explicabat, a singulis pulcris, divitiis, honoribus, formosisque corporibus eorum mentes avertebat ac sensim ad universalem perducebat pulcritudinem; donec hanc totam perspicerent atque divina ac perpulcra illa simulacra viderent. Tunc illa jocosae ac ridiculae, quae antea audiverant, nihili faciebant, quippe jam fontem, ex quâ ortum ducebant, attingentes.

Haec se non solum expertum fuisse, dicit Alcibiades, sed et Charmidem et Euthydemum.



mum (1). Qualem vim in se habuerint illa *ἔρωτικά*, ipse disertis testatur verbis. Se nempe plane efferrī, ubicunque Socratem videret, et rubore suffundi de iis, quae inter se egerant, ipse vero non servaverat. Inferior enim populari aurā, a Socrate discederat (2) pravamque vitae rationem secutus erat (3). De Charmide meliora omnino prostant testimonia: adolescenti nempe affuisse, quaecunque in homine aut optanda sunt aut laudanda; praeterea juvenem fuisse, qui non tantum formā liberali et honestā, sed et ingenio sapientiaeque cupiditate se commendaret. De Euthydemo dicit Xenophon, eum prius superbum fuisse ac morosum, donec Socrates istam vanitatem ita refutasset, ut ipse arbitraretur, *οὐκ ἂν ἀλλῶς ἄνηρ ἀξιολογος γενέσθαι, εἰ μὴ ὅτι μάλιστα Σωκράτει συνείη*. Ex hisce satis apparet non vanam fuisse Socratis artem amatoriā, sed maximam habuisse vim, juvenes ad philosophiam perducendi; quare, si turpes de Socratis famā rumores respiciamus, non tantum plane falsos, sed et hisce satis refutatos esse credimus.

Jam igitur etiam de postremā Symposii oratione absolvimus, atque nihil aliud nobis magis restat, quam toti nostrae explicationi finem imponere."

Sed

(1) Symp. 222. B.

(2) Symp. 216. B.

(3) Xenophontis Mem. I. c. II.

Sed video te quidquam dicere gestire. — *Sophon.* Mirum scilicet mihi videtur, te nil amplius de Alcibiadis oratione dicendum habere. — *Philopl.* Fortasse quidquam de Socratis militiâ audire sperasti? — *Sophon.* Omnino. Dilucide quidem de ceteris exposuisti; eorum vero, quae ad Potidaeam facta sunt, nullam fecisti mentionem, quod dolebam, quippe horum etiam finem et cum ceteris connexionem ex te audire cupiens. — *Philopl.* Non credo, amicissime! in iis certum finem inveniri. — *Sophon.* Quare ergo ea scripsit Plato? — *Philopl.* Ut ingenio suo indulgeret, carissime! Cavendum enim quam maxime, ne in omnibus Platonis certum propositum quaeramus. Ille enim non talis erat, qui, ut hodierni scriptores, opera sua secundum certum quoddam exemplar conficeret, ita ut liber ex duobus capitibus, caput ex duobus sectionibus constaret, sed naturalem cogitationum cursum sequebatur, modo excurrentis, modo ad propositum rediens. Minime igitur cum iis facio, qui fortasse in hisce etiam exemplar popularis amoris inveniant, quem laudaverant tres priores, omnino congruum existimantes, Socratem non tantum tanquam philosophici amoris exemplar laudari ab Alcibiade, sed etiam in bello talem proponi, ut, popularem amorem eum coluisse, pateret. Sic Alcibiadis oratio cum omnibus ceteris arctissime connexa esset. Haecce autem opinio magis ingeniosa mihi videtur, quam

quam vera. Non enim ut *miles amans* proponitur, sed potius in communi vitâ inducitur, quomodo omnes alios abstinentiâ, fortitudine, prudentiâ, et in ipso vino superaret. Potius existimo, ingenio in his indulsisse Platonem. Socratis enim recordatio eum adeo tenebat, ut, ubicunque posset, eum laudaret. — Sed ad finem propereamus, video enim nos jamjam eo perventuros, quô tendimus. — *Sophon.* Quid! jamne via peracta est? — *Philopl.* Videas modo. — *Sophon.* Omnino. Agnosco jam urbis patriae turrets. Tenebat sane me adeo sermo, ut et navis et viae oblitus essem. — *Philopl.* Pergamus igitur. Restant nobis modo pauca legenda. „ Et ecce! amicissime! jam finem attigimus inquisitionis, ac tantummodo superest, ut omnia, quae hactenus longiore morâ explicavimus, rursus contemplemur, sed breviter, et quasi uno oculorum obtutu, ita ut omnia in unum quasi complectamur et probare studeamus, quod initio diximus secundae partis, jure inter praestantissimos, quos scripsit Plato, dialogos *Symposium* collocari.

In tribus partibus rem inquisivimus, age! eas nunc in concordiam redigamus. In primâ parte probabile nobis visum est, tria potissimum consilia Platonem in scribendo *Symposio* habuisse, quorum primum et primarium diximus, ut Socratis famam a turpibus vindicaret rumoribus. Haec

ita



ita ex dialogo efficere tentavimus, ut cetera *indirecte* Socratis innocentiam probarent, Alcibiadis vero oratio *directe* eam ostenderet. Hujus formam tunc talem esse vidimus, ut rei propositae et ipsi auctori quam maxime conveniret, ac deinde ostendere tentavimus, Alcibiadem praeclaram illam Socratis assertionem suo ipsius exemplo affirmare, quae si omnia consideremus, neminem fore spero, quin hocce Platonis fuisse consilium agnoscat non tantum, sed et *Socratem sanctum fuisse paederastam* dicat. Indirecte autem id in plerisque indicari, ita ut commode cum primario secundaria duo conjungeret proposita Plato, ut nempe primo aequales suos a turpi amore ad sanctum perduceret, quod contentum diximus in tribus prioribus orationibus. Phaedrum hunc in finem laudasse amorem popularem, Eryximachum et Pausaniam eum emendasse, indicavimus non tantum, sed et hos tres viros convenientissime, et suis partibus, et sibi ipsis locutos esse. Haec in primâ secundâque partibus egimus. In hâc tertia denique ostendere conati sumus, vere illos omnia dixisse, ita ut nobis inde pateret: amorem popularem saluberrimum fuisse Graecis civitatibus, si honesto modo institueretur, perniciosissimum contra, si turpi; unice igitur opus esse, ut accuratissime hae rationes inter se distinguerentur, ita ut manifestum esset,

esset, honestum amorem, *laudabilem, laudatum* et *salutarem* esse, impurum contra *turpem, vituperatum* ac *perniciosum*.

Hanc *practicam* vocavimus dialogi partem; alteram vero *theoreticam*, in qua Platonis consilium fuisse arbitrati sumus, ut philosophiam *pulcri* exponeret ac viam pararet philosophiae *veri*. Ad haec nunc obtinenda maxime opus fuisse, ut discrimen indicaret inter amorem, qui vulgo ita dicitur, et amorem pulcri. Aristophanem atque Agathonem, utrumque poetam, prioris investigare originem, naturam atque effectus eo modo, ut accurate non tantum sed et festive ac poëticae vulgares hominum de amore opiniones vindicent, secundâ parte indicavimus; in hac vero eos id *recte* fecisse. Socratem deinde amorem philosophicum tractare, et quidem eo modo, ut mysteriorum morem imitaretur, hesterno die vidimus, dum hodie haec, quantum potuimus, explicavimus, ostendentes Socratis artem amatoriam iis contineri. Postremo vero loco Alcibiadis orationem contemplati sumus; inde modum efficere studentes, quò Socrates suam artem in homines accommodaverit.

Vidimus ergo in universum de propositis, de argumento, de formâ, progressionem et doctrinâ in Symposio obviis, quae ita inter sese cohaerent, ut auctor non tantum in hocce dialogo optima habuerit consilia atque ea elegantissime atque con-

ve-

venientissime assecutus sit, sed et praestissimas sententias in eo tradiderit. Varia in hisce explicandis inde derivavimus, nunc vero id unicum ex totâ explicatione concludimus: Symposium, et quod ad propositum, et quod ad formam, et quod, ad argumentum attinet omnino dignum esse, quod inter praestantissimos Platonis dialogos collocetur.”

Haec sunt, amicorum dilectissime! quae de Symposio dicenda habeo, opus absolutum, ac viam peractam habemus, quod opportunissime evenit. — *Sophon.* Tu quidem explicationem tuam ad finem perduxisti atque opus absolutum habes; non vero ego. Restat enim mihi parvulum quidem, sed gratissimum opus, ut nempe tibi gratias agam, quam possum maximas, sperans fore ut Viri Clarissimi, quos operis tui iudices habebis aequissimos, idem, quod ego, ex hocce tuo labore gaudium percipiant neque inanis sit tua diligentia.

T A N T U M.







CAROLI DANIELIS ASSER,

IN ATHENAEO AMSTELODAMENSI JURIS STUDIOSI,

C O M M E N T A T I O

AD

Q U A E S T I O N E M,

AB ORDINE JURISCONSULTORUM IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA, ANNO  
MDCCCXXXI. PROPOSITAM:

„ *Distinctionis, inter modos tollendae obligationis*  
„ *ipso jure et per modum exceptionis, e jure*  
„ *Romano tradantur origo et varii effectus.*”

QUAE PRAEMIUM REPORTAVIT A. MDCCCXXXII.



CAROL DANIELS ASSOCIATES

IN THE UNITED STATES OF AMERICA

COMMITTEE

1981

REPORT

AN ORDER OF THE BOARD OF DIRECTORS  
OF THE CAROL DANIELS ASSOCIATES  
FOR THE YEAR 1981

The Board of Directors of the Carol Daniels Associates  
has the honor to acknowledge the services of the  
Committee for the year 1981.

DEAR FELLOW MEMBERS:

## INTRODUCTIO.

Nulla facile totius Romani juris pars magis exulta promotaque est quam obligationum doctrina.

Neque illud casu aut forte, verum ipsis Romanorum moribus effectum est. Nam sicut Graeci, contemplandae rerum et coelestium et humanarum naturae unice studiosi, vitam fere in scholis umbratilem degebant, ita Romani contra in medio semper foro versabantur, ubi novis negotiis jurisque necessitudinibus contrahendis usque detineri solebant. In tanta autem negotiorum, quae quotidie tractabant, multitudine et gravitate haud aliter fieri potuit, quin variis excogitandis obligationum formis mirâ cum solertiâ incumbere Romani discerent.

Quemadmodum autem innumeras Jus Romanum munire coepit obligationum rite legitimeque contrahendarum vias, ita et easdem obligationes multis modis funditus denuo tolli evertique posse voluit:

unde cum Gajus et Justinianus in Institutionum libris, postquam de jure obligandi eg- rant, ex industria modos eos, quibus obligatione quis liberaretur, exposuere (1); tum etiam multi in Digestorum libris occurrunt tituli, in isto ver- fantes argumento, veluti de *Novationibus et dele- gationibus* (2), de *Solutionibus et liberationibus* (3), de *Acceptilatione* (4). Etiam si autem et Gajus et Justinianus et Digestorum compilatores praecipuos tantum quosdam obligationis funditus evertendae modos peculiaribus locis exhibuerint, multi tamen alii modi hujusmodi per varios juris Romani fontes hic illic dispersi deprehenduntur. Hoc autem animadversione dignum videtur, quod nusquam fere diferta fiat mentio modorum, quibus actio ex *delicto* oriunda finiatur. Quae omis- sio in Institutionibus imprimis Gaji Justinia- nique manifesta est, qui scilicet antequam ad delictum, celeberrimum istum obligandi fontem transgrediantur, universe jam tollendae obligationis tradunt modos. Causa vero cur modorum, quibus quaevis ex delicto orta obligatio tolleretur, haud peculiaris ratio haberi soleret, haec fuisse videtur, quod

(1) Vid. Gajus, Comment. III. §. 168--182 Titulus In flit. *quib. mod. toll. oblig.* (3. §0.)

(2) Lib. XLVI, 2.

(3) Lib. XLVI, 3.

(4) Lib. XLVI, 4.



quod omnis actio, cujus parens aliquod fuisset delictum, poenae praestatione tolli posset (1), quae tamen ipsa poenae praestatio, solutione, aliisque modis ad reliquas quoque obligationes pertinentibus, efficiebatur. Nam quod in duobus delictis, *injuria* nempe et *furto* praeter poenam, *pactum* etiam obligationis funditus tollendae ratio esset (2), hoc quidem singulari jure contra vulgarem pactorum apud Romanos auctoritatem, inductum est, neque igitur in libros eos, in quibus summa jurisprudentiae fundamenta traderentur, recipi potuit (3).

Universorum autem obligationis funditus tollendae extinguendaeque modorum alii naturali maxime via et ex ipsa quasi rei ratione omnem evertabant e medioque tollebant obligationum efficacitatem; alii vero, nisi juris civilis auctoritate adjuti, eodem pervenire non poterant. Ad prius genus imprimis pertinebant: 1<sup>o</sup>. *Solutio*, strictiori ita sensu dicta (4), nam ea latiori sensu quemvis actionis *ipso jure* finiendae modum complectebatur (5). Scilicet, simulatque ex gratia pecuniae summa ex verborum obligatione debita soluta fuisset, optimo

pro-  
(1) Vid. Janus a Costa, ad princ. Inst. *quibus mod. toll. oblig.*

(2) Vid. L. 17. §. 1. ff. *de Pactis* (II, 14.)

(3) Cf. infra Cap. II. S. 2. L. B. §. 3.

(4) De hac vide princ. Inst. eod. tit. Gajus, III, 168.

(5) LL. 52. 54. ff. *de Solut.* (46. 3.) L. 147. *de Verb. significat.* (50. 10.)

perfecto et naturali revera jure omni obligatione promittendi reus liberabatur, quippe qui solutione plene officio, quo stipulatori devinctus erat, satisfecerat. — 2°. *Confusio et consolidatio*: nemo enim sui ipsius et creditor et debitor esse poterat (1); 3°. *Rei debitae, nulla debitoris culpâ dolove interveniente, interitus* (2). Etenim qui certam aliquam rem sese daturum promiserat, aliâve ex causâ debebat, perfecto quidem quantum in ipso esset, sedulo id agere debebat, ut rem debitam creditori praestaret. Sed cogi quemquam aut casum, aut aliorum dolum culpamve praestare, non solum Romano juri contrarium est (3), verum omni naturali juris notioni refragatur.

Hi igitur, quos hucusque memoravi, obligationum tollendarum modi, omnium sane erant praecipui et vetustissimi, utpote ex ipsa quasi obligationum naturâ ac ratione deducti. Verum enim vero quum hosce modos neutiquam sufficere quotidianus rerum usus demonstrasset, alii bene multi insuper modi excogitari coeperunt, partim quidem ad naturales obligationis tollendae modos aliquatenus accommodati, partim vero ad publicam magis utilitatem comparati; quorum tamen, utpote ex summo jure civili oriundorum haud minor

(1) L. 75. L. 95. §. 2. L. 107. ff. de Solutionibus. (46. 3.)

(2) L. 23. ff. de Verb. obligat. (45. 1.)

(3) Vid. L. 23. fin. ff. de Reg. jur. (50. 17.)

nor erat efficacia quam eorum, quos ipsa rerum natura et ratio sponte protulerant. Ad hocce autem posterius obligationis tollendae modorum genus praecipue referendi sunt: 1°. *Acceptilatio* (1). Etenim cum acceptilatio veluti imaginaria dicatur solutio, profecto a summo jure civili eandem ac vera solutio repetere debuit auctoritatem. 2°. Imaginaria illa solutionis species, quae fiebat *per aes et libram*; quam Gajus attigit Comm. III, 173 sqq. 3°. *Novatio* (2), 4°. *Solennis consignatio ac depositio* (3), 5°. *Compensatio* (4), 6°. *Contrarius consensu* (5), et inprimis *Sententia in iudicio legitimo lata* (6); quippe qui modi omnes, cum non ex propria natura ejus essent efficacitatis, ut obligationi rite constitutae omnem sponte eximerent substantiam ac vim, necessaria juris civilis indigebant auctoritate, ut pleno vigore valere possent.

Ita quidem *fonte et origine* omnes quos supra reruli, differebant obligationis penitus tollendae modi. Verum tamen ad auctoritatem et vim quod attinet, nullum omnino discrimen fuisse videtur, cum hoc scilicet universonum esset commune, quod

ip.

(1) Vid. §. 1. Inst. *quib. mod. toll. obligat.* Gajus, III, 169

(2) Vid. §. 3. Inst. eod. Gajus, III, 176 sqq.

(3) L. 9. Cod. *de Solut. et liberat.* (8. 43.)

(4) Cf. inprimis LL. 4. et 21. ff. *de Compensat.* (16. 2.)

(5) §. 4. Instit. eodem

(6) Vid. Gajus, III, 180 sqq.



*ipso jure* i. e. *ipsa juris aut naturalis* (1) aut *civilis* potestate (prouti aut ex ipsa natura exorti fuissent, aut juris civilis auctoritate confirmarentur) obligationem quamque tollere dicerentur. Nimirum verba illa *ipso jure* satis indicant, istorum modorum universonum hunc fuisse effectum, ut, simulatque existissent, omnem proinde obligationis substantiam funditus extinguerent, simulque actiones ex negotiis contractis oriundas, de medio tollerent.

Hactenus modos obligationis *ipso jure* tollendae descripsi. Quamvis autem hi soli obligationibus *penitus* evertendis inservire possunt, propterea tamen nequis existimet, obligationem rite constitutam, si quidem aliquo istorum modorum sublata non fuisset, plenos semper Romae sortitam esse effectus. Nam etsi antiquissimam quidem aetate ita obtinuerat (2), procedente tamen tempore modis tollendae obligationis *ipso jure*, alii bene multi ex praetoria jurisdictione enati opponi coeperunt modi, neutiquam quidem *ipso jure* valentes (3), verum per *exceptiones* in jure a reo allegandi. Nimirum cum multa alia momenta, tum vero inpri-

(1) Jus naturale h. l. intelligimus ipsam obligationum naturam et rationem.

(2) Vid. Gajus, IV, 103.

(3) Namque ea, quae Praetorem habebant auctorem, *ipso jure* fieri dici non poterant. Vid. Brissonius de V. S. voce *Jus* §. 4.

mis aequitatis (quam stricti juris rigori succumbere saepe animadverteret) promovendae studium Praetorem impulerunt, ut, aut ob aequitatem a contractibus neglectam, aut ob publicae utilitatis rationem, aut ob alias denique causas infra in examen vocandas (1), subinde actionem aliquam, licet ex civili negotio rite legitimeque exortam nulloque deinde civili naturalive obligationis tollendae modo extinctam, effectum tamen sortiri non sineret. Quocirca cum ex muneris sui naturâ actionem stricto jure valentem negare neutiquam posset, tamen additis clausulis eam conditionalem reddere (2), et efficacitate destituere solebat. Hae vero clausulae dicebantur exceptiones, quae a modis tollendae obligationis ipso jure hoc inprimis nomine differebant, ut hi statim valerent atque locum obtinere coepissent; exceptiones contra totae cum praetorio cohaerent honore, ideoque discrete a Praetore essent impetrandae.

Universe igitur modus quivis ipso jure valens, ipsam semper obligationem evertibat; exceptio contra, integrâ relictâ obligatione, actionem tamen inde oriundam elidebat (3).

Pau-

(1) Cap. I. Sect. 2. §. 3. Cf. Gajus IV. 115—130. Tit. Inst. de Except. (4. 13.) Tit. ff. de Except. cet. (44. 1.)

(2) Gajus, IV, 119.

(3) Usitatissimam Romanis fuisse distinctionem istam inter modos obligationis aut *ipso jure* aut *per exceptionem* tollendae, ut alia loca taceam, inprimis patet ex L. 34. §. 1. ff. de Obligat. et action (44. 7.) L. 38. §. 1. 10. ff. de Solution. (46. 3.) L.

Paucis hisce, de ipsius distinctionis inter modos obligationis ipso jure aut per modum exceptionis tollendae indole et naturâ, breviter ac tamquam per causae collectionem praemonitis, praeparatior jam ad quaestionem a VV. Clar. propositam aggredior. Nimirum sciens, qualis tandem ipsa illa sit distinctio, eo facilius ejusdem et originem et varios effectus investigare potero. In hacce autem, investigatione eum sequar ordinem, quem ipsa quaestione tacite includi animadverto, priori scilicet Capite de distinctionis *Origine*, posteriori vero de variis *Effectibus* disputaturus. In utroque vero capite illud sedulo acturus sum, ut chronologicâ insistens ratione, deinceps tres illas periodos celeberrimas, in quas totius Romanae jurisprudentiae historia commode distribui possit, nempe *legis actionum, formularum, judiciorumque extraordinariorum* (1) in examen vocem, ut inquirere possim, quid in singulis iis nostra valuerit distinctio. Denique vero, priusquam manus operi admoveam, VV. Clar. etiam atque etiam rogatos velim, ut, quâ solent esse et aequitate et benevolentia, iis ignoscere velint vitiis, quorum, et propter ingentem materiei difficultatem et propter ingenii mei infirmitatem, feracissimam fore meam disputationem, persuasum mihi habeo.

C A-

81. §. 3. ff. de Legatis I. (20.) L. 4. ff. Usufructuar. quemadm. (7 9.)

(1) De hac periodorum distinctione cf. imprimis Zimmermann, *Geschichte des Römischen Privatrechts*, Heidelb. 1829 in introductione, §. 1.



## CAPUT PRIUS.

DE ORIGINE DISTINCTIONIS INTER MODOS TOL-  
LENDAE OBLIGATIONIS IPSO JURE, ET PER  
MODUM EXCEPTIONIS.

### S E C T I O . I.

DE NATURA ANTIQUARUM LEGIS ACTIONUM  
HUIC DISTINCTIONI CONTRARIA.

**A**ntiquarum legis actionum naturam, per multa saecula ignoratam, innumerisque adeo frustra a juris doctoribus captatam conjecturis, patefecerunt tandem, summo jurisprudentiae bono, nuper reperti Gaji Icti commentarii. Hi scilicet cum multa alia ad argumentum nostrum egregie facientia continent, tum praecipue disertis nos verbis docent, exceptiones antiquitus nequaquam usu frequentatas fuisse (1).

Nimirum ea univérse fuit legis actionum atque antiquioris jurisprudentiae natura, ut soli attendentur exteriores cuivis negotio propriae solennitates, neglectâ prorsus omni aut aequitatis aut veri in contractibus praestiti con-

(1) Vid. Comm. IV. 108.

sensus ratione. Hinc igitur cum actores, certis formis adstricti, si vel minimum in actionibus instituendis errassent, causa cadere solebant (1); tum vero e contrario actiones rite institutae atque e negotiis, justis adhibitis solennibus, contractis oriundae tum demum effectu excidebant, si ipsa illa negotia *ipso jure* sublata<sup>2</sup> fuissent. Namque jam olim multos fuisse modos, quibus obligatio quaevis, licet rite instituta, penitus tamen deinceps denuo tolli posset, omni dubitatione majus est.

Huc autem, me iudice, referenda sunt :

I. Solutio, sive naturalis rei debitae praestatio, qua scilicet ipsius obligationis causa penitus exhauriebatur. Haec nempe, utpote non moribus scriptisve legibus inducta, sed ex ipsa naturali rei ratione desumpta, nullo non tempore plene obligationem quamcunque extinguere potuisse videtur. Quatenus autem illi obligationis tollendae modi, qui solutioni aequiparati sunt, v. gr. acceptilatio cet. antiquitus jam viguerint, haud constat (2).

II. Sententia super actione aliqua in iudicio lata. Etenim qua de re semel actum fuisset, de eadem re, Gajo teste, denuo *ipso jure* agi non poterat (3).

### III.

(1) Vid. Gajus, IV, 30.

(2) Cf. Zimmern., in Opere citato.

(3) Vid. Gajus, IV. §. 103.

III. Pacta et transactiones. Atque pacta quidem *certis in causis* obligationes tollebant v. gr. in delictis furti et injuriae (1). Transactiones vero olim universis actionibus finiendis infervisse constat ex compluribus legum decemviralium fragmentis (2). Easdem tamen transactiones haud sine certis quibusdam fieri potuisse verborum solennitatibus, admodum probabiliter summus Noodtius conjecit (3).

Quum igitur haec fuerit legis actionum natura, ut obligatio extingui quidem posset, verum non nisi modo aliquo *ipso jure* valenti; quae autem obligatio ita extincta non fuisset, ea nullo exceptionis (quippe cujus usus antiquioribus Romanis ignotus fuerit) praesidio elidi posset, hinc efficitur, nullam omnino olim Romae viguisse inter modos obligationis *ipso jure* aut *per exceptionem* tollendae distinctionem.

Animus autem est, in sectione proximâ inquirere, quomodo quibusque opportunitatibus, per exceptiones à Praetore inductas distinctio illa deinde enata sit.

(1) Vid. L. 7. §. 14. L. 17. §. 1. L. 27. §. 3. ff. *de Pactis*, Gellius, N. A. XX. 1.

(2) Cf. Auctor Rhetor. ad Herenn. II. 13. Gellius, l. l.

(3) Vid. *de Pactis et transact.* Cap. I, init. (in Noodtii Operibus, p. 399).



## S E C T I O. II.

DE DISTINCTIONE ILLA E PRAETORUM  
FORMULIS ENATA.

## §. I.

*De exceptionum inveniendarum opportunitatibus.*

De tempore, quo primum exceptiones proprie ita dictae (1) usu frequentari coeperunt, nihil usquam traditum est a Romani juris auctoribus (2). Hoc tamen constat, praetorias demum formulas illis locum dedisse. Quod cum ex formularum naturâ, tum inprimis ex ipsarum exceptionum formâ et conceptione luculentissime apparet.

Nimirum quamdiu antiquae legis actiones Romae

vi-

(1) Nam latiori sensu *exceptionis* vocabulum quascumque complectitur reorum defensiones. Vid. Westenberg ad tit. ff. de Except. §. 3.

(2) Admodum tamen probabiliter censet Heffterus, Observ. ad Gaji Lib. IV. Cap. VIII. p. 25. legem Aebutiam latam esse paullo ante Ciceronis aetatem, eaque inductas esse formulas, rejectis sacramentis, iudicum postulationibus et conditionibus; reliquae enim legis actiones per leges demum Julias abrogatae esse videntur: Formularum autem inductionem exceptionum inventio mox infecura esse videtur. Etenim Ciceronis quidem tempore exceptiones jam obtinuisse, apparet ex Libr. de Invent. II. 19, ad Herennium, I. 12. et aliis locis passim.

viguerant, tam exigua et arcta jus dicentium fuerat potestas, ut nil aliud illis attendere liceret, nisi hoc tantum, an actio, quam actor ore suo protulerat, ex legitimo aliquo orta fuisset negotio; an illa justâ formâ proposita, neque ipso jure sublata jam fuisset. Quae tria si concurrerent, reus, nullo tutus aequitatis praesidio; necessario condemnandus erat. Inductis autem formulis mirifice adaucta est Praetorum auctoritas. Nimirum ab eo inde tempore haud amplius arctis actionum, ipsis legibus descriptarum, aut saltem anxie ad legum verbum accommodatarum, finibus circumscribebantur. (1). Ipsi jam actionum formulas Edictis suis proponere coeperunt (2); quo quidem jure ita usi sunt, ut, omni actoribus actiones suas ore intendendi (3) facultate adempta, ipsi certas concederent formulas, ex quibus iudices praetoriâ auctoritate constituti sententias ferrent (4).

Quamvis autem fortasse primis quidem temporibus, in dandis negandisque formulis solarum antiquarum actionum defensionumque rationem habuerint, mox tamen in ipso formularum more egre-

(1) Vid. Gajus IV. 11. Cf. porro L. 3. ff. *arb. furtim coes.* Vat. Fragm. p. 87.

(2) Cf. Cic. *verr.* III. 65

(3) Ita enim legis actionum aetate fieri solebat. Vid. Gajus, IV. 16, 21, 24.

(4) Vid. Gajus, VI. 31. Cf. *Formularum exempla ap. Gajum*, IV. 40. sqq. 50. sqq.

egregiam positam esse viderunt occasionem, aequitati contra stricti juris auctoritatem obsequendi. Nimirum cum per edicendi consuetudinem qua utique praecipue formularia jurisprudentia innitebatur, juris civilis interpretandi facultatem consecuti fuissent, statim intellexerunt, tam late hanc juris civilis interpretationem patere, ut ejus nomine in edictis suis veteris juris placita mox non solum explicare, verum et emendare atque ad mihiorem univérse normam referre possent (1). Huc autem duplici inprimis via pervenerunt, cum dandis actionibus praetoriis (2) (de quibus non est ut h. l. dicam) tum vero praecipue invento exceptionum usu. Scilicet, quemadmodum olim Praetores actiones tantum dijudicaverant ex ipsis legibus profectas, ita quoque contra eas nullae adeo nisi ex iisdem legibus aut ipsa obligationum natura petitae defensiones adhiberi poterant. Postquam autem univérse actiones in Edictum receptae (3), praetorium quemdam habitum induerant, facile sane Praetor occasionem nactus est, illis actionibus, quae jam ex ipsius jurisdictione aliquatenus vim suam repetere videri possent, ejusmodi

(1) Vid. Heineccius, *Antiq. Rom.* ad Tit. Instit. *de Jure Nat. Gent. et Civ.* n<sup>o</sup>. 24. coll. Heffterus, *Op. cit.* Cap. VII.

(2) De hisce vide §. 3. *Instit. de Action.* (4. 6.) L. 25. §. 2. ff. *de Obligat. et actioz.* (44. 7.)

(3) Vid. Heffterus, Cap. X. *init.* coll. Cicerone, *pro Rose Com. C.* 8.



di subinde objicere defensiones, quae totae ex praetorio honore exortae fuissent. Quo tandem factum est, ut iis obligationum tollendarum modis, quos aut Lex induxerat, aut ipsa negotiorum natura prae se ferret, sensim ejusmodi accederent reorum defensiones, quae neque jure civili neque naturâ innixae ex praetorio edicto enatae essent.

Verumenimvero non solum haec formularum atque edicendi moris ratio optimam praebuit inducendis exceptionibus opportunitatem; sed ipse adeo exceptionum usus intime cum formularia cohaerebat conceptione. Etenim exceptiones, quod ipsum nomen indicat (1), tamquam clausulae restrictivae ita formulis praetoriis inferebantur, ut non ipsam quidem actoris intentionem (2), i. e. petendi causam sive ipsam actionem irritam facerent, verum potius eam redderent conditionalem, i. e. judicem juberent reum absolvere, si quidem illud, quod Praetor exceptionis nomine formulae addidisset, rite a reo probatum fuisset, etsi alioquin actoris actio stricto jure valeret (3). Hinc fere conditionis formâ conceptae erant exceptiones, uti patet ex hisce exemplis: *si in ea re nihil*

(1) Vid. Huberus, ad Tit. Inst. de Except. et Rep. n<sup>o</sup>. 1. med., Legesque ibi cit.

(2) Vid. Gajus, IV. 41.

(3) Vid. Gajus, IV. 119. L. 2. L. 22. ff. de Except. (44. 1.)

*hil dolo A. Agerii factum sit, neque fiat; si ea res judicata non sit inter me et te, cet. (1).*

Expositis ita opportunitatibus, quae Praetori exceptionum inveniendarum occasionem praebuere, jam ex ipsis Romanorum moribus reipublicaeque conditione eruendae sunt causae, cur antiquitus exceptionibus opus non fuerit, procedente vero tempore earum usus necessarius evaserit.

§. 2.

*De exceptionum origine ex Romanorum moribus reipublicaeque conditione repetendâ.*

Quamvis vetustiores Romani vulgò nimiae in strictis juris sui formis servandis pertinaciae, imo crudelitatis insimulari soleant, propterea imprimis quod exceptionum aequitatem haud admittere voverint, multum tamen hujusce accusationis vis infirmabitur, simulatque variorum variis temporibus Romanorum morum rationem habuerimus.

Nimirum antiquiores quidem Romani, cum multis aliis eximiis laudibus, tum imprimis bonâ fide justique sensu conspicui erant. Huc nempe pertinent egregia ista Romanorum Poetarum, rerumque scriptorum testimonia, quae omnia memorare longum

(1) Gajus IV. l. c. coll. Heffter ad Gajum, C. XXII. p. 107, 108.

gum sit. Unius autem illius Tullii loci meminisse sufficiat, ubi ait: „ *In Capitolio (fidem sc.)* „ *vicinam Jovis O. M. (ut in Catonis oratione* „ *est) majores nostri esse voluerunt (1).*” — Quodsi igitur hi tam egregie in omnibus rebus gestis religione bonaque fide emerent, num credi potest, ullam eos fraudem aut malitiam, aliamve denique quamcumque aequitati justique sensui haud congruentem machinationem, alios decipiendi ergo, adhiberi sivilisse? — Attamen, quidni igitur exceptionibus usi sunt, quibus sane neglectis aequitas vix stare possit? Ita respondeo. Neutiquam utique existimaverim, antiquiores Romanos, aliquo injuriae aut iniquitatis studio ductos, exceptiones neglexisse, verum multo potius, eos a quavis doli fraudisve cogitatione tam alienos fuisse, ut revera neminem in obligationibus, aut contrahendis aut contractis persequendis, bonam fidem violaturum suspicarentur; quo proinde factum est, ut de excogitandis doli similiumque vitiorum remediis parum essent solliciti. Neque meae sententiae adversantur duae leges antiquissimae, quarum altera a Decemviris lata tutorum dolum compesceret (2), altera vero, *Plactoria* dicta, clausulam de minorum XXV annis circumscriptione contineret.

(1) *De Offic.* III. 29.

(2) Vid. L. 1. §. 2. ff. *de Suspect. tut.* (26. 10.) L. 55. §. 1. ff. *de Administr. et peric. tut. et cur.* (26. 7.) Cicero, *de Offic.* III, 15.



ret (1). Verum hae quidem leges latae sunt de causis ejusmodi, quae, cum ad summam pertinerent reipublicae utilitatem (2), ab omni violatione, licet forte minus metuendâ, immunes servandae erant, quibusque praeterea ejusmodi inerant peccandi illecebrae, ut in iis imprimis lubrica hominum virtus esse posset.

Quamdiu Romani arctis parvae reipublicae finibus circumscripti, in vicinis adhuc Italiae populis debellandis occupati erant, nulla non fortitudinis, fidei, temperantiae, justitiaeque laude excelebant, nullisque adeo in jure opus erat exceptionibus bonam fidem vindicaturis. Ubi vero per longinquas regiones, in quibus fere omnia ad luxuriam morumque perniciem erant composita, victricia arma circumferre coepissent, ipsaque adeo urbs Roma peregrinorum turba sensim sensimque oppleta fuisset, haud aliter fieri potuit, quin aurei illi Curiorum, Papiriorum, Deciorumque mores paulatim in deterius verterentur, pessimaque tandem pessumdarentur corruptelâ.

Orta hinc bella civilia, conjurationes, caedes, nullaque non turpissima scelera (3). Hinc etiam

(1) Cicero, *de Offic.* III. 15..

(2) Tutelam juris publici fuisse docet L. 8. ff. *de Tutelis* (26. 1.). De curatione autem ob similitudinem idem statuendum videtur.

(3) Cf. omnino Sallustius, *de Bello Catilinario*, Cap. 10.

juris conditio (quae scilicet arcta cum gentium moribus contineri soleat necessitudine) ingentem passâ est mutationem. Abrogatae legis actiones, utpote quarum severitatis Romani, laxioribus jam viventes moribus, haud amplius patientes erant (1). In harum locum substitutae formulae, quarum usus jam olim quidem, sed peregrinorum tamen solorum causâ in re publica obtinuerat (2). Aucto autem mirifice, et peregrinorum in republica Romana momento, et negotiorum inter eos civisque Romanos susceptorum numero, proinde etiam jus gentium et laxior illa judiciorum forma, qua soli antea usi fuerant peregrini, civibus quoque Romanis innotescere et placere coeperunt (3). Neque tamen tam faciles mitiori juris gentium rationi aures praebuisent Romani, nisi aliunde jam eorum probitas morumque integritas misere corruptae fuissent.

Quemadmodum autem et morum corruptela et peregrinorum affluentia univèrse plurimum ad Romanorum jus aequitate temperandum contulerunt, ita eadem etiam causae speciatim effecerunt, ut exceptionum usus quotidie fieret magis necessarius, imo mox iis carere haud amplius possent Romani. Namque cum olim quidem, ut jam monui, exceptionibus

neu-

(1) Gajus, IV. 30.

(2) Vid. Zimmern, Op. cit. §. 49.

(3) Vid. Heffterus ad Gajum, VIII. 21. Cic. de Offic.

neutiquam opus fuisset, propterea quod tum praemorum probitate haud facile instituerentur actiones, quae, nisi justitia, bona saltem fide niterentur, deinde tamen, ubi sublatis antiquis moribus in doli aliarumque pravarum machinationum scelera prorumpere incepissent (1), necessarium etiam visum est Praetoribus, ejusmodi quasdam in reorum gratiam excogitare defensionum species, quibus impediretur, quominus callidiores aut ferociores homines strictis juris civilis solemnibus in suum commodum abusi, alios simpliciores infirmioresve deciperent, aut obligationes invito inire vi coegerent, aliisque denique modis damna inique inferrent.

Denique aliam etiam causam expromere possumus, cur antiquitas haud adeo necessarias sibi exceptiones esse existimaverit. Scilicet talis olim erat contractuum ineundorum ratio, ut vix ullus dolo violentiaeve locus relinqueretur. Nimirum cum (ut perquam est verisimile) in plerisque negotiis contrahendis antiquitus nexûs adhibendae essent solemnitates (2), quae sine quinque testium

(1) Sallustius, l. c. ait: „Ambitio multos mortales falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore aliud in lingua, promptum habere; amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestumare: magisque vultum quam ingenium bonum habere.”

(2) Vid. Hugo, *Geschichte* etc. p. 210 coll. Gronovio in *Epist.*



tium libripendisque praesentia numquam peragebantur (1), profecto saepe fieri poterat, ut illi qui alios aut clam decipere aut vi ad contrahendum impellere vehementer gestirent, iidem tamen illud palam coramque testibus admittere non auderent. Hinc igitur forsitan cum demum, cum nexus solennia in obligationibus contrahendis aliquatenus in desuetudinem abiissent (quod sane per formularum inductionem factum esse haud veri specie caret), de alio bonae fidei atque aequitatis praesidio cogitare Romani coeperunt.

### §. 3.

*De quatuor exceptionum clasibus propositi ratione, totidem distinctionis nostrae fontibus.*

In praecedentibus univérse vidimus, et quasnam Praetor nactus sit exceptionum induendarum opportunitates, et quomodo ipsi Romanorum mores ab antiquâ deflectentes simplicitate, exceptiones necessarias reddiderint: restat jam, ut certas quasdam describamus clasces, ad quas univérse fere  
ex

Epist. 202. ad Claud. Salmas. quae legitur in *Clar. VV. Epist* a Burmanno editis, Tom. II. p. 549. Salmasius, *de Mod. Usur.* XVIII. p. 839, ubi *nexum* ait esse obligationem, et *nexos* obligatos.

(1) Festus, v. *nexum*, coll. Boethio ad Cic. *Topic.* III. Gajo, I, 119.

exceptiones propositi ratione referri possunt. Has autem singulas clasfes recte perspexisse res est maximi momenti, cum scilicet, quot fuere ejusmodi clasfes, totidem etiam fuerint distinctionis inter modos obligationis *ipso jure* aut *per modum exceptionis* tollendae fundamenta.

In antecessum tamen hoc recte teneatur, nos de illis tantum dicturos esse exceptionibus, quae *peremptoriae* sive *perpetuae* vulgo vocantur (1). Namque exceptionum dilatoriarum, utpote quae actiones differant quidem, haud vero tollant, nulla a nobis ratio habebitur (2).

Ex omnibus sane, quae Praetorem ad exceptiones inducendas impulerunt, causis et prima et longe praecipua fuit aequitatis promovendae studium. Quod vel inde apparet, quod et Gajus et Justinianus, iis locis, ubi universarum causas tradere debuerant, eas tantummodo exceptiones respexerint, quas ob naturalem aequitatem Praetor in Edictum receperat (3).

Itaque prima exceptionum clasfis illas continuisse videtur, quae salvâ fide et naturali aequitate negligi omnino non poterant, quaeque proinde, quamprimum antiqui Romani juris asperitas aliquatenus relaxata fuisset, statim desiderari coeptae esse videntur. Cujus gene-

(1) Vid. Gajus, IV. 121. §. 9. *Inst. de Except.* (4. 13.)

(2) Vid. Gajus, IV. 122. §. 10. *Inst. eod.*

(3) Vid. Gajus IV. 116, *princ.* *Inst. de Except.*

neris sunt illae exceptiones, quibus eliderentur obligationes aut metu aut dolo aut errore contractae. Nam in hisce quidem obligationibus omnis revera consensus abesse videbatur (1), quo utique sublato nulla amplius relinquebatur efficax vere obligandi causa, si inanes quasdam exceperis juris civilis solennitates, quas nempe per se solas ad reorum condemnationem sufficere etiamsi antiquissimo illud aevo obtinuerit, recentior tamen noluit aetas, ob causas quas attigi §. 2. hujus Sectionis. Hinc igitur universe in iis negotiis, in quibus ne strictissima quidem juris ratio quidquam umquam praeter consensum postulavit (2), consensum tamen istum integrum nullisque appetitum insidiis conservari oportebat. Unde in his, cum extra congruentem contrahentium voluntatem nullum aliud exterius vere contractae obligationis indicium esset, profecto, deficiente isto consensu, quae acta fuerant, *ipso jure* non valebant. Verum non solum in negotiis solo consensu constantibus, sed in omnibus

(1) Sunt qui existent, vim quidem et metum consensum haud prorsus tollere, propterea quod voluntas coacta, voluntas tamen fit (Glosf. ad L. 21. ff. *Quod met. causâ* (4. 2.)). Mihi tamen magis persuaserunt Barbeyracius et Pufendorfius, statuentes contra Grotii auctoritatem, consensum in obligationibus perfectum atque illaesum adesse oportere. Cf. Pothier, *Traité des obligat.* Part. I. C. 1. Art. 3. §. 2. n°. 21. Add. L. 116. ff. *de Div. reg. jur.* (50. 17.)

(2) Vid. Inst. L. III. Tit. 23—27. Gajus, III. 135—167.



bus univérse iis negotiis, quae tota ad bonam fidem comparata erant (1), nullum omnino, neque dolum, neque errorem, neque metum admittebant. Nam si quid hujusmodi intercessisset, tollebatur proinde bona fides, sine qua scilicet ipsa ea negotia *ipso jure* corruebant (2).

Misfis igitur quibusvis bonae fidei negotiis; in stricti demum juris negotiis vera istarum exceptionum, in quarum descriptione jam versamur, fedes collocanda est. In hisce enim, cum vel nuda quaedam solennitas secundum juris strictioris praecepta ad obligationem pariendam sufficeret, praetorio sane indigebatur auxilio, quo iniquae averterentur condemnationes. Si igitur ex gr. quis aut vi coactus aut dolo deceptus, alii stipulanti promississet, valebat quidem obligatio, et actionem adeo producebat, verum actionem ejusmodi, quae per exceptionem *quod metus causâ* aut *doli mali* facillime elidi posset (3).

Haec exempli causâ memorasse sufficiat: nam multae quoque aliae exceptiones erant, quibus naturalis aequitas in singulis negotiis contra stricti juris rigorem defendebatur, inter quas inprimis *pacti* (4) ac *non numeratae pecuniae ex-*

(1) Vid. §. 28. Inst. de Action. (4. 6.)

(2) Cf. L. 21. ff. Sol. matrim. cet. (24. 3.) L. 84. §. 5. ff. de Legat. 1<sup>o</sup>. (30.) L. 5. Cod. de Inutil. stipulat. (8. 39.) Gajus, IV. 116. Averanius, l. 14. n<sup>o</sup>. 13.

(3) Vid. §. 1. Inst. de Except. (4. 13.)

(4) Gajus, IV. 116. §. 3. Inst. eod.

*ceptiones* (1) silentio haud sunt praetermittendae. Ceterum probe tenendum est, *pacti* quoque exceptionem in stricti tantum juris judiciis usu venire potuisse. Quod forsitan de omnibus omnino dicendum est istis exceptionibus, quae aequitatis folius causâ inductae sunt. Nam cum in b. f. negotiis aequitas fidesque ad ipsam obligationis substantiam pertinerent, sequitur illa per ejusmodi facta, quibus aequitas laederetur, *ipso jure* aut imminui aut tolli debuisse.

Pergimus jam ad alteram exceptionum classem, earum nempe, quae ex mutata judiciorum constitutione exortae sunt. Huc autem praecipue referendae sunt exceptiones, *rei in iudicium deductae* et *rei iudicatae*.

Nimirum antiquarum legis actionum aetate quaevis obligatio per iudicis sententiam *ipso jure* perimebatur (2). Haec autem ratio, ut videtur, immutata primum est per legem Aebutiam, quâ forsitan fancitum est, ut ea tantum iudicia, quae ex legis actionibus quodammodo continuata fuissent, quasvis obligationes *ipso jure* extinguere pergerent (3).

Ut ut est, hoc certo constat, Gaji temporibus

(1) Cf. Gajus, IV, 116. §. 2. Inst. de Except. add. L. 6. §. 1. L. 7. D. de Novat.

(2) Gajus, IV. 108.

(3) Vid. Heffterus, in Comment. ad Gajum, Cap. XX. p. 98. coll. quae dixi, hujus Cap. Sect. I.

summo vigore floruisse eam distinctionem, ex qua iudicum sententiae, nunc *ipso jure*, nunc per *exceptionem* tantum ad tollendam obligationem valerent. Scilicet omnia tum iudicia *aut legitimo jure consistebant*, aut *imperio continebantur* (1). Illa quidem secundum Heffterum (2) originem duxerant ex antiquis legis actionibus, ideoque tantam obtinebant auctoritatem, ut quaecumque obligatio in legitimum iudicium deducta fuerat, ex ipso jure formam suam exueret et mutaretur in obligationem litis contestatae, quae ipsa deinde per sententiam iudicis in iudicatum faciendi obligationem converteretur (3). Sententiâ autem iudicis demum latâ actori omnis omnino primariam actionem denuo instituendi facultas adimebatur, ipsaque adeo actio vere tollebatur. Ceterum solae obligationes vere civiles ita per sententiam iudicis extinguebantur.

Ita in iudiciis legitimis. Iudiciorum autem quae imperio continentur, quippe quae omnem vim ex praetoria repeterent jurisdictione, haec efficacia esse non poterat, ut *ipso jure* i. e. *ipso jure civili* obligationes tollerent. Quorsum tamen et e iudiciorum legitimorum numero illa referenda sunt, in quibus obligatio aliqua per *formulam* in *factum conceptam* dijudicaretur, quum et haec ju-

(1) Gajus, IV. 103.

(2) Loc. cit.

(3) Gajus, III. 180, 191.



judicia magis praetoria jurisdictione quam ipso jure civili niterentur (1).

Quae cum ita essent, suaserunt tamen et litium numeri comminuendi studium, et reorum favor, ut vel tum, cum iudicis sententia obligationem aliquam ex juris civilis auctoritate *ipso jure* non sustulisset, de eadem nihilominus causa haud denuo ageretur (2). Quo consilio inductae sunt a Praetore exceptiones *rei in iudicium deductae* et *rei iudicatae*, quarum hanc rationem esse voluit, ut in illis causis iudiciisque, in quibus *ipso jure* non procederetur, occuparent locum earum novationum necessariorum, quae in iudiciis legitimis, quotiescumque de obligatione vere civili, formulam in jus conceptam, ageretur, per litis contestationem et sententiam iudicis fieri dicebantur (3). Quod si igitur quis actionem in iudicium jam deductam denuo institueret, repellebatur *per except. rei in iudicium deductae*; si vero reum per sententiam absolutum iterum conveniret, exceptio *rei iudicatae* ei objiciebatur. (4).

Tertiam quandam exceptionum classem illae efficiunt, quas Praetor jurisdictionis suae confirmandae

(1) Namque vere juris civilis iudicia ea tantum esse dici poterant, in quibus diiudicaretur formula juris civilis habens intentionem. Vid. Heffterus, l. l.

(2) Vid. L. 6. ff. de *Except. rei jud.* (44. 2.)

(3) Cf. Gajus. III. 180, 181. IV. 106—109.

(4) Gajus, II. cc.

dae gratiâ saepe concedebat. Quotiescumque v. gr. Praetor Sempronio eas dare vellet actiones, eaque imponere officia, quae jure civili Sejo tribuerentur, profecto exceptionibus excludendus aut tuendus erat Sejus, quando directis actionibus alios conveniret, aut ipse conveniretur. Alioquin enim actionum Sempronio, et contra eum, a Praetore datarum efficacia nulla fuisset. Frequentissime autem hujusmodi exceptiones usu veniebant in fideicommissariis hereditatibus (1) et bonorum possessionibus (2), quum scilicet in jure praecipue hereditario excolendo et amplificando egregie Praetor versatus sit.

Denique venio ad illas exceptiones, quae publicae utilitatis causâ inductae fuerant, i. e. quae aequitatem aut fricti juris civilis praeceptorum mitigationem non adeo curantes, ad utilitatem maxime publicam civitatisque commodum comparatae erant. Hujus generis perpaucae ex praetoria creatae sunt jurisdictione. Praetor enim vulgo magis aequitatem in privatis causis custodire quam universè jus ob publicam utilitatem immutare solebat. Illae igitur imprimis ad h. l. pertinent exceptiones, quas Gajus et Justinianus vel ex legibus, vel ex iis quae legis vicem obtinerent, i. e.

Se-

(1) Vid. L. 1. §. 4. L. 27. §. 7. I. 55. p. ff. *ad Scutum Trebellianum*. (36. 1.)

(2) Vid. L. 15. ff. *de de Bon poss. contr. Tab.* (37. 4.)  
*Collat. LL. Mos. et Rom. XVI. 3* alia loca pasim.

Senatusconsultis, rescriptis Principum cet., ortas tradunt (1).

Quodsi autem quis fit, qui miretur, nos, licet supra exceptionum originem ex solâ praetoriâ repetierimus jurisdictione, jam de exceptionibus ejusmodi loqui, quas jus civile genuisset, quasi vero (sic nempe quis forte ratiocinetur) illi obligationis tollendae modi, quibus jus civile originem dedisset, non *ipso jure* i. e. *ipso jure civili* valerent, ita ad istas objectiones respondeo. Saepe quidem aut Senatus, aut Princeps, aut totus denique populus certas quasdam obligationes nonnullis in causis effectum privari volebat, quod scilicet id reipublicae conducere videbatur; neque tamen ita semper hujusmodi SCta, aut Principum constitutiones, aut denique leges obligationes, ceteroquin rite constitutas, nullas reddere, vel *ipso jure* tollere poterant. Unde, ut aliquem saltem illa juris civilis placita effectum fortirentur, ipsius Praetoris indigebant auxilio, a quo scilicet in edictum reciperentur; ut sic praetoriarum exceptionum habitu indutae, actiones quae reipublicae utilitati contrariae essent elidere possent. Hoc igitur sensu civiles etiam exceptiones aliquatenus a praetorio honore venisâe possunt dici (1).

Duae autem inprimis causae fuerunt, ob quas

ac-

(1) Vid. Gajus, IV. 118. §. 7. *Instit. de Except.* (4. 13)

(2) Vid. Zimmermann. Op. cit. §. 92. Schröter, *Observ.* p. 301.



actio, etiamsi jus civile eam finiri vellet, interdum tamen *ipso jure* non tolleretur; quarum altera in angustâ nimis legislatoris potestate, altera in ipsius actionis finiendae modi naturâ posita erat. Prior causa inprimis obtinebat in iis exceptionibus, quae ex SCtis ortae fuerant, utpote exceptionibus *SCti Macedoniani* (1) *SCti Vellejani* (2). Nam cum Senatus, meâ quidem sententiâ, numquam summâ usus sit juris civilis constituendi potestate, neque igitur ullam actionem, jure civile valentem, penitus atque *ipso jure* tollere posset, ad Praetorem sane Senatui confugiendum erat, si actionem aliquam effectu privari ipsi placuisset (3). Quodsi autem quis ex verbis illis Ulpiani, quibus non ambigi dicitur, *Senatum jus facere posse* (4), effici posse putet, Senatum ex suae potestatis vi jus civile funditus evertere potuisse, respondeo, Jcti verba magis magnam Senatus in jure condendo auctoritatem, quam summam juris constituti evertendi potestatem indicare videri.

Venio ad causam posteriorem. Scilicet saepe fiebat, ut, etiamsi legislator ipse summa uteretur jus civile et condendi et tollendi potestate, interdum tamen causae illae, ob quas obligationes effectu pri-

(1) Vid. Dig. XIV. 6.

(2) Vid. Dig. XVI. 1.

(3) Vid. Zimmern. l. l.

(4) Vid. L. 9. ff. de Leg. Scs. (l. 3.)

privare vellet, ejus essent generis, ut sine summâ iniquitate et salvâ juris ratione, obligationes funditus et *ipso jure* extinguere non possent. Huc imprimis pertinent exceptiones illae, quas *κατ' ἐξοχήν* praescriptionum temporalium nomine insignire solent (1). Nam etiamsi publica utilitas postularet ut actiones, quae temporis diuturnitate confopitae fuerant, non amplius suscitarentur, iniquissime tamen egissent Romani Principes, istarum praescriptionum auctores, si per illas *ipso jure*, i. e. ita ut nulla superesset instaurationis spes, actiones quasvis tolli voluissent: nam exceptionum quidem habitu indutae praescriptiones multis sane modis efficaciam suam amittere poterant, v. g. si Rei illis in gratiam Actorum renuntiasent, cet. (2). Ceterum quae in Constitutionibus Principum, eadem in ipsis legibus obtinuisse videtur ratio, cur et hae subinde, vel per discretam legislatoris utpote aequitatis studiosi voluntatem, vel ne summa juris civilis ratio temere everteretur, non *ipso jure*, sed *per exceptiones praetorias*, vires suas exfererent.

Per-

(1) De his vide Tit. Cod. *de Quadriennii praescripts.*, (7. 37) L. 3. et 4. C. *de Praescripts.* 30 ann. (7. 39.) Authent. C. *de Appellat.*

(2) Forſitan tamen et praescriptiones potius ideo, quod Principibus antiquum jus ipso jure tollendi potestas non competeret, quam ob aliquam aequitatis rationem, *exceptionum*, non vero ipso jure obligationem tollentium modorum, formam induerunt. Ita sane censere videtur Zimmern., qui §. cit. Constitutiones Principum *imperfectas leges* vocat.

Percurrimus ita quatuor istas exceptionum classes, quas totidem distinctionis nostrae fontes fuisse supra argui. Nam cum distinctio ea orta fuisset, ex earum exceptionum inductione, quibus summa ratio et naturalis aequitas causam praebuisent, dein tamen, quo plura exstiterunt ad exceptiones inducendas momenta, eo majora etiam ipsa distinctio cepit incrementa.

§. 4.

*De exceptionibus in factum.*

Superiori §<sup>o</sup>. certas quasdam recensuimus exceptionum classes, quorsum tamen eas tantum retulimus, quae certis nominibus insignitae, in praetorium edictum receptae fuerant. Quae enim exceptiones in edicto diferte descriptae non essent, illae olim nullam obtinuisse videntur auctoritatem.

Mox autem et increscens aequitatis studium et universe jus in dies laxius factum, praeter illas exceptiones quas edictum contineret, innumeras alias desiderare coeperunt. Quibus vero omnibus cum edictum Praetoris nequiquam posset sufficere, *in factum* Praetor excipere incepit (1), i. e. quoties ob quamcumque tandem causam aliquam actionem ad effectum perducere nollet, quam tamen

(1) Cf. Zimmermann., §. 94. init.



diserta nulla edicti exceptione infirmare posset, Praetor varias variis causis accommodare coepit exceptiones, five ex generali quodam edicti placito (1), five ex vi propriae jurisdictionis.

Ex hoc autem demum inde tempore distinctio, inter modos obligationis *ipso jure* et *per modum exceptionis* tollendae, prorsus exulta omnibusque numeris perfecta fuisse dici potest. In tantum enim jam adaucta fuerat Praetoris auctoritas, ut juris civilis actiones, quotiescumque illae aequitati aut univérse mitiori illi juris recentioris rationi non satis congruere viderentur, per exceptiones in factum conceptas impune elidere posset.

### S E C T I O III.

#### DE DISTINCTIONE EA, PER JUDICIA EXTRAORDINARIA HAUD SUBLATA.

Etiam si, expositâ distinctionis origine, officio nostro quodammodo jam defuncti nobis videamur, breviter tamen et de mutationibus, quas in distinctione eâ judiciorum extraordinariorum inductio perfecit, disputare animus est.

Haud recte statuunt meâ quidem sententiâ, qui existiment, everso judiciorum ordine, novam quandam atque a veteribus consuetudinibus prorsus ab-

(1) Ut monet Heffter. ad Gajum, C. XXII p. 107.

abhorrentem perfectam esse judiciorum constitutionem (1). Quominus enim illud admittamus, impedimur frequenti illa antiquiorum et actionum et exceptionum, aliarumque denique rerum ad formulariam judiciorum aetatem pertinentium, in recentioris Justinianeique juris monumentis occurrenti commemoratione: quare multo potius existimandum est, jampridem ante extinctum judiciorum ordinem, praeter ordinarias agendi formulas, multas fuisse causas, quae peculiari Praetoris indigerent cognitione (2): harum porro extraordinariorum cognitionum numerum in dies auctum esse, earumque usum ob simpliciore[m] quam contingerent agendi normam adeo Romanis placuisse, ut postremo sub Imperatoribus Diocletiano et Maximiano universa judicia extraordinaria effecta sint (3).

Sed quid tandem, eversis judiciis ordinariis, in distinctione nostra mutatum est? Scilicet hoc ante omnia notandum, in judiciis extraordinariis cum ipse Praetor cognosceret, iudicium proinde dandum morem abrogatum esse; unde ultro sequitur, etiam conceptis formulis tum non amplius opus fuis-

(1) Cf. Zimmern, *Introduc.* §. 1.

(2) Cf. Zimmern. §. 88. Heffter., *Institutionen des Römischen und Teutschen Civil-proceses*. Lib. III. Part. I. Tit. 1. n<sup>o</sup>. 4.

(3) Heffter., l. c. Tit. 2. Zimmern. §. 89. coll. L. 2. Cod. *de Pedaneis iudiciis* (3. 3.) Adde L. 3. Cod. *de Interd.* (8. 2.) L. 2. Cod. *Unde vi.* (8. 4.) L. 3. Cod. *de Lib. exhib.* (8. 8.)

fuisse. Quid enim formula sine iudice, in cuius gratiam illa concipiatur? Hinc etiam proprie exceptiones formae ratione usurpari desierunt: saepius enim monuimus, hanc propriam fuisse exceptionum naturam, ut causâ cognitâ a Praetore formulae infererentur (1), licet tamen eatenus, ne formae quidem ratione, prorsus perierit distinctio inter modos obligationis *ipso jure* aut *per exceptionem* tollendae, quatenus etiam in extraordinario iudicio exceptiones initio litis proponere, modos vero ipso jure obligationem solventes ultra litis contestationem differre moris erat (2). Argumentum autem et effectus quod attinet, nullus dubito, quin vere iudiciorum ordini distinctionis nostrae usus superstes fuerit. De effectibus quidem infra dicendi locus erit. De argumento vero exceptionum nunc breviter monendum est.

Nimirum haec distinctio ita sese ex ipsis Romanorum moribus, institutis, reipublicaeque conditione sensim sensimque explicuerat, atque adeo tam egregie exulta erat, ut qui illam, mutatâ aliquatenus iudiciorum normâ funditus evanuisse contenderet, vel tum parum recte loqui videretur, si nullum amplius superesset antiqui juris monumentum, quo ille statim redargueretur. Sed plenae  
sunt

(1) Vid. Gajus, IV. 119,

(2) Vid. quae infra dicturi sumus, Cap. II. Sect. III. L. A. coll. Heffter o, *Institut. etc.* L. I. Tit. 6. n<sup>o</sup>. 7. Zimmermann. §. 92. fin. §. 93.



sunt Justiniani Institutiones, plenum est juris Romani Corpus, plenae denique sunt universae juris Romani recentioris reliquiae placitorum, ex quibus abunde pateat, quantum vel abrogatis formulis, exceptionum tamen et nomen et efficacia vigere perrexerint.

Quae in hoc Capite de distinctionis nostrae origine disseruimus, in breve jam contrahamus.

Quamdiu legis actiones Romae vigeant, nullus exceptionum usus nec erat nec esse poterat, propterea quod tum vix ulla aequitatis ratio haberetur atque univere omnes obligationes, paucis tantum quibusdam modis, iisque aut ex ipsa natura aut ex scriptis legibus ortis, extingui posse, hominum qui tum vivebant simplicitas existimaret. Inductis autem formulis remanserunt quidem antiqui illi obligationum ipso jure tollendarum modi, verum iis sensim opponi quoque coeperunt alii complures modi ex praetoria jurisdictione orti, obligationibus ob aequitatem infirmandis infervientes. Unde demum distinctio inter modos obligationis *ipso jure et per modum exceptionis* tollendae enata est. Denique extincto judiciorum ordine exteriorem habitum distinctio aliquatenus exiit; vera tamen ejus efficacia, licet quodammodo infirmata, neutiquam tamen tum e jure Romano sublata est (1).

CA-

(1) Vid. Heffter., *Institut.*, c. t. l. c.

## CAPUT POSTERIUS.

DE VARIIS EFFECTIBUS DISTINCTIONIS, INTER  
MODOS OBLIGATIONIS *ipso jure* ET *per mo-*  
*dum exceptionis* TOLLENDAE.

### S E C T I O I.

DE AETATE LEGIS ACTIONUM.

Quum in Capitis superioris Sectione I<sup>a</sup>. viderimus, legis actionum naturam propter nimiam antiqui juris severitatem distinctioni nostrae profus fuisse contrariam, sponte patet, de ejusdem distinctionis effectibus ex jure XII Tabb. et legis actionum ne quaeri quidem posse. Quocirca statim ad sectionem secundam, in quâ aetas formularum in censum veniet, transgrediamur.

### S E C T I O II.

DE VARIIS DISTINCTIONIS EFFECTIBUS AETATE  
FORMULARUM.

Antequam ad istos effectus exponendos nos accingamus, quaedam praemonenda videntur, quae  
ni.

## C O M M E N T A T I O

nisi probe teneantur, ad rectam eorum quae sequuntur intelligentiam profici non potest.

Nimirum est quidam in juris Corpore locus, quem primo intuitu ita sese habere putes, ut statim nos ab omnibus reliquis disquisitionibus avertere velle videatur. Quis enim est, qui audiens Paullum Jctum, *nihil interesse tradentem, ipso jure quis actionem non habeat an per exceptionem infirmetur* (1), mihi non objicere cupiat, quod ea confecter quae testibus ipsis Romani juris Auctoribus vana sint et nullius momenti.

Verumtamen rem eam paullo diligentius considerantibus plures mox apparebunt viae, quibus et Paulli Jcti placitum et consilium VV. Clar. in proponenda quaestione, de distinctionis inter modos obligationis aut *ipso jure* aut *per modum exceptionis* tollendae effectibus, in egregiam redigi posse videantur consonantiam. Scilicet Paullum omnem distinctionis efficaciam Lege cit. repudiare nequiquam voluisse, vel hinc apparet, quod aliis bene multis juris Corporis locis, cum alii Jcti tum ipse Paulus, tam anxie quaerant, utrum quis in certis causis *ipso jure* an *per exceptionem* tutus sit (2)?

Quod

(1) L. 112. ff. de Reg. juris.

(2) L. 40. ff. de Rebus creditis (12. 1.) L. 34. §. 1. ff. de Obligat. et action (44 7.) L. 1. §. 7. ff. Quar. rer. actio non vetur. (45. 5.) L. 4. ff. Usufruct. quemadm. caveat. (7. 9.) alibi passim.



Quod profecto, si haec nequaquam effectus ratione differrent, omnino otiosum foret (1).

Aliter igitur Paullus illustrandus est. Putaverim autem, dixisse quidem JCTum, nihil inter modos obligationis *ipso jure* tollendae et per *exceptiones* interesse, sed eas tamen tantum cogitasse eum exceptiones, quae rite jam et propositae et probatae in judicio fuissent (2). Atque profecto verissime ita statuisse videtur. Scilicet exceptio rite allegata haud minus quam defensio, qua obligatio ipso jure finita diceretur, judicem cogeat, sententiam ferre absolutoriam. Semel autem absoluto reo, sane perinde erat, quam tandem defensione munitus causa superior evasisit. Praeterea . quo major hujusmodi Paulliani effati interpretationi fides habeatur, hoc etiam persuadere videtur, quod L. ista 112. legitur *per exceptionem infirmetur*, haud vero *infirmari* possit, quod profecto dicere maluisset JCTus, si exceptionem in judicio nondum allegatam cogitavisset (3).

Quod-

(1) Nam universe in jure Romano ejusmodi tantum fieri solent distinctiones, quae aliquam habent efficacitatis diversitatem.

(2) Eandem sententiam tuentur Voet, *ad Pand.* L. XLIV., Tit. I. uº. 1. init. v. Löhr, *Kurze bemerkungen*, nº. 6. in *Magazin für Rechtswissenschaft und Gesetzgebung*, herausgegeben von v. Grolman und v. Löhr. T. IV. Part. I.

(3) Ita ex gr. Javolenus, L. 14. ff. *de Compensat.* (16. 2.) exceptionem cogitans, quae reus defensionis causa nondum usus sit,

Quodsi cui haec forte minus placeant, alia etiam ratione objectio, quam mihi ex Paulli Jcti lege moveri posse dixi, refutari potest. Nimirum optime fieri potuit, ut, quod Paullus de singulari aliqua causa monuisset, illud ex libris ejus ad Edictum excerpserit Tribonianus, ac deinde tamquam generalem quandam juris regulam in Digesta receperit. Etenim haud raro ejusmodi Triboniani errores et emblemata a VV. DD. carpi solent. Denique, rem sic expedire malo, quam, Westenbergium fecutus, existimare, L. ista 112. exceptionis vocabulum latiori sensu modum, quo actio *ipso jure* finiretur, indicare (1). Nam cum obligatione extincta etiam actio funditus corruat, sane de eo, cui obligatio ipso jure excidisset, nequam Paullus dicere potuit, eum actionem quidem habere, sed quae per exceptionem infirmetur.

Sed, utut tandem est, multos eosdemque haud contemnendos effectus habuisse distinctionem nostram, sequens fatis ut spero docebit disputatio, quam quidem ita instituemus, ut prius examinemus, quinam fuerint ejus distinctionis effectus ratione formae, i. e. quatenus ex illius vi, diversae admodum

fit, ait: *Quaecumque per exceptionem perimi possunt in compensationem non veniunt.*

(1) Westenbergium ita sensisse, exinde patet, quod ad §. 3. tit. ff. de Except. allegaverit. L. istam 112. ff. de Reg. Jur.

dum reis paterent in jure judicioque defensionem suas allegandi probandique vias, prouti *ipso jure* aut *per exceptionem* tuti essent; deinde varios istius distinctionis effectus, et in ipsarum obligationum vi et efficacitate tollendis momenta perpendamus.

## A.

*De effectibus ratione formae.*

Quum hoc imprimis inter modos obligationis *ipso jure* aut *per exceptionem* tollendae fuerit discrimen, ut illi quidem omnem ex se ipsi repetere auctoritatem, hi contra ita comparati essent, ut toti cum praetoria cohaerent jurisdictione, i. e. per se nullius essent momenti, nisi Praetor eos suam auctoritate munerisque viribus corroborasset, atque ita demum ex *aequitate jus* effecisset (1), sequitur, in tanta utrorumque diversitate, diversas etiam admodum sese defendendi vias reis patere coepisse, prouti aut *ipso jure* aut *exceptionis ope* tutos sese esse contenderent. Harum autem viarum diversitate, utpote ex distinctione nostra enata, ipsi distinctionis effectus *formae ratione* a nobis comprehenduntur.

Quocirca tum demum istos effectus recte perspexerimus, cum ostenderit, quantas illa excep-

(1) Cf. Heineccius, *Recitat. ad jus civ. III* 30. §. 595-597



ceptionum modorumque obligationis *ipso jure* extinguendae distinctio, in singulis litis inceptae et ad finem perductae partibus, perfecit varietates.

Has igitur varietates persequemur.

1. *In jure ante litis contestationem.*
2. *In judicio.*
3. *Post sententiam judicis.*

#### §. I.

##### I. *In jure ante litis contestationem!*

Quotiescumque actor in jure apud Praetorem actionem suam edidisset, una ex hisce tribus illi a reo objici poterat defensionibus, scilicet aut actionem eam ab initio inefficacem fuisse; aut valuisse quidem aliquando, verum deinceps novo aliquo facto prorsus periisse; aut denique eam, licet nondum sublatam, tamen propter aequitatem aliasve causas supra memoratas (1) ad effectum perducere non oportere. Prouti autem aut *ipso jure* actorem actionem non habere, aut eam exceptione elidendam reus contenderet; varie etiam formula a Praetore erat concipienda.

Nimirum si reus ex gr. stipulationem nullam susceptam, aut susceptam quidem olim esse, verum

fo.

(1) Vid. Cap. I. Sect. II. §. 3.

soluzione vel acceptilatione cet. jam evanuisse contenderet, pura et simplex a Praetore dabatur formula, i. e. ejusmodi, cujus intentio nulla excipiendi clausula restricta, sive conditionalis effecta esset. Etenim verbis iis, *si pareret, dari fieri oportere* (quae *juris civilis* intentio erat atque ad formulas pertinebat in jus conceptas (1)) judex a Praetore jubebatur tum demum reum condemnare, si *jure civili* deberet: unde ultro sequitur, numquam reum condemnari potuisse, si *jure civili* eum non debere *pareret*, quod toties fiebat, quoties actio, quam actor persequeretur, aut ab initio nulla fuisset, aut deinceps *ipso jure* periisset. Hinc ultro apparet, cur etiam reus, qui *ipso jure* tutum sese sciret, impune hancce defensionem in judicium differre potuerit (2) cum scilicet eam, utpote ad jus civile pertinentem, judex admittere deberet, quippe cui per ipsam formulae intentionem a Praetore injungeretur, ut omnes illas admitteret, allegationes, ex quibus ipso *jure civili* actionem actori non competere constaret.

Verumtamen hic subsistebat purae istius intentionis in judicio momentum et efficacia, arctisque semper illis *juris civilis* limitibus continebatur.

Quocirca quid agendum, cum quis actorem *ipso ju-*

(1) Vid. Gajus, IV. 45.

(2) Vid. Heffter., *Institutionen des Römischen und Deutschen Civil-processes*, L. 1. Tit. 5. n<sup>o</sup>. 8.

*jure* actionem non habere contendere [neutiquam posset, sed aliquâ exceptione sese tueri vellet? — Scilicet in tali causa Praetor adeundus et exorandus erat, quippe cujus auctoritate illa defensio, quae ob solam aequitatis rationem consistere non posset, suppleretur et confirmaretur. Hac autem auctoritate suâ ita Praetor uti solebat, ut per formulam, quae unicam judici in judicando normam praeberet, hunc alicujus defensionis, jure civili non consistentis, rationem habere juberet. Namque Praetor, si post causae cognitionem hanc illamve exceptionem reo concedendam duceret, eam tamquam conditionem sive clausulam restrictivam (ut hoc verbo utar) formulae intentioni subjiciebat (1); cujus quidem rei hic foret effectus, ut judex etiamsi reum stricto jure *debere* lucè clarius apparuisset, ad condemnationem tamen non procederet, si illud placitum, quod exceptionis verbis contineretur, rite a reo fuisset probatum (2).

Universe igitur, si reus in jure aut nihil actori reponeret, aut *ipso jure* se tutum contenderet, simplex puraque a Praetore dabatur formula; sin vero exceptionis alicujus praesidio sese defenderet, formulae intentioni illius exceptionis mentio subjungebatur.

Ce-

(1) Gajus IV. 119.

(2) Cf. Omnino de toto h. argumento Zimmermann. §. 91. Noodt, de *Jurisd. et imperio*, II. 13. sine.



Ceterum tamen, quae de exceptionum ante L. C. allegandarum necessitate diximus, multas habent cautiones, de quibus ita disputandum erit, ut simul appareat, per eas regulam, quam tradidimus, aliquatenus quidem coarctari, neutiquam vero everti.

Primum quidem notandum est, exceptiones eas, quae adeo cum aequitate bonâque fide cohaerebant, ut iis neglectis, omnia necesse paterent malitiae, dolo et ferocitati (1) (cujusmodi sunt exceptiones *doli, metus, pacti*,) sponte b. f. judiciis infuisse, quippe quorum et civilis et naturalis causa bona fides esset. Hinc exceptionum illa trias vulgo b. f. negotiis *ipso jure inesse* (2), vel in iis *judicis officio cohaerere* (3) dicebatur. Quibus locutionibus docemur, defensiones de dolo, metu, cet., cum alia omnia tum hoc inprimis cum solutione acceptilatione simil. habuisse commune, quod earum allegatio ante L. C. omisa in iudicium commode differretur; reliquae vero exceptiones, quarum aliae spectarent quidem aequitatem, sed tamen salvâ fi-

in

(1) Cf. Heffter., *Observat. ad Gajum*, C. XV. p. 78. C. ic. *de Offic. Ill.* 17. Add. quae diximus, Cap. I. Sect. 2. §. 3.

(2) Vid. L. 3. ff. *de Rescind. emt.* (18. 5.) L. 21. ff. *Sol. matrim. dos.* (24. 3.) L. 84. §. 5. ff. *de Leg. I.* (30.)

(3) Vid. L. 33. ff. *de Hered. petit.* (5. 3.) coll. L. 3. §. 5. ff. *Naut. Caup. Stab.* (4. 9.) Add. Averanius, I. 14. n<sup>o</sup>. 13. Noo dt., *de Jurisd. et Imp.* I. 13. fin. *Vatic. fragm.* §. 94

de negligi posent, aliae vero totae ad publicam comparatae essent utilitatem, haud aliam profecto in b. f. atque in s. j. negotiis obtinuerunt et formam et effectus. — Altera cautio haec est: inveniuntur nempe nonnulla in juris Rom. Corpore placita, ex quibus elici posse videatur, saepe fieri consuevisse, ut, si reus haberet exceptionem probatu facillimam, Praetor nullam formulam conditionali conceptam, statim actionem actori denegaret. At rem paullo diligentius intuentibus ultro apparebit de certis tantum quibusdam ibi sermonem esse exceptionibus, utpote *jurisjurandi*, *SCti Macedon.*, *SCti Vellejani* (1): unde notandi videntur illi V.V.D.D., qui generalem exinde quandam regulam efficere studuerunt (2).

Utut autem est, etiamsi admittamus univarse, Praetori ob quamcumque exceptionem, in continenti a reo probatam, actionem denegare licuisse, hoc nihilominus impedivisse videtur, quominus ea semper usitatisfima fuerit agendi ratio, quam supra

(1) L. 9. §. 5. ff. de *Jurisjur.* (12. 2.) L. 1. de *Scto Macedoniano* (14. 6.) §. penult. Inst. *Quod cum eo qui in al. potest.* (4. 7.) L. 2. §. 1. ff. de *Scto Vellejano* (16. 1.) coll. Hubero ad Tit. Dig. *Quar. rer. act. non datur.*

(2) Vid. Voet, et Huberus ad Dig. Lib. 44. tit. 1. Zimmermann. §. 97. Heffter. ad Gajum, Cap. 23. p. 114. Forsitan huc trahendae omnes illae exceptiones, quae litis contestationem impediebant. Vid. Westenberg, ad tit. Inst. de *Except.* n<sup>o</sup>. 24.

pra indicavi. Nam profecto rarissime et actionis et exceptionis actioni objiciendae tam faciles et expeditae erant probationes, ut tota lis apud Praetorem ad finem perduci posset.

Praeterea, si proprie loquamur, allegata a reo exceptio ad obligationem tollendam non valebat. Hoc enim tum demum obtinebat, cum exceptio in iudicium deducta effecisset, ut reus per absolutoriam iudicis sententiam plene liberaretur. Nam quoties exceptio in iure jam actionem expulisset, lis neutiquam perducebatur ad contestationem, nihilque igitur deferebatur in iudicium, neque ulla reo acquirebatur sententiae auctoritas: unde, si dein actor actionem denuo institueret, neutiquam profecto exceptio rei iudicatae, aut allegatio de actione per iudicium ipso iure sublata reo competeat (1), sed eadem nunc denuo ab eo objicienda erat exceptio, qua antea usus jam fuerat. Quocirca, cum reus, ob cuius exceptionem, utpote probatu facilem, actio proinde in iure actori denegata fuisset, veros exceptionis suae effectus non nancisceretur, proprie etiam actoris actionem excipiendo elidere dici non poterat.

Expositis ita, quaecumque ad jus et Praetorem pertinent, transeamus ad iudicium.

§. 2.

(1) De sententiae aut ipso iure, aut per exceptionem obligationem tollentis discrimine, vid. quae diximus Cap. I. Sect. 2.

§. 3.

D



## §. 2.

II. *In judicio.*

In judicio actoris erat, partes primas agere. Probare scilicet debebat, actionem suam ex ejusmodi ortam fuisse negotio, cui obligandi vis inesset (1). Quod si facere non posset, statim reus absolvebatur; sin vero intentionem suam recte probasset, reus condemnabatur; nisi tamen hic ostenderet, obligationem, ob quam conventus fuisset, novo aliquo facto prorsus denuo extinctam fuisse, aut ob exceptionem effectu destitui oportere. Atque adeo defensionibus illis, quibus ipso jure sese tutum esse contenderet, etiam tum recte utebatur, cum earum in jure nulla mentio facta fuisset; exceptionibus contra illis tantummodo, quas in jure jam allegatas Praetor diserte formulae inferuisset (2). Nam si hae in jure omisae, aut petitae quidem, non vero impetratae fuissent, deinde in judicio frustra opponebantur, quia judici per formulam certi quidam fines erant positi, atque aequitas, quae

(1) Vid. L. 2. ff. *de Probat. et praesumpt.* (22. 3.) L. 23. Cod. eod. (4. 19.)

(2) Itaque simulatque actor actionem sibi summo jure competere probavisset, rei erat, exceptionem velut intentionem implere. Nam in exceptionibus reus revera partibus actoris fungi videbatur. V. L. 19 ff. *de Probat. et praesumpt.* coll. L. 1. ff. *de Except.* (44. 1.)

extra formulam esset, ab eo in censum vocari non poterat. Quocirca reus, dummodo ex stricti juris regulis teneri eum liqueret, quamquam fortasse inique, tamen a iudice condemnandus erat (1). Hinc quoties incertum erat, ipse jure actio finita esset, an per exceptionem infirmanda foret, Romani tutius esse existimabant exceptionem utique in jure impetrare (2); ut scilicet reus, si forte iudici non *ipso jure* tutus esse videretur, provocare saltem posset ad formulam a Praetore insertam. Ceterum quemadmodum ea, quae §. superioris initio memoravi, haud prorsus omni carebant cautione, ita neque ea, quam modo proposui, diversa exceptionum civilisque juris defensionum in ipso iudicio adhibendarum ratio, universe et constanter sic obtinebat, ut dixi. Nempe, ut hoc primum arguam, nonnullae fuere exceptiones, quae licet a Praetore neutiquam impetratae, non solum in iudicio, sed et in ipsa iudicati actione allegari adhuc poterant. Quo imprimis pertinent exceptiones *Scti Macedon.* et *Scti Vellejani* (3), quibus fortasse ideo, quod publicam totae spectarent

(1) Noo dt, *de Jurisd. et Imp.* I. 13. fin. coll. Zimmern, Op. cit. §. 131. L. 18. ff. *de Communi divid.* (10. 3.) ubi Ictus haec habet: *Ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest.*

(2) Vid. L. 34. §. 1. ff. *de Obligat. et Act.* (44. 7.)

(3) Vid. Zimmern, §. 98. coll. L. 11. ff. *de Scto Macedon.* (14. 6.)

utilitatem, plus quam reliquis exceptionibus indultum fit; quod vel inde apparet, quod eae *privilegiatae* vulgo nuncupentur (1).

Porro monet Zimmern. §. 98. eiusmodi exceptiones, quae post litem jam contestatam fuissent exortae, in iudicio et allegari potuisse et probari, testimonio usus Leg. 23. §. 3. *de Condict. indebiti*. Verum tamen contra Vir. Clar. animadvertimus, cum lege istâ neutiquam hoc discretis verbis indicari, tum vero, etiamsi tale quid fortasse ex illius mente elici possit, nihilominus immota manere quae diximus, quod ad eas saltem attinet exceptiones, quae ante litis contestationem jam exortae fuissent, quarum certe longe major numerus eset.

Denique haud levi nos impedit difficultate Gajus, tradens nempe (2), reum, qui peremptoria exceptione usus non sit, in integrum restitui exceptionis recuperandae gratiâ. Facile enim quis ex eo loco conicere possit, neutiquam reorum interfuisse, quas haberent peremptorias exceptiones in jure non allegare, cum scilicet has, licet omisas, deinde tamen per in integrum restitutionem recuperarent. Quae profecto si revera ita sese haberent, vana et irrita forent, quae supra disputavimus. Videamus igitur, quomodo hic scrupulus calcis

exi-

(1) Vid. Zimmern, §. 98

(2) IV. 125.



eximi possit. Fateor, ex quo tempore per in integrum restitutiones rei exceptiones in jure omisfas recuperare potuerunt, valde imminutam esse harum ante litis contestationem allegandarum necessitatem. Attamen fero demum restitutiones in hujusmodi certe causis usu frequentari coepisse, perquam verosimile est (1). Cujus quidem sententiae haec sunt argumenta: primum quidem, quod tales restitutiones ita contrariae sunt juris antiquioris de actione per litis contestationes consumendâ placitis (2), ut non, nisi recentiori aevo, universo jure jam ad mitiorem normam redacto, induci potuisse videantur: deinde vero, quod ex L. 2. Cod. *Sent. resc. non posse* haud incommode conjici possit, Imperatorem Hadrianum, cujus scilicet aetate perpetuum confectum est edictum (3) primum fuisse, qui contra antiqui moris observantiam tale quid induceret. Quocirca forsitan tum demum, cum jam dudum stetissent judicia ordinaria, reis, qui ante contestationem exceptiones suas non allegassent, per restitutiones succurri coeptum sit.

Ceterum tamen vel ipsis illis temporibus, quibus rei exceptionum recuperandarum gratia restitui possent, multum tamen, efficacitatis ratione, exceptio

ri-

(1) Vid. Zimmern, §. 101 initio.

(2) Cf. Keller, *Ueber Litis-Contestation und Urtheil*, §. 8.

(3) Vid. Eutropius, *Epit. Hist. Rom.*, VIII. 9. L. 1. §. 13. *C. de Vet. jure enucleando.* (1. 17.)

rite objecta in iudiciumque deducta differebat ab exceptione omisâ, et per restitutionem adhuc recuperandâ. Atque adeo haud scio, an Gajus, licet univérse ob exceptionem, qua quis usus non fuisset, in integrum restitutionem impetrari potuisse referat, tamen tacite indicare videatur, ad hanc quoque restitutionem ea requiri, quae ad univérfas pertinerent restitutiones. Quod si verum est, ultro patet, Gajum eos tantum cogitasse reos, qui in errore versantes, exceptiones sibi competentes non adhibuissent. Etenim quominus illos, qui scientes et volentes id omisissent, huc trahamus, vetat Ulpianus, dicens: *Scienti non subvenit (sc. Praetor per restitutionem in integrum) merito: quoniam ipse se decepit* (1), quominus denique eos intelligamus, qui ob negligentiam defensione suâ usi non essent, impedit idem Ulpianus, haec nempe monendo: *Sub hoc titulo (i. e. per in J. R.) plurifariam Praetor hominibus vel lapsis, vel circumscriptis subvenit, sive metu, sive calliditate, sive aetate, sive absentia inciderint in captionem* (2). Negligentiae igitur nullam faciendo mentionem, satis innuere videtur Jctus, Praetorem ea, quae rei incuria deteriora facta fuissent, in aequiorem statum nunquam restituisse. Denique, ne univérsum quidem error exceptionis restitutioni locum dedisse vide-

(1) Vid. L. 1. §. 6 ff. *Quod falso tut.* (7. 6.)

(2) L. 1. ff. *De in integr. restit.* (4. 1.)

detur, sed is tantum, quem *causâ cognitâ*, Praetor justum duceret (1).

Postremo tenendum est, restitutiones in integrum, etsi justa iis subeset causa, hoc tamen adhuc habuisse incommodum, quod tempus iis fere praestitutum esset, intra quod impetrari deberent; quo utique exacto incasum reus Praetorem, ut sibi exceptionem restitueret, orasset (2).

Jam si tot tantisque difficultatibus restitutiones, exceptionis recuperandae gratiâ impetrandae, impediuntur, reorum profecto maximi intererat, restitutionis spei non nimis confidere, sed exceptiones suas rite justoque tempore ante litis contestationem allegare.

### §. 3.

#### III. *Post sententiam judicis.*

Ad sententiam usque jam litem perduximus. Quaeri potest, an et post sententiam aliquod remanserit distinctionis nostrae momentum?

Quodsi reus absolutus fuisset, nihil sane intererat, utrum *ipso jure*, an *per exceptionem* superior eva-

(1) Scilicet Praetor nunquam, nisi causa cognitâ, ut scilicet ejus justitiam examinaret, in integrum restituebat, ceu patet ex L. 3. eod. Cf. et L. 2. eod. Zimmern, §. 102.

(2) Zimmern, §. 107. Glück, *de via petendae rest. in integrum*, Cap. 3. in opusc. Tom. IV. p. 3. Unterholzner, *Verjährungslehre*, Bd. 2. Sect. 1—20.



evasisset (1). Nam exceptionem, in iudicium semel deductam riteque probatam, haud minus quam modum obligationis *ipso jure* tollendae effecisse, ut in perpetuum reus liberaretur, saepius jam animadverti. Sin vero condemnatus fuisset reus, ob defensionem justo tempore non allegatam, an tum etiam perinde erat, utrum ipso jure, an vero exceptione tantum tutus, defensionem suam rite non adhibuisset?

Forfitan reus, ipso jure tutus, modum illum, quo tutus erat, etiam post sententiam allegare poterit, qui vero exceptione tantum, non item. Est haecce Voetii sententia, veraeque distinctionis nostrae rationi apprime congruens. Nam cum modus obligationis *ipso jure* tollendae statim omnem extingueret actionem (1), sane sententia ea, qua quis ob talem actionem condemnaretur, utpote causa fundamentoque carens, proprie nullius momenti esse debebat. Sed an reapse Romae ita juris erat? Nam solius quidem Voetii (3) auctoritate, illud affirmare non ausim, cum scilicet vir. celeb. nullis omnino testimoniis aut argumentis sententiam suam confirmaverit. Mihi quidem res ita expedienda videtur. Jure Romano sententia semel lata

(1) Secundum Lég. 112 ff. *Reg. juris* Cf. quae diximus initio hujus sectionis.

(2) Vid. Introductio, ad finem.

(3) *Ad Pand.* XLIV. n<sup>o</sup>. 1.

ta tum demum non valebat, si expressim contra juris rigorem data fuisset, scilicet si specialiter contra Leges vel SCTa vel Constitutionem fuisset prolata (1); quod sane toties fiebat, quoties judex de jure Constitutionis aut Legis aut SCTi, non de jure litigatoris pronuntiasset (2). Quod si igitur ex gr. judex, reum, licet solutionem allegantem, nihilominus condemnaret, dicens eum, qui obligationem aliquam solutione sustulisset, absolvi non oportere, talis profecto sententia, utpote juri civili expressim contraria, valere non poterat. Sed si ipse reus defensionem suam non protulisset, haud credo, sententiam contra eum latam, per leges citatas non valuisse. Imo prorsus contrarium affirmare videtur JCTus in L. 4. ff. de Re judic. (42. 1.) ubi ait: „ Sub specie novorum instrumentorum pos-  
 „ tea repertorum res judicatas instaurari, exem-  
 „ plo grave est.” — Ex hoc enim loco effici posse videtur, solutionem, ante sententiam non probatam, deinceps, si nova aliqua ejus probandae opportunitas exorta sit, inventa v. g. apochâ quae amisâ fuerat, frustra actori objici.

Etiam si igitur fortasse non tanta fuerit modorum obligationem ipso jure tollentium efficacitas, ut vel non allegati sententiam tamen condemnatoriam everterent sive retro nullam redderent; illi tamen aliâ quâ

ra-

(1) L. 19. ff. de Appellat. (49. 1.)

(2) L. 1. §. 2. ff. Quae sent. sine appellat. rescind. (49. 8)

ratione, etiam post sententiam, reis aliquam praestitisse videntur utilitatem. Atque adeo haud nobis displicet sententia Huberi (1), statuentis, eum qui solvisset (aut alio quo legitimo modo rite ab obligatione liberatus fuisset) si conventus iterum condemnatus fuisset, repertâ deinceps apochâ (aliove quo obligationis verè extinctae argumento) eum repetere potuisse, quod solvisset, non *condictione indebiti*, (quia quod solutum fuisset, deberetur ex sententia) sed *condictione sine causa*. Quae quidem sententia Huberi non parum repetit adjumenti ex L. 2. ff. *De condict. sine causa* (12. 7.), ubi causa fere similis describitur.

Universe igitur mihi videtur illi, qui *ipso* licet *jure* tutus condemnatus fuisset, deinde aliqua cujuscumque tandem nominis competiisse conditio, quâ id quod quasi bis solvisset, repeteret, licet tamen hocce ad eum non videatur extendendum, qui plenâ voluntate defensionem suam omisisset, quippe qui potius donare, quam ratione sublatae jam obligationis condemnari videretur (2).

Haec de modis obligationis ipso jure tollendae: videamus jam, an exceptiones, ad sententiam usque omisfae, itidem deinceps aliquid valuerint? Nonnullas

(1) Vid. Huberus, *Praelect. Jur. Rom. et Hod.* ad L. XLII. 1. n<sup>o</sup>. 47.

(2) Vid. L. 82. ff. *de Reg. juris*, coll. L. 53. eod.



las fuisse exceptiones, quae ob specialem favorem in ipsa rei judicatae executione recte adhuc opponerentur, supra jam vidimus (1). Quid autem de reliquis exceptionibus existimandum?

Puto equidem, nullam omnino istas post sententiam retinuisse efficacitatem.

Nam conditionem quidem tum reo non competiisse, ipsa exceptionum natura docet. Etenim cum exceptio neutiquam ipsam everteret obligationem, sed tantum ob aequitatem rei condemnationem impediret, dummodo allegaretur justo tempore, sequitur, eam, non allegatam, omni statim excidisse effectum. Neque sane hac in causa vulgo reo per extraordinarium restitutionis auxilium succurri consuevisse, vel exinde patet, quod hoc tamquam peculiare quoddam beneficium militibus minoribusque concessum sit (2). Nemo autem nobis objiciat L. 2. Cod. *Sent. resc. non posse*, (7. 50.) de qua, utpote ad extraordinarium iudicium referenda, quid existimandum sit, suo loco videbimus (3).

Ex his, quae dixi, jam efficitur, modos solvenda

(1) §. nempe superiori. His fortasse etiam addi possunt exceptiones, quarum causa post sententiam demum exorta fit. Vid. Zimmern, §. 98. coll. §. 139.

(2) L. 36. ff. *De Minoribus* (4. 4.) L. 1. C. *de Jur. et facto ignor.* (1. 18.) coll. Zimmern, §. 98.

(3) Vid. hujus Cap. Sect. III.

dae obligationis ipso jure etiam fere post rei condemnationem plerumque vires adhuc retinuisse, cum contra, exceptiones non allegatae non, nisi in certis peculiaribusque causis, post sententiam aliquid efficacitatis retinerent.

## B.

*De distinctionis effectibus, ratione ipsius obligationis efficacitatis.*

Quemadmodum supra exposuimus, quantum formae quidem ratione differret, utrum quis ipso jure tutus esset, an exceptionis auxilio; ita nunc potissimum id agendum est, ut rite perspectum nobis habeamus, an etiam ipsius obligationis efficacitatis ratione distinctio illa quid valuerit, i. e. an etiam, in ipsius obligationis vi et efficacia extinguendis, diversa fuerint modorum obligationis *ipso jure* tollendae et exceptionum momenta, et quinam exinde exorti sint effectus?

Veram distinctionis nostrae naturam universorumque effectuum exinde repetendorum fundamentum Clar. v. L ö h r breviter quidem, sed tamen elegantissime descripsit, hac usus comparatione.

Quemadmodum litterae, quae aquâ, aequae atque illae, quae atramento quodam oculos latenti scriptae sunt, nunc quidem legi nequeunt, sic-

ti porro abluta haud minus quam abrafa membrana nihil nunc continet, quod oculis percipi possit; sed tamen maximae in hisce orientur diversitates, simulatque et scriptura occulta et scriptura, quae per abluitionem visui erepta fuit, remediis quibusdam ex chemia petitis in lucem revocatae fuerint: — ita et nostra distinctio comparata est. Etenim quaecumque obligatio ab initio nullius fuit momenti, nullo omnino modo umquam reviviscet; cum contra ea, quae per *exceptionem* aut jam inde ab initio aut deinceps infirmata est, nunc quidem etiam non plane est efficax, verum aliquando, exceptionis jugo excusso, prorsus instaurari poterit. (1).

Nimirum omnes illi modi, qui *ipso jure* valere dicebantur, (de iis autem fermo tantum erit, quibus obligatio rite constituta everteretur; nam causae, ob quas saepe negotia ultro nulla erant, ad nostrum argumentum non pertinent) tanta praediti erant vi et auctoritate, ut ipso temporis momento, quo obtinere coepissent, obligationes penitus extinguerent, omnemque earum substantiam et momentum in perpetuum everterent; unde et ipsae actiones, quas illae in sese complecterentur, simul et semel cum ipsis corruerent (2). In exceptionibus

con-

(1) Vid. v. L. öhr, Op. cit. II p. 147 seq.

(1) Vid. Huberus, *Prælect. jur. civilis ad tit. Inst. Quibus modis toll. oblig. n.º. 1.* coll. quae diximus Introd. in fine. Adde L. 11. ff. *de Compensat.* (16. 2.)



contra seculum obtinebat. Scilicet quaecumque obligatio per exceptionem aliquam efficacitate destituebatur, illa sane neutiquam peribat, verum in torporem tantum quemdam incidebat (1), ex quo multis modis excitari denuo poterat, quorum praecipui erant,

1°. *Reorum expresa voluntas sive remissio.*

2°. *Reorum negligentia et ignorantia.*

3°. *Pacta aliaque causae, quibus exceptionum vis infirmaretur (2).*

De hisce autem modis, utpote praecipuis nostrae distinctionis effectibus, deinceps ita de industria disputabimus, ut simul appareat, per singulos istos modos, obligationem ipso jure sublatam nunquam; eam vero, quae per exceptionem periri posset, optime restitui potuisse. Denique, summum hocce principium, ex quo obligatione ipso jure sublata, etiam actio omnis ea comprehensa corrucet, ut *deberi* omnino desineret; obligatione contra per exceptionem infirmata, actionis tantum effectus vinculis devinciretur, ipsum vero debitum neutiquam interiret, egregios in toto juris Romani ambitu peperit effectus, quos omnes sane referre non possum. Illas tamen ejusdem juris partes in examen vocabo, in

(1) Vid. Huberus, l. c. coll. Gajo IV. 116. Add. Zimmermann, §. 91. p. 284. med.

(2) Vid. v. Löhr, loc. cit.

in quibus apprimè distinctionis nostrae efficacitas emicabit. Sunt autem hae:

- 4<sup>o</sup>. *Compensatio.*
- 5<sup>o</sup>. *Variæ obligationum accessiones v. g. usurarum obligatio.*
- 6<sup>o</sup>. *Obligaciones, cautionis causâ aliis adjectae obligationibus.*
- 7<sup>o</sup>. *Condictio indebiti.*

§. I.

I. *De distinctionis effectu, ratione reorum voluntatis, sive remissionis.*

Universe quicumque obligatione aliquâ ipso jure liberatus erat, is, etiam si quam maxime illud vellet, ejus tamen obligationis jus instaurare non poterat; qui vero exceptioni, qua tutum sese esse sciret, de industria renuntiasset, is proinde creditori et jus et actionem integra restituebat (1). Scilicet ad modos obligationis ipso jure tollendae quod attinet, erat quidem in rei arbitrio, velletne ejusmodi naturalem, civilemve obligationis interitum, verum semel admisus adhibitusque obligationis ipso jure tollendae modus nullo amplius modo ab eo ita efficacitate destitui poterat, ut obligatio refuscitaretur (2). Nam profecto id, quod

(1) Vid. v. Löhr, 1.1.

(2) Vid. L. 76. ff. de Solut. et Liberat. (46. 3.) coll. L. 27. §. 2. et 3. ff. de Pactis. (2. 14.)

quod semel factum est, infectum deinde reddi non potest.

Quodsi igitur quis, licet ipso jure liberatus, pristino creditori promiserit, sese nihilominus, si iterum ob eam causam in jus vocetur, defensione sua non usurum, eum quidem neutiquam ita de novo obligari, cum rei ratio docet, tum usitata in Romanis judiciis litigandi ratio egregie confirmat. Nam v. gr. si Titius Maevio, cujus quidem stipulationi solutione plene jam satisfactum est, deinde tamen pollicetur, sese in judicio non allegaturum, obligationem ipso jure sublatam esse: dein Maevius Titium convenit actione ex stipulatu, hic vero promissionem suam non curans competenti sibi utitur defensione: Num jam Maevius efficere potest, ut reus nihilominus condemnatur, ob pactionem scilicet? Num *replicatione* pacti utetur? Sed cum actor non exceptionem, sed modum *ipso jure* valentem alleget, reo profecto nulla competet replicatio, quippe quae sit exceptionis exceptio (1). — Num alia qua via defensionis remissionem allegare poterit? Minime. — Nam simulatque reus idonee sese ipso jure tutum esse

(1) Exceptionem semper praecedere oportere replicationem manifestum est ex Gajo, IV. 26. princ. *Inst. de Replicat.* (IV. 14.); porro ex. L. 22. ff. *de Except.* (44. 1.) L. 48. ff. *de Procuratoribus* (3. 3.) L. 21. §. 1. ff. *de Pignoribus* (20. 1.) denique ex aliis locis bene multis.



probaverit, statim fieri debet absolutio, nulla alia relictâ actori allegatione.

Quid autem juris erit, si Titius, fidem servare volens, in judicio sese non defendat, ita ut judex eum revera obligatum esse putans condemnaverit (1)? — Tum scilicet ipsa quidem quae olim extincta fuit obligatio nunc non reviviscit. Hoc enim fieri non potest; sed potius dicendum est, hoc casu, reo non relinqui conditionem, quandoquidem de industria defensione suâ non usus donare videatur illud, quod ei deinceps ex causâ judicati solvendum erit.

Quod ad exceptiones, quae quasi quaedam essent *beneficia*, sive jura; quae ex edicti sui vi reis sese concessurum esse Praetor promitteret (2), sponte intelligitur, in eas vulgares convenire juris regulas: *Omnes licentiam habere, his, quae pro se intro-*

(1) Nam recte tenendum, nequiquam hanc fuisse in odium obl. i. j. toll. legem, ut, etiamsi rei illis non uterentur, condemnari tamen non possent; ut putat Huberus in Resp. ad Schol. Thomafii, in n<sup>o</sup>. 5. *Praelect. ad jus civ. Tit. ff. de Conduct. ob turp. vel inj. causam.* Vid. Thomafius, eo Scholio. Zimmern. §. 92. med. Licet tamen judex, si ex iis, quae ab utroque litigante in medium afferantur, forte comperiat, obligationem sublatam esse, etiam sine diserta allegatione, reum absolvere potuisse videatur. Vid. Zimmern, l. 1.

(2) Vid. Introd. — Cap. I. Sect. 2. §. 1, 3. — Cap. II. Sect. 2. initio, et §. 1.

*troducta sunt, renuntiare (1). Invito beneficium non dari (2). Jam si exceptionibus renuntiare reus jure potest, profecto etiam efficaciter obligatur, si actori exceptione se non usurum esse promittat; secus atque in modis obligationis i. j. tollendae fieri vidimus; unde si nihilominus reus exceptione sua utatur, utiliter ei ab actore denuo objicietur hujusmodi quaedam replicatio: *Ni conventum sit, ne adhiberetur exceptio.**

Hoc quidem eo tempore, quo per *in integrum* restitutiones exceptiones nondum recuperarentur, indubitati juris fuit; sed, postquam istud remedium in hujusmodi causis adhiberi coepit, neutiquam tamen profuisse videtur iis, qui donandi quasi animo et dedita opera exceptionis auxilium repudiarunt (3).

(1) Vid. L. 29. Cod. *de Pactis* (2. 3.). Quamvis autem illa Lex ad Justiniani proprie pertineat aetatem, magis tamen antiqui juris confirmandi, quam novi inducendi causa lata esse videtur, cum scilicet regula ea, ad quam ea tota informata est, an iquitatem redoleat.

(2) L. 69. ff. *de Reg. juris*, cf. omnino Voet, ad Pand. Lib. XLIV. 1. n<sup>o</sup>. 3.

(3) Vid. hujus Sect. L. A. §. 3.

## §. 2.

## II. De distinctionis effectu, ratione reorum negligentiae et ignorantiae.

De negligentia idem fere dicendum, quod de expressa reorum voluntate §. superiori jinit. monuimus. Etenim ad modos quidem obligationis *ipso jure* tollendae quod attinet, profecto ratiocinio a fortiori petito, statuendum videtur, illud, quod quis ne diserta quidem voluntate resuscitare possit, negligentia et incuria neutiquam profecto restitu posse. Quocirca non solum ejusmodi negligentia, per quam modus, quo quis *ipso jure* tutus erat, ante Lit. Cont. allegatus non fuisset, reo neutiquam nocebat (1), verum etiam, si reus. ad sententiam usque, ita ejusmodi defensionem omisisset ut secuta esset condemnatio, illi sane competebat conditio qua solutum repetere posset. Namque, cum non consulto, sed incuriâ suâ non usus sit defensione, donasse quidem neutiquam videtur (2).

Quoties autem exceptione tantum quis tutus erat, res longe aliter sese habebat. Nam cum antiquiori aetate exceptio in jure omisâ, incasum deinde desiderabatur; tum vel Gaji tempore exceptio, initio litis non objecta, deinde per in integrum

(1) Vid. Sect. hujus, L. A. §. 2.

(2) Vid. hujusce, Sect. L. A. §. 3.



grum restitutionem reo reddi non potuisse videtur, si reus ob negligentiam ea usus non esset. Quae enim causa esse potuerit, cur Praetor jura illa, quorum amissionem negligentiores homines sibi ipsi deberent, unquam iis restituere vellet (1.)?

Videamus de ignorantia, quae nempe cum haud ita praecipuum praebeat distinctionis nostrae effectum, peculiari §. a nobis considerata esse non videbatur.

Ratione ignorantiae imprimis nobis duae periodi distinguendae sunt; altera nempe continens antiquiorem aetatis formulariae partem, altera vero ad ea pertinens tempora, quibus in integrum restitutio usu jam frequentabatur.

Quod ad priorem attinet periodum: meâ quidem sententiâ statuendum videtur, si modi obligationis tollendae *ipso jure* per errorem non allegati essent, nihil tamen id nocuisse reo (2); contra vero exceptiones, quacumque tandem de causa ante Litis contestationem omisissas, deinceps opponi non amplius potuisse. Antiquiores enim Romani haud facile iis, qui forma peccassent, succurrere solebant:

ne.

(1) Vid. hujus, Sect. L. A. §. 3.

(2) Argumento scilicet denuo a *fortiori* (ut ajunt Logici) petito. Hujusmodi autem erroris, in modis tollendae obligationis *ipso jure*, illud fit exemplo, cum debitor, quem alius quis solutione ignorantem liberaverat, nihilominus a pristino creditore conventus, allegationem de obligatione *ipso jure* sublata, justa sane ignorantia deceptus actori non objecisset. Cf. princ. Inst. *Quib. mod. toll. oblig.* Gajus, in L. 53. ff. *de Solut.*

neque sane illud poterant, quamdiu nulla adhuc a Praetore concessa fuerat exceptionis recuperandae causa in integrum restitutio. Quum autem haec concedi coepit, ignorantiae sane ratione magno-  
 pere imminutus est distinctionis nostrae effec-  
 tus, licet tamen illa haec vestigia reliquisse vi-  
 deatur: 1°. ut reus, qui exceptione sese tueri  
 posset, non ultra judicis sententiam a Praetore ju-  
 varetur, qui vero *ipso jure* debere desisset, is vel  
 post sententiam per conditionem illud, quod bis  
 solvisset, repetere posset (1); 2°. quod illa in in-  
 tegrum restitutio multis impedita esset difficulta-  
 tibus (2), conditio vero facillime procederet;  
 3°. denique, quod (licet tamen neququam constet)  
 fortasse, obligatione *ipso jure* sublata, quivis error  
 ad conditionem prodesset; in exceptionibus tum  
 demum restitutio concederetur, si ignorantia non su-  
 pina esset neque nimis negligentis hominis (3).

liber? §. 3.

III. *De pactis contrariis aliisque causis, qui-  
 bus obligatio exceptione infirmata revivis-  
 cere poterat, obligatio vero ipso jure  
 sublata non item.*

Quemadmodum superioribus §. §. jam ostendi-  
 mus, quatenus per reos effici potuerit, ut excep-  
 tio.

(1) Vid. hujus, Sect. L. A. §. 3.

(2) Vid. hujus, Sect. L. A. §. 2.

(3) Cf. L. 3. §. 1. L. 6. L. 9. §. 2. ff. eod.

tionis vi sublata obligatio omnem recuperaret efficacitatem, cum contra obligatio *ipso jure* sublata nullâ rei, neque voluntate, neque negligentia, neque ignorantia instaurari posset; ita jam accingere nos oportet ad *diversam* pactorum, aliorumque momentorum efficaciam, in utroque genere obligationis tollendae modorum, exponendam. Videamus igitur primum de pactis, de quibus supra verbo jam diximus (1).

Uti autem ibi illud quod ipsa juris potestate extinctum fit, rei remissione non restitui posse ostendi, ita universe nunc dicendum, illud nulla omnino *partium conventionione* in vitam revocari posse, ob easdem causas quas eodem loco tradidi (2). Atque hoc adeo ad illas etiam pertinet actiones, quae nudâ pactione sublatae essent, siquidem illae ejus essent generis, ut jus civile eas pacto ipso jure toll. juberet; quales sunt actiones *furti injuriaeque* (3) et quivis denique contractus consensu constantes. Quodsi igitur post sublatas pacto hujusmodi actiones, postea pacisceretur actor, ut agere posset, inefficax sane illud pactum erat ad actionem parandam. Non enim ex pacto injuriarum furtique actiones oriebantur.

(1) §. Nempe hujus Sectionis, L. B. §. 1.

(2) Cf. omnino quae diximus hujus Sect. L. B. §. 1. coll. L. 75. ff. *de solut.* (46. 3.)

(3) Vid. L. 6. L. 7. §. 14. ext. L. 27 §. 3. ff. *de Pactis* (2. 14.)



bantur, sed, ex contumeliâ damnoque dato (1). Neque etiam reviviscere poterant negotia consensualia, contrario consensu semel extincta (2), praesertim cum contrarius hujusmodi consensus aequè atque consensus ille, ex quo enata fuerat obligatio, proprie pactum non esset, sed civilem prorsus haberet causam, ex regulâ, *omnia eodem modo dissolvi, quo sint colligata* (3).

Alia omnia obtinebant, quotiescumque obligatio aliqua exceptionis onere opprimeretur. Hujusmodi enim obligatio interveniente pacto vires suas recuperabat, non quidem *ipso jure*, i. e. ut in plenum vigorem restitueretur (4), sed tamen ita, ut ab actore penderet, velletne replicatione pacti adhibita actorem exceptione sua utentem elidere, atque hac via actionem suam integram recuperare.

Duplici autem formâ replicatio ea concipiebatur, prouti aut *exceptione pacti de non petendo*, aut alia quavis exceptione obligatio antea infirmata fuisset. Nam si ex gr. quis mecum pactus est, ne pecuniam, quam mihi debet, ab eo petam, noc-

(1) Vid. L. 27. §. 3. cit.

(2) Vid. §. 4. Inst. *Quib. mod. toll. obl.* L. 3. L. 5. §. 1. ff. *de Rescind. vendit.* (18. 5.)

(3) Vid. L. 35. ff. *de Regulis juris*: coll. quae diximus in *Introduct.* ad hujus Sect. L. B. initio.

(4) Vid. L. 27. §. 2. *de Pacti.*

bit mihi agenti exceptio conventionis. Verum si post prius illud pactum in contrarium paciscamur, ut scilicet omnino mihi petere liceat, iniquum sane erit, me excludi exceptione. Quam ob rem tum mihi dabitur replicatio ex posteriore pacto, ita concepta: *Si non postea convenerit, ut eam pecuniam petere liceret* (1).

Quod si vero alia quaecumque exceptio actori obstaret, poterat illa excludi per replicationem illam reo objectam: *Si non convenerit, ut exceptione tibi competenti non uteris* (2).

At non solum hoc nomine obligationis *ipso jure* sublatae ab iis, quae per exceptionem tantum elidi possent, differebant, quod exceptiones aut rei remissione, vel negligentia, vel ignorantia, aut partium conventionem infirmari possent; modi contra obligationis *ipso jure* tollendae numquam ita retro infecti redderentur; verum et ulterius distinctio- nis nostrae efficacitas progrediebatur, cum scilicet saepe etiam exceptiones, non partium quidem aliquo facto, verum propterea quod earum et causa et fundamentum penitus evanuerant, aut sponte, aut per replicationes omni destituerentur momento. Hujusmodi quid, si *ipso jure* actio finita esset, haud fieri potuisse, vix opus est ut dicam. Obligationem enim semel *ipso jure* extinctam qua-  
quam

(1) Vid. Gajus, IV. 126. pr. Inst. de Replicat. (4. 14.)

(2) De hac replicatione cf. quae monuimus supra, §. 1.

quam ratione restitui, juris Romani principiis prorsus contrarium erat, ut saepius jam monui (1).

Una tamen causa erat, qua, licet funditus extincta obligatione, non prorsus tamen omni jure excidebat actor (2): si nempe debitor pecuniae summam, quam creditor accipere recusasset, consignatione factâ deposuisset, eandemque dein ipse reciperet. Tum scilicet utilis actio creditori a Praetore dabatur (3). Verumtamen recte notandum, in hac ipsa causâ non adeo obligationem semel sublatam instaurari, sed potius alicui per praetoriam actionem succurri, ne scilicet alter cum ipsius damno fieret locupletior (4).

Jam videamus, quibus modis saepe obligatio exceptione infirmata revivisceret, propterea quod exceptioni causa sublata esset.

Illae quidem exceptiones, quae solam spectabant aequitatem (5), ita haud facile tollebantur, cum perpetua fere earum causa esset. Namque *dolus* aut *metus*, qui semel negotio alicui ansam prae-

(1) Vid. hujus, Sect. L. B. init. coll. I. 66. §. 1. ff. *de Legatis* II. L. 83. §. 5. ff. *de Verb. obligat.* (45. 1.)

(2) De hac re vid. Noodt, *de Foenore et Usuris*, Lib. III. C. 15. in ejus Oper. p. 216, 217. Huc fortasse etiam respexit v. L öhr, Op. cit. I. c. p. 148.

(3) Vid. L. 19. C. *de Usuris* (4. 32) L. 7. ff. *de Usuris*, (22. 1.) coll. Noodt, I. c.

(4) Quod prohibetur, L. 206. ff. *de Reg. juris*.

(5) Vid. Cap. I, Sect. 2. §. 3.



buisent, perpetuo valebant ad exceptionem pariendam. Tamen vel ex harum exceptionum numero, *pecuniae non numeratae* exceptio h. l. ad nostrum argumentum facere videtur, cum scilicet putaverim, stipulationem credendi causa contractam per exceptionem elidi quidem posse, quamdiu pecunia numerata non sit (1), sed plenum tamen eam recuperaturam vigorem, simulatque numeratio revera peracta erit. Praecipue autem ob causam sublatam illae cadere poterant exceptiones, quae praetorii juris confirmandi gratia inductae erant (2). Nimirum, cum harum quidem hoc maxime esset consilium, ut ei, cui aliqua jure *civili* competeret conditio, alio eandem obtinente conditionem, jure *praetorio* omnia auferrentur actiones et officia ex conditione ea civili orta; profecto cessante illa conditione praetoria, exceptiones quoque cum ea cohaerentes proinde corruebant. Exemplis, age rem illustremus. Nimirum (ut hoc primum arguam) fideicommissaria quidem hereditas nullam omnino habuisset utilitatem, si heres fiduciarius directis iis juris civilis actionibus, quae ei et contra eum competere, efficaciter cum agere et convenire, tum conveniri potuisset. Quas tamen actiones cum Praetor vi jurisdictionis suae tollere haud posset, illas remedio exceptionum adhibito infirmabat saltem effectuque

pri-

(1) Vid. Gajus, IV. 116. §. 2. *Inst. de Except.* (4. 13.)

(2) Vid. Cap. I. Sect. 2. §. 3.

privabat (1). Ipsae autem hae exceptiones haud diutius consistere poterant, quam ipsa fideicommissi, ob quod inductae erant, causa superesset, quâ cessante, earum etiam usus tollebatur (2); non quidem *per replicationem*, ut perperam putat v. L ö h r, sed *ipso jure*. Etenim sponte et ultro reviviscebant omnes heredem inter hereditariosque creditores ac debitores exstantes obligationes, simulatque fideicommissario herede remoto, fiduciarius heres in omne jus et vitium defuncti restitueretur.

Quod dixi *de fideicommissaria hereditate*, in *bonorum* etiam *possessionem* convenit. Etenim quando alicui a Praetore bonorum possessio data esset, ita tamen ille, qui aut testamento aut XII tabulis legitimo jure vocabatur, heres esse non desinebat, ideoque omnes actiones hereditariae ei et contra eum *ipso jure* competere pergebant. Caute tamen in hac etiam causâ Praetor exceptionibus et heredi et contra eum debitoribus hereditariis tribuendis efficere solebat, ut omnia commoda et incommoda ex hereditate oriunda solum spectarent bonorum possessorem (3). Neque tamen diutius illarum

ex-

(1) L. 1. §. 4. L. 27. §. 7. L. 55. pr. ff. *ad Sct. Trebellianum*. (36. 1.) Cf. et quae dixi, Cap. I. Sect. 2. §. 3.

(2) Vid. v. L ö h r., *Magazin für Rechtswissenschaft und Gesetzgebung*. Tom. III. *Neues Magazin*, cet. Tom. I. p. 225.

(3) Vid. L. 15. ff. *de Bon poss. contra Tab.* (37. 4.) Collat.

exceptionum vis obtinebat, quam ipsum vigeret bonorum possessoris jus. Quotiescunque igitur bonorum possessio omittebatur vel repudiabatur (1), vel aliis momentis intercidebat (2), plenum denuo obligationes, inter heredem juris civilis atque illos, qui hereditati aut deberent aut crederent, *ipso jure* constitutae, effectum recuperabant (3). Quapropter agenti postea aut convento heredi nulla amplius obstabat aut proderat exceptio.

Jam satis diu versati esse nobis videmur in exponendo praecipuo isto distinctionis nostrae effectum, per quem obligatio semel *ipso jure* extincta numquam amplius restitueretur; ea vero, quae per exceptionem tantum infirmaretur, totidem modis plenam efficacitatem recuperare posset, quot modis ipsa reo excidere poterat exceptio. Animus jam est, hujusce summi principii efficacitatem in nonnullis juris Romani partibus, in quibus illud imprimis emicat, examinare.

#### §. 4.

L. Mos. et Rom. 16 §. 3. L. 25. ff. de Bonis libert. (38. 2.)

L. 15. ff. de Obligat. et act. (44. 7.)

(1) L. 2. de Except. rei jud. (44. 2.) L. 15. ff. de Oblig. et act. (44. 7.) L. 2. ff. Si tab. test. null. (38. 6.)

(2) Exempla sunt in L. 11. pr. ff. de Bon. posses. contra tab. (37. 4.) L. 5. pr. ff. de Bon. poss. sec. tab. (37. 11.)

(3) Cf. Lohr, Magazin für Rechtsw. cet. 1.1. p. 297. 199.



## §. 4.

IV. *De distinctionis effectu, ratione compensationis.*

Quoties obligatio aliqua *ipso jure* sublata fit, eam ad compensationem non amplius valere posse, ultro patet (1). Si enim ex gr. Titius centum aureos debuit Maevio, sed per *acceptilationem*, aut *solutionem* liberatus est, omne profecto perit Titii debitum: unde, si postea Maevius invicem Titio centum debere coeperit, nulli sane *debiti* (utpote jam dudum extincti) et *crediti contributioni* locus esse potest (2).

Quid autem juris erit, si debitum non ipso jure extinctum fit, sed exceptione aliqua infirmetur? An tunc compensatio obtinebit, quandoquidem summo jure adhuc et obligatio et actio vigent? Sed obstat Javolenus Jctus, disertis verbis monens: *quaecumque per exceptionem perimantur, ea in compensationem non venire*. An igitur omne in hoc genere inter obligationem *ipso jure* sublatam, et *per exceptionem* infirmandam negandum est discrimen? Minime. Nam quamdiu qui-

(1) Cf. §. superior.

(2) Nihil aliud esse compensationem quam hujusmodi contributionem patet ex Modestini definitione, L. 1. ff. *de Compensat.* (16. 2.) tradita.

quidem obligatio exceptionis onere opprimitur, nulla fit compensatio, secundum Jctum L. 14. cit. verumtamen simulatque ea exceptio per aliquem istorum modorum, quos supra exposui (1), corruerit, tum sane et obligatio, quam exceptio aliquamdiu infirmaverat, plene reviviscet et simul, compensationi locus esse incipiet. Quodsi igitur Titius non ipso quidem jure officio solvendi liberatus, sed cum adversario pactus est, *ne a se peteretur*, tunc quidem compensatio nulla fit, sed statim fieri coepit, ubi Titius et Maevius in contrarium paciscendo, ut nempe omnino a Titio peteretur, exceptionem pacti per replicationem pacti contrarii infirmaverint. Sed forte objiciat quis, harum replicationum eam non esse posse efficacitatem, ut statim admittant compensationem, cum scilicet exceptio neque pacto contrario neque remissione *ipso jure* tollatur (2), quandoquidem ipsae replicationes invicem per *duplicaciones* ita everti possint, ut exceptiones statim reviviscant, unde locus denuo foret isti Javoleni Jcti effato, quo interdicitur, ne obligatio ea, quae exceptione infirmari possit, vocetur in compensationem, quandoquidem vere per exceptionem infirmari *posse* dicitur obligatio illa, quae

du-

(1) §§. nempe 1, 2 et 3. hujus Sect. sub. L. B,

(2) VI L. 27. §. 2. ff. de Pactis. (c. 14.)

duplicatione ad eam revertetur conditionem, in quâ versata erat ante ortam replicationem.

Vera sunt, sic argui contra nos possunt. Verumtamen etiamsi aliquid concedamus, neutiquam tamen sic cessabit distinctionis nostrae ratione compensationis efficacitas. Nimirum licet fortasse replicatio exceptionis elidendae causâ interposita nihil valeat ad obligationem in compensationem vocandam, ob causas ab adversario allegatas, tamen tum saltem cum exceptio ita perierit, ut nulla ratione a reo recuperari possit, statim compensatio obtinebit, quia tunc quidem certissimi juris est, reum, utpote nulla amplius tutum exceptione, et civili et praetorio jure adversario obligatum esse incipere, atque omni proinde adversarium ob illa, quae hic invicem ipsi debeat, conveniendi jure excidere. Sed revertamur ad exemplum istud, quod supra jam proposuimus. Itaque Titius et Maevius ipso illo pacto, ut omnino petatur, fortasse compensationi locum praebere non possunt, sed tum certe, cum Titius ob Maevii replicationem a iudice condemnatus fuerit, exceptio illa, qua olim reus tutus fuit, nihil amplius obstabit crediti debitique contributioni quae utique universe, simulatque exceptio penitus ipsoque jure reo exciderit, statim fieri videtur.

Itaque ex his, quae de compensatione monuimus, hanc jam eliciamus conclusionem, quod debitum quidem *ipso jure* sublatum numquam amplius



plius compenfetur; cum contra id, quod per exceptionem tantum infirmatur, aliquando in compensationem vocari poffit.

§. 5.

V. De effectu distinctionis, ratione obligationum  
accessoriarum, v. gr. ufurarum, cet.

Haec communis obligationum lex fuisse videtur, ut, fi *ipfo jure* corruerent, omnes quoque caderent obligationes accessoriae (1); fin vero per exceptionem infirmarentur, etiam accessiones efficacitate destituerentur, fed reviviscerent, quamprimum obligatio principalis exceptione liberata renasceretur.

Hoc autem loco ufurarum obligationem, utpote omnium ejusdem generis praecipuam, in exemplum vocemus. Nimirum iidem modi, qui obligationem *ipfo jure* extinguebant, simul etiam omnem tollebant ufurarum obligationem, utpote accessionem (2), cum

(1) Vid. L. 178. ff. de Regulis juris

(2) V. L. cit. coll. summo G. Noo dt, in Op. de Foenore et Usuris, (III. 14, 15). Uno tantum casu interdum, licet obligatione principali *ipso jure* extincta, ufurarum tamen obligatio per exceptionem *doti* tantum elidebatur, si scilicet haec per stipulationem contracta fuisset. Vid. L. 75. §. penult ff. de Verbor. oblig. L. 8. ff. de eo quod certo loco. Attamen vel hoc casu interdum ufurarum obligationem *ipso jure* periisse, apparet ex L. 40.

cum exceptiones contra tollerent quidem etiam usuras solvendi necessitatem (1), verum non diutius quam ipsae illae confisterent: quocirca usurarum obligatio tum plene renascebatur, cum principalis actio in vigorem restituta esset. Haec autem exceptionum in usurarum obligatione ratio, etsi ex iis, quae supra tradidimus, principiis sponte sequi videatur, tamen cum nullo diserto antiquiorum jurisconsultorum testimonio nitatur, paullo latius nobis explicanda est.

Quocirca primum inquirendum est, quomodo per exceptionem, quâ principalis infirmetur obligatio, accesoriae etiam usurarum obligationes effectum destituantur; ut deinde ostendere possimus, qui fiat, ut pro modorum, quibus exceptio reis excidere possit, diversitate, variis etiam modis usurarum obligationes restituantur.

Quod autem ad efficacitatem exceptionis, qua principalis obligatio infirmetur, in usurarum obligatione

*ff. de Rebus creditis.* Ceterum h. l. tantum de usuris futuris sermo. Nam usurae praeteritae, licet obligatione principali extinctâ, peti tamen adhuc poterant, siquidem ex conventionedebentur. Cf. Noodt, *de Foenore et Usuris*, loc. cit. Westenberg, ad Pand. tit. XXII. §. 34.

(1) Antiquitus tamen praescriptio temporalis, licet obligationem principalem per exceptionem elideret, nullam omnino in obligationem usurarum per stipulationem debitaram habebat efficacitatem. Vid. Noodt, *Op.cit.* (III. 16. Int.) Mutatum tamen hoc est a Justiniano. Vid. L. 26. *Cod. de Usuris.*

tione tollendâ attinet, omnino distinguendae sunt usurae *ob moram* solvendae (1), ab iis, quae quasi in compensationem utilitatis, quam ex proprio pecuniae usu creditor percipere potuisset, deberi dicebantur (2).

Quoties enim usuris mora causam praeberet, exceptionis haec erat vis, ut *ipso jure* usurarum cursus sisteretur, idque sive ex conventionem sive ex iudicis officio illae praestandae essent, ex sententia Pauli, qui (3) de obligatione usurarum, postquam ipsius fortis petitio per pactum stipulationi in continenti adjectum dilata esset, disserens, haec ait. „ *Sed cum sortis petitio dilata sit, consequens est, ut etiam usurae ex eo tempore quo moram fecit accedant; et si ad exceptionem tantum prodesset pactum, tamen usurarum obligatio ipso jure non committetur: non enim in mora est, a quo pecunia propter exceptionem peti non potest.*” Itaque univérse, quoties usurarum causa esset mora, *ipso jure* nullae debebantur usurae, quamdiu quidem valebat exceptio; hac enim lapsâ, denuo eae solvi incipiebant, quippe quarum

cur-

(1) De quibus confer L. 17. §. 3, 4. L. 32. §. 2. ff. *de Usuris*. (22. 1.) Noodt, Op. cit. III. 9. sqq.

(2) Hasce quidem usuras proprie hoc nomine vocari dicit Noodt, Op. cit. Lib. I. Cap. 3. Nam quae ibi dicuntur ad lucrum respicere usurae, easdem h. l. cogitamus. Cf. Voet, ad tit. *de Usuris*, n<sup>o</sup>. 4.

(3) Lege scilicet 40. ff. *de Rebus creditis*. (12. 1.).



curfus (quod recte tenendum est) non ipso jure *sublatus*, sed tantum ipso jure *suspensus* fuisset.

Venio jam ad illas usuras, quas haud inepte dixerunt *compensatorias*. Has quidem, si fortis petitio exceptione infirmaretur, neutiquam *ipso jure* fisti puto, sed itidem *per exceptionem*; tum quia Paullus diserte tantum *morae* mentionem fecerit, tum quia alia longe harum atque earum, quas supra attigi, ratio fuerit. Namque cum is qui moram faceret, poenae nomine usuras solvere deberet, sane sponte ultroque liberabatur, quoties sola earum praestandarum causa, mora scilicet, evanuerat. (1). Usurae e contrario compensatoriae per exceptionem profecto non omni causâ privabantur, cum vel exstante exceptione haud minus, quam si illa neutiquam exstaret, aliqua creditor indigeret lucri compensatione. In hac tamen causâ reus, licet neutiquam *ipso jure* usuras solvendi necessitate solutus, tamen, si de usuris conveniretur, haud minus *per exceptionem* tutus erat, quam si ipsa fors peteretur.

Videamus nunc, quomodo usurae, sive *ipso jure* sive *per exceptionem* intermisae, variis modis renascerentur et computandae essent, prouti hac illave ratione principalis obligatio exceptionem suam excusisset.

Ita-

(1) Vid. L. 40. cit. Voet, ad tit. *de Pactis*. (2. 11.) n<sup>o</sup> 7.

Itaque si reus exceptionem, qua tutus erat, legitimo tempore non allegasset, ita ut condemnatio sequeretur (1), usurae ita computabantur, ac si nulla unquam obtinuisset exceptio (quemadmodum in hujusmodi causa, ipsa etiam fors a reo praestanda erat (2)): dummodo saltem usurarum obligatio per exceptionem tantum infirmata fuisset. Namque illae usurae, quarum cursum morae purgatio *ipso jure* stitisset, vel tum, si judicis condemnatione comprehensae fuissent, deinde tamen condici poterant, utpote *ipso jure* indebitae (3).

Quodsi autem obligationis principalis exceptio ita per pactum aliudve momentum fuisset infirmata (4), ut reo excipienti replicatio ab actore denuo objiceretur, quaeri potest, *quaenam tunc solvendae sint usurae?* Distinguendum autem hoc quoque loco videtur inter eas usuras, quae *ipso jure* aliquamdiu intermissae fuissent, atque illas, quarum exactio per *exceptionem* elidi posset.

Nimirum, quod ad priores attinet, illae tantum usurae judicis condemnatione comprehendi poterant, quae antequam exceptio infirmari coepisset, aut postquam replicationi denuo locus esset, cucurrissent. Namque dum exceptio plene valuerat,

(1) Cf. quae dixi hujus Sect. L. A. §. 2. L. B. §. 1 et 2.

(2) Vid. hujus Sect. L. B. §. 1 et 2.

(3) Vid. hujus Sect. L. A. §. 3.

(4) Cf. §. 5. supra.

*ipso jure* usuras reus non debuerat. Unde ad has solvendas *ipso jure* non obligatus erat.

Quid autem juris erat, quando usurarum obligatio neutiquam *ipso jure* suspensa fuisset, sed tantum obligationis principalis exceptioni aliquamdiu subjacuisset? Tum sane solvendae erant usurae ab initio obligationis inde ad rem judicatam usque. Etenim harum usurarum obligatio numquam reapse sublata fuerat, sed in eâ tantum fuerat conditione, ut quamdiu actor principalem actionem instituens exceptione elidi posset, tamdiu etiam excluderetur usurarum petitio: unde tum, cum actioni principali per replicationem institutam vis sua plene restituta fuisset, proinde etiam usurarum obligatio utpote accesoria plenum recuperabat vigorem, i. e. omnes tum a reo solvendae erant usurae ab initio inde obligationis, atque adeo vel ejns etiam temporis, quo adhuc valuerat exceptio; secus atque obtinebat, si usurarum cursus *ipso jure* intermisus fuerat.

Itaque (ut ea, quae hoc §. dixi, per causae collectionem repetam) obligatione ipso jure sublata, omnis proinde peribat futurarum usurarum obligatio; cum contra, quoties obligatio aliqua per exceptionem infirmari posset, totidem essent usurarum obligationis instaurandae viae, quot ipsarum principalium obligationum, per exceptionis scilicet amissionem, restituendarum modi.

Denique, quae de usurarum obligatione monuimus



mus, aliquem etiam usum habere videntur in reliquis obligationum accessionibus, quarum nomina continet Rubrica tit. ff. *de usuris* cet. (22. 1.) quas tamen brevitatis causa in examen non vocabimus.

§. 6.

VI. *De effectu distinctionis, ratione obligationum earum, quae cautionis loco ad alias obligationes accedere solebant.*

Harum praecipuae erant:

1°. *Fidejussoria*, quae cum magnam affinitatem habent *obligationes mandatorum et constitutorum*.

2°. *Pignoratitia*. — Quarum illae cautionem habebant in *re*, haec vero in *persona* (1).

Quandoquidem obligationum harum haec erat ratio, ut creditores securitatis causa, praeter debitores principales, alias etiam aut personas aut res sibi obligatas haberent tamdiu, quamdiu deberetur, sequitur, proprie tum demum illas obligationes cessasse, cum principale debitum *ipso jure* evanuisset; nam dum hoc in ea tantum esset conditione, ut per exceptionem effectu destitui posset, profecto, stricte si loquamur, deberi non desinebat (2).

Ve-

(1) Vid. Paulus, L. 58. §. 6. ff. *Mandat.* (17. 2.) L. 25. ff. *de Reg. juris*.

(2) Vid. supra hujus Sect. L. B. init.

Verumtamen juris ratio haud sivit, actione principali effectu destitutâ, integras manere eas actiones, quae istius solius causâ exortae essent (1). Quocirca eae exceptiones, quae reis principalibus competere, etiam ad obligationes accesforias porrigebantur.

Ideo tamen nequis cogitet, ita prorsus everti nostrae distinctionis in hoc argumento efficaciam. Hanc autem efficaciam breviter in utraque, cujus meminimus, cautionis formâ examinabimus.

Videamus primum de *cautione fidejussoria*.

Obligatione principali *ipso jure* extinctâ, sponte etiam corruebat obligatio fidejussorum (2). Quod si obligatio principalis exceptione aliqua elidi posset, eadem certe exceptio fidejussoribus competebat, dummodo realis esset, sive rei cohaereret (3). Attamen haec exceptio quum multis modis a fidejussore amitti posset, optime sane fieri poterat, ut, licet reus exceptione tutus maneret, fidejussor

ta-

(1) Vid. L. 178. ff. de Reg. juris.

(2) Ex communi scilicet natura omnium accessionum. Vid. L. 43. ff. de Solut. (46. 3.) L. 18. ff. de Novat. (46. 2.) L. 178. ff. de Reg. juris. Cf. et §. 5. Inst. de Fidejussoribus. (3. 21) princ. Inst. Quib. mod. toll. obl. (3. 30.) Add. quod ad confusionem attinet, L. 19. §. 2 et 3. ff. de Solutionibus. (46. 3.)

(3) Vid. L. 7. §. 1. L. 19. ff. de Except. L. 9. §. penult. ff. ad S. Cr. Maced. Hujus rei rationem reddit Justinianus, §. ult. Inst. de Replicationibus (4. 14)

tamen et civili et praetorio jure debere inciperet, si v. gr. exceptioni renuntiasset, eamve apud Praetorem allegare omisisset, cet. (1). Nec obstat L. 8. §. 7. *Dig. de fidejuss. coll. cum §. 5. Inst. de fidejuss.* ubi traditum est, fidejussores non ita obligari posse, ut plus debeant, quam is pro quo obligantur. Nam ista loca hoc tantum innuere videntur, fidejussores nequaquam posse obligari ad majorem summam, quam ipsum reum; neque pure obligari, si reus sub conditione debeat. Exceptiones vero a reo amitti non potuisse, quamdiu reus principalis illis adhuc tutus esset, loca ista indicare non videntur. Neque nobis adversatur L. 37. ff. eod., ubi Iustus ostendit, fidejussores datum, postquam obligatio principalis praescriptione jam sublata sit, non teneri, i. e. eadem atque reum principalem tutum esse praescriptionis exceptione. Hinc tamen effici non potest, fidejussori non licere exceptionem eam remittere (2).

Ceterum quemadmodum in obligatione fidejussoria, ita quoque in mandatoris (3) et constituentis (4) obligationibus multum omnino intererat,

*ip-*

(1) Vid. supra hac Sect. L. A. §. 1 et 2. L. B. §. 1 et 2.

(2) Cf. Omnino a. h. l. Lex. 67. ff. de Fidejuss.

(3) De hac obligatione cf. Brissonius, voce *Mandator*, et juris loca ibi citata.

(4) Cf. idem Brissonius, voce *constituere*. Init. Tit. ff. de Pecunia constit. (13. 5.)



*ipso jure* an vero per *exceptionem* debitor principalis obligatione solveretur. Etenim in iis quoque obligationibus optime fieri poterat, ut exceptio, licet integra manens in obligatione principali, eadem tamen mandatori aut pecuniae constitutae reo excideret, ita ut horum obligationes plene reviviscerent.

Venio ad alterum cautionum genus, *obligationes* nempe *pignoratitias*.

Simul cum obligatione principali *ipso jure* sublata, omnem etiam obligationum pignoratitiarum causam et vim corruere, certissimi juris est (1). Sed quid si obligatio non *ipso jure* evanuisset, verum per *exceptionem* infirmari posset? Tum scilicet hypothecae pignorisque jura exceptione elidebantur. Nam, etiamsi hoc de quibusdam tantum exceptionibus diferte in juris Romani monumentis tradatur (utpote de exceptione pacti de non petendo (2), de exceptione jurisjurandi (3), de exceptione rei judicatae (4),) omnium tamen exceptionum eandem in hac causa fuisse efficacitatem, nullus

(1) Cf. princ. et §. 1. Inst. *Quib. mod. toll. obl.* L. 6. pr. ff. *Quib. mod. pignus vel hypotheca solv.* (20. 6.) L. 11. §. 1 et 2. ff. *de Pign. act.* (13. 7.) L. 75. ff. *de Solut.* L. 4. ff. *Qui pot. in pign.*

(2) L. 5. pr. ff. *Quib. mod. pign. vel hyp. toll.*

(3) L. 5. fin. L. 13. ff. *Quib. mod. pign. cet.* L. 40. ff. *de Jurejur.* (1. 2. 2.).

(4) L. 13. ff. *Quib. mod. pign. vel hyp. solv.*

lus equidem dubito, cum aequitas non pateretur, ut, si principalis obligatio per *doli mali*, *metus* aliamve quam hujusmodi defensionem omni destitueretur efficacitate, accesoriae nihilominus hypothecarum pignorumque obligationes vigere pergerent (1). Sunt adeo, qui longius etiam progrediantur, statuentes, inter veteres dubitatum esse, utrum exceptio, qua obligationes principales solverentur, pignora et hypothecas itidem per exceptionem tantum elideret, an vero ipso jure tolleretur: quod de pacti inprimis exceptione asseverat Noodtius (2), ex L. 5. princ. ff. *Quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Verumtamen mihi quidem (si a summo viro dissentire liceat) isti legi nihil inesse videtur, unde colligas, exceptionem *pacti de non petendo* umquam *ipso jure* hypothecae jus resolvisse. Praeterea universa exceptionum natura suadet, ut arbitrer, obligationes pignoratitias *ipso jure* interire non posse, quando obligatio illa principalis, cujus causa istae contrahuntur, per exceptionem tantum infirmetur. Nam quemadmodum exceptio principalis debiti obligationem accessoriam per consequentiam tantum elidebat, ita per eandem sane consequentiam etiam obligatio pigno-

ra-

(1) Cf. Westenberg, ad tit. ff. *Quib. mod. pign. vel hypoth. solvitur*, §. 3.

(2) Vid. *Probabil.*, Lib. II. Cap. 8. coll. Lib. IV. Cap. 10 et 11. *De Pactis, et transact.* Cap. 13.

ratitia reviviscere debebat, simulatque obligatio principalis replicatione aliave quâ causâ restituere-  
tur. Quod sane fieri non posset, si accessoria  
obligatio statim *ipso jure* evanesceret.

Sed quomodo exceptio debiti principalis in cau-  
tionibus pignoratitiis effectum fortiri poterat?

Distinguendum mihi videtur, utrum hypotheca-  
rium pactum in initum sit, ut scilicet res aliqua pi-  
gnori tradatur (1), an verò ipsa res pignori jam  
sit tradita? Si enim illud obtinuerit, exceptionis  
hic erit effectus, ut actiones in rem five hypothe-  
cariae, ex hypothecario pacto oriundae, per excep-  
tionem itidem elidantur. Quid autem juris erit,  
si postquam res aliqua pignori jam tradita erit,  
obligatio principalis exceptione infirmari coeperit?  
Tum scilicet pignus datum, actione pignoratitia di-  
rectâ (2) a debitore repeti poterit, quia nempe  
debito per exceptionem quodammodo satisfieri Ro-  
manis videbatur (3).

#### Quum

(1) Separatim enim et *hypothecam*, (quae *conventio* erat *prae-*  
*toria*, ut scilicet alicujus res, propter aliquam obligationem, pig-  
noris nomine obligatae essent (V. L. 4. ff. *de Pig. et hypoth.*);  
unde oriebantur actiones *Serviana* et *quasi Serviana* in rem  
(de quibus vid. §. 7. Inst. de act.) et pignus, proprie sic dic-  
tum, quo suscipiebatur *contractus realis* (Vid. §. 4. J. *Quib.*  
*mod. contr. obl.*); unde dabantur actiones pignoratitiae *directa*  
et *contraria* (Vid. §. Inst. cit. ult. ff. *de Pignorat. act.* (13. 7.)  
considerabimus.

(2) §. 4. J. *Quib. mod. toll. obl.*

(3) L. 9. §. 3. ff. *de Pignorat. act.* (13. 7.) Westenberg,  
ad



Quum jam viderimus, quomodo exceptio debiti principalis in obligationibus pignoratitiis *infirmendis* valuerit, nunc hoc inquirendum est, an revera debito principali, exceptione collapsâ, restituto, illae etiam accesoriae reviviscere potuerint obligationes?

De pacto quidem hypothecario facilis est responsio. Etenim quemadmodum hoc eidem atque obligatio principalis subjacuerat exceptioni, ita nunc etiam, quandoquidem illa exceptio corrui, plene instauratur.

Quid autem de pignore statuendum? Actionem quidem pignoratitiam contrariam nunc creditori competere non puto ad recuperandum pignus, quia scilicet extincta tota pignoris obligatione per lutionem ejus a creditore factam, omnes etiam actiones inde oriundae simul corruerunt. An nulla igitur jam creditori pignoris recuperandi via relicta est? Equidem sic statuam. Quivis contractus realis pignoratitius oritur ex pacto quodam de re aliquâ pignori dandâ, ea lege ut restituatur simulatque prorsus solutum, aut saltem eo nomine satisfactum fit. Jam cum debito quodammodo satisfieri existimarent veteres, si per exceptionem perpetuam elidi posset, profecto statim quidem red-

den-  
ad eundem, tit. §. 1. Satisfiebat autem creditori, etiam si exceptionem nactus erat perpetuam; ut patet ex L. 5. §. 3. ff. *Quib. mod. pig. vel hypoth.*

dendum erat pignus. Quandoquidem vero per exceptionem *plene* creditori satisfactum non erat, puto, ipsi illi redditioni hanc tacitam subesse conditionem, ut, quando profus cadente ejus satisfactio- nis efficacitate per exceptionis interitum pignori denuo causa esse inceperit, etiam *plene* reviviscat creditori pignus per actiones hypothecarias petendi jus.

Satis jam ostendimus, hanc fuisse pignorum hypothecarumque legem, ut debito ipso jure sublato, ipsa etiam penitus corruerent et liberarentur; obligatione vero principali per exceptionem infirmatâ, ea perinde exceptione eliderentur, ita tamen, ut, simulatque obligatio principalis revixisset, *plenam* obligandi vim et efficacitatem recuperarent.

### §. 7.

#### VII. *De effectu distinctionis, ratione condictionis indebiti.*

Quum propriè is tantum non amplius *debere* dicendus esset, qui *ipso jure* liberatus fuerat, haud vero, qui propter exceptionem peremptoriam condemnari non posset, hinc sequi videtur, tamquam indebitum illud tantummodo potuisse condici, quod aut ab initio nullo nomine deberetur, aut deinceps *ipso jure* extinctum esset; illud contra, quod ob

ex-

exceptionis aequitatem vel utilitatem peti non posset, si tamen solutum esset, recuperari non potuisset.

Videtur sane hoc ratiocinium congruere principiis supra a nobis traditis, et, si quid conjicere liceat, antiquiori aetate revera ita juris fuisse putamus.

Verumtamen Gaji, Ulpiani reliquorumque Juristarum aetate vox *debere* longe aliam atque antea obtinuisse significationem videtur, quippe quae et *civilia* et *naturalia* debita complecteretur (1), quum tamen (quod mirum videatur) ea quae vel optimo jure actionem parerent, si forte actio illa exceptione aliquâ perpetuâ elidi posset, fere ne deberi quidem amplius dicerentur; quemadmodum is *debitor* esse definere videbatur, qui exceptione peremptoria tutus esse inciperet (2).

Quae cum ita essent, proinde etiam juris esse coepit, ut *condictione* repeti possent non solum ea, quibus nulla neque civilis neque naturalis subesset obligandi causa, sed etiam illa, quae licet jure

sum-

(1) De naturalibus debitis, cf. L. 13. ff. L. 64. ff. *de Condict. indeb.* (12. 6.) L. 7. §. 4. ff. *de Pactis.* (2. 14.) Voet, ad L. 12. tit. 6. n<sup>o</sup>. 2. Interdum tamen ea, quae *jur. civ.* et quae *jur. Praetorio* debentur, sibi invicem opponuntur. Vid. L. 3. §. ff. *de Pec. constituta.* (13. 5.).

(2) L. 26. §. 3. L. 40. ff. *de Condit. indeb.* L. 66. ff. *de Reg. jur.* et alibi passim. Cf. quae dixi hujus Sect. L. B. initio.



summo et civili revera deberentur, tamen exceptione excludi posset.

Ex quo tempore igitur haec ita invaluerunt, haud multum sane amplius, indebiti conditionem quod attinet, intererat, *ipsone jure* quis, an *per exceptionem* tutus esset, licet tamen eatenus distinctio ea haud profus vel in hoc genere perierit, quatenus certae quaedam exceptiones conditionem impedirent, cum contra, actione aliqua *ipso jure* extincta, semper conditioni locus esse posset (1).

Nimirum secundum Jctum Marcianum (2) eae exceptiones, quae non reorum causa darentur (3), sed in odium eorum, quibus deberetur, ad soluti conditionem nihil proderant.

Hujusmodi autem exceptionum numero in primis erant comprehendendae exceptio *SCti Macedoniani*, exceptio *juris novi per adversarium dati vel impetrati* (de qua cf. celeb. Voet (4)) et quae plures erant hujus generis.

### §. 8.

(1) Hoc tamen etiam in hocce, sicut in reliquis Juris Romani argumentis, de quibus supra egi, semper remansit discrimen, quod obligatio, quae per exceptionem tantum infirmaretur, in eam aliquando deduci posset conditionem, ut conditione indebiti locus esset, siquidem nempe exceptio periisset; cujusmodi quid profecto, obligatione *ipso jure* sublata, numquam amplius contingere poterat.

(2) Vid. L. 40. cit.

(3) In reorum autem causam fere omnes comparatae erant exceptiones v. Gajus IV. 116. Inst. *de Except.* IV. 13.

(4) Ad tit. *Pand. de Cond. indeb.* n°. 4. coll. L. 3. ff. *Quod quisque juris in alterum cet.*

## §. 8.

*Digressio in Sectionem III.*

Percurri ita aliquot distinctionis inter modos solvendae obligationis *ipso jure* et *per modum exceptionis* effectus; tum formae tum ipsius obligationis efficacitatis ratione. Quod ad posteriores attinet, paucos tantum commemoravi, eosdemque memoratu dignissimos. Nam neque si ferrea mihi lingua centumve ora essent, omnes enumerare possem effectus, qui ex summo isto principio supra exposito, quo tota utique haec niti videtur doctrina, commode derivari possint.

Cum igitur summa tantum capita breviter attigerim, equidem meo officio defunctus mihi videor, relicto scilicet aliis, me doctioribus, munere, illa, quae carptim tantum monui, latius, melius et copiosius elaborandi.

Ceterum quaecumque hactenus de distinctionis nostrae effectibus monui, in illis eam inprimis aetatem, qua formularum usus Romae vigeat, respexi, quia tum scilicet plene exulta innumerisque effectibus ornata fuit distinctio illa (1). Nihilominus tamen satis operae pretium videtur, inquirere Sectione tertia, an etiam post abrogatum hunc judiciorum ordinem, adhuc quid interfuerit, an quis

(1) Vid. Cap. I. Sect. III.

quis *ipso jure*, an vero per *exceptionis* auxilium tutus esset.

### S E C T I O III.

#### DE DISTINCTIONIS NOSTRAE EFFECTIBUS IN EXTRAORDINARIO JUDICIO.

Erroneam esse eorum opinionem, qui post extinctum judiciorum ordinem profus evanuisse existiment distinctionem, inter modos tollendi obligationem *ipso jure* aut *per modum exceptionis*, supra jam ostendere conatus sum (1). Restat igitur, ut hoc loco breviter exponam, quatenus illius distinctionis effectus in extraordinariis judiciis superstites fuerint.

#### A.

#### *De effectibus ratione formae.*

Formulis abrogatis morem istum, ut exceptiones ante Litis Contestationem diserte a Praetore formulae infererentur, quem post legem Aebutiam Romae obtinuisse vidimus (2), evanuisse, et ipsa rei ratio docet, et jam supra arguimus (3). Attamen licet solennis exceptionum *conceptio* simul cum judicum datione judiciorumque ordine sublata sit, nihilominus tum neutiquam evanuit exceptiones ante  
Lit.

(1) Vid. Cap. I. Sect. III.

(2) Vid. Cap. II. Sect. II. L. A. §. I.

(3) Vid. Cap. I. Sect. III.



Lit. Cont. allegandi necessitas, uti patet ex multis Diocletiani Maximianique, eorundem nempe qui judicia ordinaria profus abrogarunt, constitutionibus. Potestque adeo hic mos vel post illud Thodosii et Valentiniani placitum, quo omnis certae et solennis actionis impetratio rejecta est (1), remansisse. Etenim licet actori ita remitteretur actionis solenniter impetrandae necessitas, tamen reo nequiquam remissum sic videtur exceptionis initio litis postulandae five contestandae officium (2).

Quae cum ita essent, nullus tamen dubito, quin hac aetate in gratiam eorum, qui exceptionis opportuno tempore mentionem non fecerant, in dies major et frequentior evaserit in integrum restitutionum usus, cum hae nempe in extraordinario judicio vel *brevi manu* fieri possent (3). Imo tempore Justiniani, sine ulla in integrum restitutione, exceptionem ad sententiam usque objici potuisse, exinde apparet, quod locus ille Gaji, ubi de in integrum restitutione, exceptionis recuperandae causa concedi solita, agitur (4), in Justinianeis Institutionibus receptus non sit (5).

Ita-

(1) Vid. L. 2. Cod. de formul. et impetrationibus. (2. 58.)

(2) Cf. Noodt, de Jurisdic. et Imperio. (l. 15. med.)

(3) Zimmern, §. 98. coll. celeberr. Goldschmidt, Ueber Litiscontestation und Urtheil, Francof. 1812. p. 23—25.

(4) IV. 125.

(5) Vid. Zimmern, §. cit. n<sup>o</sup>. 13. coll. §. 146.

Itaque, ut verbo dicam, celeberrimum illud modorum obligationis *ipso jure* tollentium et exceptionum discrimen, quod illi ad iudicium usque differri possent, hae vero ante Litis Contestationem essent allegandae, licet extincto iudiciorum ordine neutiquam totum evanuerit, postremo tamen ex Romani Juris campo prorsus exfulare coepit.

Sed videamus jam, an extraordinarii iudicii aetate adeo invaluerit in integrum restitutionum usus, ut etiam post sententiam latam adhuc concederentur.

Equidem illud negandum duco, ideo scilicet, quod ipsae illae constitutiones, quae exceptionis ante Litis Contestationem objiciendae necessitatem quodammodo relaxarunt, hoc tamen fere omnes diserte requirunt, ut ante sententiam saltem exceptionis a reo fiat mentio (1). Quod sane prorsus otiosum fuisset, si post sententiam, haud minus quam ante ipsam, reis per restitutionis auxilium succurr potuisset.

Sed video jam multos fore, qui memores istius Imperatoris Diocletiani et Maximiani constitutionis, quae sic sese habet (2): „*Peremptorias exceptiones omisfas in initio, antequam sententia feratur opponi posse, perpetuum*“  
 „*Edic-*

(1) Vid. L. 2. Cod. *Sensent. Resc. non posse.* (7. 50.) L. 8 et 9. Cod. *de Concept. coll. et Zimmern.* §. cit.

(2) Vid. L. 2. C. *Sent. resc. non posse.*

„ *Edictum manifesto declarat. Quodsi aliter actum fuerit, in integrum restitutio permittitur. Nam judicatum contra majores 25 annis, citra remedium appellationis, rescindi non potest.* ” — Fore igitur puto, qui hanc moveant objectionem, quod verba illa: *Quodsi actum sit*, significant, *quodsi aliter judicatum sit, cet*: unde effici possit, etiam a re judicata, exceptionis recuperandae causâ, in integrum impetrari potuisse restitutionem. — Verum meâ quidem sententiâ longe aliter illa verba sunt interpretanda. Putaverim utique, hoc sibi velle Imperatores: *Exceptiones peremptorias omisas in initio* (licet tamen proprie requireretur, ut eae non omitterentur: nam si fecus fuisset, profus vacarent verba illa: *omisas in initio*) adhuc tamen deinceps *opponi posse*, dummodo scilicet id fiat *antequam sententia feratur, Edictum perpetuum declarat*. Jam sequitur modus, quo exceptione hujusmodi, etsi antea omisâ, ad sententiam tamen usque uti reus possit. — *Quodsi* (igitur) *aliter a reo actum fuerit*, i. e. aliter atque oportet, neglectâ scilicet exceptionis commemoratione ad Lit. Cont. usque, *in integrum sane restitutio permittitur*, modo nempe sententia nondum lata sit. Nam semel latâ sententia nihil amplius reo superest remedii, quandoquidem *judicatum contra majores XXV annis ob exceptionem omisam citra remedium appellationis rescindi non potest*.

Quodsi tamen quis huicce meae interpretationi



parum confidat, confugiat ad Voetium (1) qui legem citatam ita fere est interpretatus. Omisſa quidem usque ad sententiam exceptionis objectione, unicum ex jure communi reo, adversus condemnationem competebat appellationis remedium: verum exceptione ante condemnationem *allegatâ*, sed per judicem rejectâ, in rei condemnati arbitrio erat, utrum appellationis ex jure communi, an vero restitutionis auxilio ex jure singulari, sese auctoritati et vinculo sententiae contra se latae subducere vellet.

Licet autem Voetium per omnia sequamur, minime tamen evertetur nostra sententia, quandoquidem, vel Voetio auctore, in integrum restitutio non eo pertineat, ut reo etiam post sententiam exceptio antea omisſa restituatur, verum ut sententia a magistratu vel judice, qui reum justam exceptionem *provocantem* non exaudierit, et ita injuria condemnaverit, lata rescindatur. Hujusmodi autem injusta sententia stari non potuisse, quid mirum est (2)?

Itaque, ut quae de distinctionis effectibus ratione formae in judicio extraordinario monuimus in breve contrahamus, probe est notandum, licet tum exceptionum ante Lit. Cont. allegandarum necessitas

(1) *Ad pand.* Lib. 44. l. 1. n<sup>o</sup>. 5. line.

(2) Cf. quae diximus supra, Cap. II. Sect. II. L. A. §. 3. quem §. totum a. h. l. conferas.

multum ab antiquo rigore deflexerit, hoc tamen semper mansisse discrimen haud exiguum, quod reo, *ipso jure* tuto, etiam post condemnationem aliqua competeret conditio contra eum, a quo, ob modum obligationis tollendae *ipso jure* non rite iudici allegatum, superatus fuisset (1); cum e contrario, exceptione *ad sententiam* usque omisâ, nihil reo condemnato relinqueretur, quo quaereret reparationem damni, quod exceptionis omissione passus fuerat.

B.

*De effectibus, ratione ipsius obligationis efficacitatis.*

Quemadmodum distinctio nostra, ad litigandi formulas quod attinet, per inducta iudicia extraordinaria, neutiquam efficacitate suâ omnino destituta est, ita neque ipsius obligationis efficacitatis ratione, illius momentum evanuit. Quod quo melius intelligatur, breviter jam eosdem illos, quos, cum in aetate formularum versaremur, descripsimus effectus, in examen denuo vocaturi sumus.

Quod supra diximus, hoc maxime interfuisse inter modos tollendae obligationis *ipso jure* aut *per*

mo-

(2) Cf. Cap. II. Sect. II. L. A. §. 3.

*modum exceptionis*, quod exceptio rei remissione et negligentia (1) amitti posset, modus vero obligationem ipso jure tollens numquam ita vim suam amitteret, hoc profecto etiam in extraordinarii judicii aetatem egregie convenit, secundum ea quae hac Sect. L<sup>a</sup>. A. diximus. Neutiquam tamen negaverim, aliquanto levius, hisce temporibus quam olim, istud fuisse discrimen, cum scilicet nunc, ob majorem in integrum restitutionum spem, exceptio ante Litis Contestationem non objecta (in stricti juris scilicet judiciis) neutiquam prorsus amissa videretur, multoque amplius igitur reo relinqueretur spatium negligentiam corrigendi, quandoquidem latâ demum sententiâ vere a modo obligationis *ipso jure* tollendae exceptio differre inciperet.

Tertius, quem supra notavi, effectus (2), quod scilicet obligatio, quae exceptione infirmaretur tum revivisceret, cum exceptio aut pacto aut aliis momentis everteretur; actio contra *ipso jure* sublata, in perpetuum extincta esset; hic tandiu auctoritatem suam retinuit, quamdiu ipsa consistit exceptionum modorumque *ipso jure* obligationem tollentium distinctio, cum tota hujusce distinctionis substantia (ut hoc verbo utar) in illo imprimis effectu versari videatur.

Ve-

(1) Vid. supra, Cap. II. Sect. II. L. B. §. 1 et 2.

(2) Vid. Cap. II. Sect. I. §. 3.



Venio ad effectum quartum, ratione compensationis (1). Hunc autem in eo potissimum constare ostendere conatus sum, quod obligatio *ipso jure* sublata nunquam amplius veniret in compensationem; illa vero obligatio, quae exceptionis onere premeretur, toties et revivisceret et compensari *posset*, quoties exceptio reo excidisset. Sponte igitur patet, hunc effectum, judiciorum extraordinariorum aetate, paullo quidem minoris quam olim fuisse gravitatis, quia tum aliquatenus difficilius quam antea exceptiones amitterentur (2), neutiquam vero omni vi destitutum esse.

Jam in censum veniant obligationes accesoriae, five eae, quae ad alias obligationes, aut damno vitandi lucrive capiendi causa, (quales sunt obligationes *usurarum*) aut securitatis causa, (cujusmodi sunt obligationes *fidejussoriae pignoratitiae* cet.) accedere solebant. In his autem obligationibus, eodem profus modo atque in compensatione, illa inter modos actionis *ipso jure* aut *exceptionis* ope tollendae distinctio effectum suum fortita est; quum scilicet iste effectus in primis tum obtineret, cum, obligatione principali exceptionis onere liberata, etiam obligationibus accessoriis proinde efficacitas sua restituta esset; aut cum, vel obligatione principali exceptionis onus retinente, obligationes

ta-

(1) Vid. C. II. Sect. II. §. 4.

(2) Ob majorem scilicet I. I. R. spem.

tamen accesoriae, aliquo modo eversa exceptionis auctoritate, instauratae essent.

Quocirca cum distinctio nostra eadem profus ratione in obligationibus istis accessoriis atque in compensatione effectus sortita sit, ita et quae circa compensationem monuimus h. l. quoque tenenda sunt.

Postremo loco dicendum est de distinctionis nostrae effectu, ratione indebiti conditionis. Hic quidem, cum ad nonnullas tantum pertineat exceptiones, quarum ratio et natura per immutatam judiciorum constitutionem neutiquam eversa sunt, ipse etiam corrui non potuit.

## CONCLUSIO.

Defunctus jam esse mihi videor provincia, quam susceperam. Pertractavi quaestionem a VV. Clar. propositam, in qua utique elaborandâ hanc constanter rationem secutus sum, ut quantum fieri posset, et ex veterum prudentum reliquiis, et ex recentiorum de jure Romano auctorum scriptis ea haurirem, quae ad argumentum illustrandum facere posse viderentur. Verum enim vero saepius hasce sensu operis instituti difficultates, quod non solum nemo antea quaestionem hanc ex industria pertractaverit, horum et adjumento et auctoritate, quibus reliqui scriptorum auctores fere abundare solent, equidem, licet cum maxime utroque indigens, carere debui: verum adeo in multos inciderim jurisconsultos celeberrimos, qui Pauliano forte isto effato, quo nihil interesse dicitur, ipse jure, an vero per exceptionem quis tutus esset, in errorem deducti, exiguos aut nullos omnino distinctionis illius, in qua toti versati sumus, effectus fuisse temere defendere ausi sunt (1). Quid mirum igitur, si in

con-

(1) Inter hos imprimis memorandus est Thomafius. Vid. ejus Schol. ad Huberi praelect. in Tit. ff. de Compensat. n°. 1. coll. v. Löhr op. saepius cit, p. 146.



concinnandos effectus eos, quos multi (et quanti illi) viri perperam sane non agnoverunt, equidem non eam conferre potuerim et juris peritiam et argumentandi exercitationem et scribendi consuetudinem, quas argumenti gravitas postulare videbatur. Sed quid multa? — Scio me apud intelligentes loqui, apud eos nempe Viros, qui, utpote optime scientes quid juveniles ferre possint humeri, consummatam aliquam eruditionis copiam ab indocto juvene expectare non soleant, ipso jam contenti conatu, si quidem hicce non nimis longe a proposito consilio aberraverit.

Patiamini igitur, V. V. Clar. ut vobis, quaestionem proponentibus, non ultra quam facere possim, me obligatum esse dicam, cetera tutum exceptione competentiae.

Et ea, quae vis, ut potero, explicabo, nec tamen, quasi Pythius Apollo, certa ut sint, et fixa, quae dixerō: sed ut homunculus unus e multis, probabilia conjecturā sequens.

Cicero, *Tusc. Quaest. I. 9.*

**I N D E X.**

Pag.

**INTRODUCTIO. . . . . I**

**C A P U T P R I U S.**

**DE ORIGINE DISTINCTIONIS INTER MODOS  
TOLLENDAE OBLIGATIONIS IPSO JURE,  
ET PER MODUM EXCEPTIONIS. . . . . II**

**S E C T I O I.**

**DE NATURA ANTIQUARUM LEGIS ACTIONUM  
HUIC DISTINCTIONI CONTRARIA. . . . . II**

**S E C T I O II.**

**DE DISTINCTIONE ILLA E PRAETORUM FOR-  
MULIS ENATA. . . . . 14**

**§. 1. De exceptionum inveniendarum opportu-  
nitatibus. . . . . 14**

**§. 2. De exceptionum origine, ex Romanorum  
moribus reipublicaeque conditione repe-  
tendâ. . . . . 18**

§. 2.

§. 3. *De quatuor exceptionum classibus  
propositi ratione, totidem distinctionis  
nostrae fontibus.* . . . . . 23

§. 4. *De exceptionibus in factum.* . . . 34

### S E C T I O III.

DE DISTINCTIONE EA, PER JUDICIA EX-  
TRAORDINARIA HAUD SUBLATA. . . . 35

### CAPUT POSTERIUS.

DE VARIIS EFFECTIBUS DISTINCTIONIS,  
INTER MODOS OBLIGATIONIS *ipso jure*  
*ET per modum exceptionis* TOLLENDAE. 39

### S E C T I O I.

DE AETATE LEGIS ACTIONUM. . . . . 39

### S E C T I O II.

DE VARIIS DISTINCTIONIS EFFECTIBUS  
AETATE FORMULARUM. . . . . 39

A. *De effectibus ratione formae.* . . . . 43

§. 1. I. *In jure, ante Litis Contestatio-  
nem.* . . . . . 44

§. 2. II. *In judicio.* . . . . . 50

§. 3. III. *Post sententiam judicis.* . . . 55



B.	<i>De distinctionis effectibus, ratione ipsius obligationis efficacitatis.</i>	60
§. 1.	I. <i>De distinctionis effectu, ratione reorum voluntatis sive remissionis.</i>	63
§. 2.	II. <i>De distinctionis effectu, ratione reorum negligentiae et ignorantiae.</i>	67
§. 3.	III. <i>De pactis contrariis aliisque causis, quibus obligatio exceptione infirmata reviviscere poterat, obligatio vero ipso jure sublata non item.</i>	69
§. 4.	IV. <i>De distinctionis effectu, ratione compensationis.</i>	77
§. 5.	V. <i>De distinctionis effectu, ratione obligationum accesforiarum v. gr. usurarum cet.</i>	80
§. 6.	VI. <i>De effectu distinctionis, ratione obligationum earum, quae cautionis loco ad alias obligationes accedere solebant.</i>	86
§. 7.	VII. <i>De effectu distinctionis, ratione conditionis indebiti.</i>	93
§. 1.	VIII. <i>Digressio ad Sectionem III.</i>	96

---


S E C T I O III.

DE DISTINCTIONIS NOSTRAE EFFECTIBUS  
IN EXTRAORDINARIO JUDICIO. . . . 97

A. *De effectibus, ratione formae.* . . . . 97

B. *De effectibus, ratione ipsius obligationis  
efficacitatis.* . . . . . 102

CONCLUSIO. . . . . 106



S E C T I O III.

DE FORTIFICATIONIBUS NOSTRARUM REPUBLICARUM  
 IN EXTRAORDINARIO JUDICIO . . . . . 24

A. De fortibus, ratione fortium . . . . . 27

I. De fortibus, ratione fortium oblationis  
 oblationis . . . . . 102

Conclusio . . . . . 108

















